BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO BORENSE
36
14 B
6

R 2800

Ex libris [redacted]

36.14.B.6

non posseduto

1952

250

il priore de la

HOMILIARVM IVDOCI CLICHTOVEI TRIpartitarum pars tertia, quæ indifferenter eſt uariis de rebus, ex rudi, indigeſta & illaborata mole in hanc lucem redacta.

Cum indice nouo, parti iſti peculiariter addicto.

¶ Quibus de rebus & quot ſermones in hac parte inueniantur, verſa pagella demonſtrabit.



Coloniæ, ex officina Eucharij
Anno M. D. XXXV.

.MONVM HVIVS PARTIS,

numerus & ordo.

De orõne dñica Sermo 3
De prima petitione orationis dominice Sermo 11
De ſecunda petitione orõnis dominice Sermo 20
De tertia petitione orationis dominice Sermo 29
De quarta petitione oratiõis dominice Sermo 38
De quinta petitione orationis dominice Sermo 46
De ſexta petitione orationis dominice Sermo 55
De ſeptima petitione oratiõis dominice Sermo 65
De ſalutatiõe ãgelica Sermo 74
De pri̇o articulo fidei Sermo 83
De 2.art.fidei Sermo 92
De 3.art.fidei Sermo 101
De 4.art.fidei Sermo 110
De 5.art.fidei Sermo 120
De 6.art.fidei Sermo 119
De 7.art.fidei Sermo 138
De 8.art.fidei Sermo 147
De 9.art.fidei Sermo 156
De 10.art.fidei Sermo 163
De 11.art.fidei Sermo 172
De 12.art.fidei Sermo 181
De preceptis dei Sermo 190
De 1.prece.dei Sermo 199
De 2.prece.dei Sermo 207
De 3.prece.dei Sermo 216
De 4.prece.dei Sermo 225
De 5.prece.dei Sermo 232
De 6.prece.dei Sermo 244
De 7.prece.dei Sermo 253
De 8.prece.dei Sermo 262
De 9.prece.dei Sermo 271
De 10.prece.dei Sermo 28[illegible]
De ſeptẽ ſacramẽtis Sermo 291
De ſacrõ baptiſmi Sermo 298
De ſacrõ cõfirmatiõis Sermo 306
De ſacrõ euchariſtie Sermo 313
De ſacrõ poenitentie Sermo 321
De ſacrõ ordinis Sermo 329
De ſacrõ matrimonij. Sermo 338
De ſacrõ vnctionis Sermo 347
Exhortatorius ad religioſam dirigendam in obſeruationem vite monaſtice Sermo 355
De ſententia excommunicationis vitanda Sermo 365
De valore miſſarum Sermo 373
De modo habendi ſe tempore peſtis Sermo 381
Exhortatori⁹ ad ſacerdotes vt ſeſe digne gerant Serm. 1. 389
Sermo 2. 296

Sermones latine habiti.

In ſynodo epiſcopali Parrhiſienſi
Serm. 1. 408
Sermo 2. 42[illegible]
Serm. 3. 4[illegible]
In ſynodo epiſcopali Tornacenſi
Ser. 1. 447
Serm. 2. 459
In ſynodo epiſcopali Carnotenſi
Serm. 1. 475
Serm. 2. 482
In capitulo generali Carmelitarum
Sermo 497
In capitulo generali ordinis Cluniacenſis Sermo 410

Sermones huius partis vniuerſim ſunt 55.

IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENSIS, DOctoris theologi, & canonici Carnotẽſ. de oratione dominica, ſermo primus.

PATER noſter q̃ es in cęlis. Matthæi ſexto capi. Inter oẽs orationes quas ſancta frequentat eccleſia & fideles eius filij, oratio dominica iure obtinet primatũ & ſupremum locum. Primo, ob dignitatem autoris: quoniã ab ipſo dei filio compoſita eſt & edocta, ſacroq́ꝫ eius ore deprompta: & idcirco deo patri iure acceptiſſima, & quam libenter exaudiet, tanquam à filio ſuo dilecto editam. Vnde Cyprian⁹ in ſermone de oratione dñica: Quæ poteſt eſſe ſpiritualior oratio, q̃ quæ à Chriſto nobis data eſt, à quo & ſpũſſanctus nobꝫ miſſus eſt? Quę apud patrẽ precatio exauditior, q̃ q̃ ab ore filij (q ueritas eſt) ꝓlata creditꝰ? Qui eñ nos fecit uiuere, docuit & orare, ut dũ p̃ce & oĩone quã filius docuit, apud patrẽ loq̄mur, facilime utiq́ꝫ exaudiamur. Hæc ille. Scđo excellẽtior eſt hęc oĩo q̃ cæteræ, ob ipſius breuitatẽ, ex q̃ multiplex ꝓuenit utilitas. Siquidẽ ob ſuccinctã illã breuitatẽ facilius diſcitur ac ſcitur, melius infigitꝰ mẽti, memoriæq́ꝫ mandatꝰ, frequentius iteratur, minus faſtidit orãtem q̃ ſi eſſet ꝓlixior: cito exaudiri eũ inſinuat, q hac cõpẽdioſa utitꝰ oĩone: plus etiã affectu q̃ uoce nobis orãdum eſſe, deſignat, dũ paucis uerbis cõtexitur: deniq́ꝫ ignorãtẽ ipſam grauius negligentię accuſat, cũ modico labore diſci & ſcire poſſit. Hoc ipſum S. Cyprianus cõprobat, in p̃dicto ſermone de oĩone dñica dicẽs: Iſta ẽ oĩo, quã ipſemet

deus incarnatus mortales orare docuit, qui ſuo magiſterio omnem precem noſtram in uno ſermone breuiauit, tanquam ſit ſermo de quo dixit Iſaias: Sermo-
Iſaie.10. nem breuiatum faciet dominus in toto orbe terræ. Tertio huius orationis excellentia ſupra cæteras oẽs, perſpicitur in continentia ſententiarum atq; petitionum, quas in ſe complectitur. Nempe ſeptem petitiones ipſa in ſe cõtinet, ut poſterius per ordinem deducetur. Septenarius autẽ numerus eſt uniuerſitatis. Eo ipſo itaq; denotatur, ꝙ uniuerſa quæ à deo licite deſiderari poſſunt & poſtulari, his petitionibus continentur, & extra has nihil legitime expetiť. Quod & beatus Auguſtinus confirmat in libro ad Probã, de orando deo dicens: Si recte & congruenter oramus, nihil aliud petere poſſumus, quàm quod in oratiõe dominica poſitum eſt. Et paulopoſt in eodẽ loco: Si omnia ſanctarum precationum uerba diſcurras, quantũ exiſtimo, non inuenies quod iſta oratio dominica non contineat & includat. Hęc ille. Studioſe igitur à quolibet fideli eſt frequentanda hęc oratio dominica, quę tantæ eſt dignitatis & eminentiæ. De qua ut amplius dicere ualeamus, nunc poſtulandum eſt nobis diuinũ auxilium, ad quod impetrandum implorabimus beatæ uirginis patrocinium per hanc orõnem: Aue Ma.

Matt.6. Luce.11. ¶Pater noſter qui es in cælis. Ex loco ſuperius adducto. In prima parte oſtendeť, quare in hac oratiõe deus dicitur pater noſter. In ſecunda, quomodo deus dicitur eſſe in cælis. Pro prima parte expediẽda id ſcire congruit, quòd homines aliquid ab alio uolentes impetrare, à laude illius quem uolũt rogare, ſuam ſolent inchoare orationem: ut eo pacto captent eius beneuolentiam, reddantq; eundem attentum ad audiendam petitionem quam uolunt proponere. Quod

& in hac oratione obſeruatum cõſpicitur, in qua ante omnem petitionem ponitur in principio quoddam exordium, continens præclaram dei commendationem, cum dicitur: Pater noſter qui es in cælis. In quibus uerbis primum commendatur deus à magnitudine dilectionis & benignitatis ſuæ in nos, qua pater noſter uocari dignatur à nobis. Eſt autem ipſe deus pater noſter, & ita denominatur primum ratione creationis, & quoniam nos creauit, ut apud Malachiam: Nunquid non pater unus omnium noſtrum? Malac.2
nũquid nõ deus unus creauit nos? Et in cãtico Moyſi: Nonne ipſe eſt pr̃ tuus q poſſedit te, & fecit & creauit Deut.32.
te? Sẽcũdo dr̃ ipſe deus pater noſter redẽptione, & qm̃ nos redemit ab æterno interitu, ut apud Iſaiam: Tu Iſaie.63.
autem pater noſter & redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum. Tertio adoptione per gratiam, potiſſimũ baptiſmalem, ut apud beatum Paulum in epiſtola ad Romanos cum ait: Nõ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, abba pater. Roma. 8

¶ Porro in hoc loco potius nomẽ pater, poſitum eſt à Chriſto, quàm aliud quodcunq; nomen pertinẽs ad laudem dei, ut dominus, aut deus, uel omnipotẽs, propter aliquas rationabiles cauſas. Primo ad deſignandum ſuauitatem & dulcedinẽ nouæ legis, cuius hæc eſt oratio: in qua deꝰ ipſe ad nos ſe habet & denominatur, ut pater optimus ad dilectiſſimos filios. Et ita in euangelio Matthęi nuncupat̃ à Chriſto frequenter, ut cum ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter cæleſtis perfectus eſt. Et, Vt ſitis filij patris ueſtri q̃ in cælis eſt. In ueteri autem teſtamento, quod erat ſeruitutis & timoris, ſub cõmemoratiõe domini ſiue dominatus ipſius dei ſuper homines, data ſunt præcepta. Matth.5 Matt.6.

In quorum fine id ſæpe repetitur: Ego dominus, Ego dominus deus ueſter. Secũdo, nomen patris ponitur hic in principio orationis dominicæ: ut cum maiori fiducia impetrandi quod petimus, accedamus ad deũ. quoniam eo nomine, paterni affectus explicatur beneuolentia, quæ ad audiendas filiorum petitiones ſolet eſſe propenſiſſima. Vnde Bernardus: Oratio quæ paterno dulceſcit nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum mihi fiduciam præſtat. Tertio prædictum patris nomen ponitur, ut eo nomine incitemur ad bonorum operum ſtudium, diuinæq; bonitatis imitationem. Cum enim deum patrem noſtrum uocamus, per creationem ſcilicet & adoptionis beneficium, nos eius eſſe filios profitemur ſpirituali quadã ratione. Filiorum autem munus ac officium eſt, boni patris imitari ueſtigia, ne degeneres uideantur, & exorbitantes a probitate paterna. Ea igitur appellatiõe admonemur & obedire deo, & eius præcepta ſolicite ſeruare, atq; pro uiribus conſectari eum per bona opera, ne iure nobis improperetur, quod Christus dixit
[Io]han. 8. Iudæis: Si filij Abrææ eſtis, opera Abrææ facite. Et paulo poſt: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis adimplere. Sic & nobis dicitur: Si filij dei eſtis, opera dei facite, quem patrem ueſtrũ dicitis, ut re ipſa & non nomine tantum, filij dei dicamini.

¶ Porro huic nomini pater, apponitur in principio orationis dominicæ, pronomen noſter, quod eſt plurium ſignificatiuum: & non pronomen meus, quod unum tantum demõſtrat, propter certas cauſas. Quarum prima eſt, ne ſermo ille ſingularis, Pater meus uel pater mi: paternitatem per naturam explicare uideatur, quæ eſt ipſius dei patris ad ſolum dei filium, & non ad creaturam. Vnde Auguſtinus: Nemo dicat

deo, pater meus. Nam id ſoli Chriſto cõpetit, qui eſt filius per naturam: nos autem filij dei ſumus per gratiam & adoptionem. Secundo dicimus in exordio noſtrę orationis, pater noſter: ut ea communi locutione, ad dilectionem proximi accẽdamur feruentius & ad fraternum amorem. Cum enim profitemur unũ eſſe omnium noſtrum patrem in cælis, cõſequens eſt nos omnes, eſſe fratres adinuicem in terris, ſicut etiam dicit Chriſtus in euangelio: Omnes uos, inquit, fratres eſtis. Eſt autem ipſius fratris, præſtare ſuo fratri adiumentũ in neceſſitate, & ſyncero illum proſequi amore. Ea igitur nuncupatiõe cõmuni, qua dicimus deo, pater noſter: admonemur ardentius ad amorem habendum in proximum, & ad impendẽdum alijs ſubſidium in ſua neceſſitate, tanquam fratribus noſtris. Tertio ex diuina inſtitutione utimur eo loquendi modo pater noſter, in noſtræ oratiõis initio, ut nobis inuicem impendamus orationum ſuffragia, non ſolum pro nobis ipſis, ſed & pro alijs orãtes: cũ & hic in principio, & per totum orationis dominicæ cõtextum uidemus pronomina quæ orantem demonſtrant, eſſe plurium ſignificatiua, ut panem noſtrum, dimitte nobis, libera nos, & ita de reliquis. Quippe ut ait Eccleſiaſticus, Vnicuique deus mandauit de proximo. Et beatus Iacobus dicit, Oremus pro inuicem, ut ſaluemur. Debent igitur eſſe communia orationum ſuffragia, & unuſquiſque non pro ſe ſolo in hac oratione, ſed & pro cæteris omnibus debet fidelibus orare. Quod & beatus Cyprianus atteſtatur in ſermone de oratiõe dominica his uerbis: Ideo nõn dicimus pater meus, ſed noſter: nec da mihi, ſed nobis: quia unitatis magiſter noluit priuatim precem fieri,

Eccl. 17.

Iacob. 5.

ut ſcilicet tantum q̃s pro ſe precetur. Vnum autẽ pro omnibus orare uoluit, quia in uno omnes ipſe portauit. Hæc ille. Recte igitur in exordio dominicæ orationis dicimus, quod aſſumptũ eſt loco thematis: Pater noſter qui es in cælis.

¶ Pro ſecunda parte abſoluẽda, nunc ſupereſt declarare reliquam exordij dominicæ orationis partẽ, ſcilicet, q̃ es in cælis. In qua primo loco ponitur unũ proprium dei nomen & peculiare illi ſoli, ſcilicet qui es, quod & in alijs ſcripturę locis eſt freques. In Exodo enim cum interrogaſſet Moyſes dominum, Si dixerint filij Iſrael, quod eſt nomen eius qui miſit te ad
dí.3. nos: quid reſpondebo illis? Cui dominus: Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad uos. Ego ſum, qui ſum.
lm.92 Et in Pſalmo, Parata eſt ſedes tua de⁹ ex tunc, à ſeculo
lm.54 tu es. Et, Exaudiet deus & humiliabit illos, q̃ eſt ante
an.8 ſecula. In euãgelio quoque apud Iohannẽ dixit Chriſtus Iudæis: Si non credideritis quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro. Et iterum: Amen amen dico
ēm. uobis, antequam Abraam fieret, ego ſum. In quibus duobus euangelij locis, p̱ hoc quod CHRISTVS dixit, Ego ſum: myſterium ſuæ diuinitatis aperuit, & ſe uerum eſſe deum declarauit. Eſſe enim, ſiue ens, ꝓprium eſt deo, & primarie ei competit: q̃a (ut ait Hieronymus) à nullo illud accipit, ſed à ſe habet: neque ipſum eſſe dei aut ſucceſſit poſt non eſſe, aut finietur per non eſſe, ſed ſempiternum eſt & æternum. Creaturæ uero omnes ſuum eſſe ab alio, ſcilicet deo, acceperunt, à quo dependent in ſubſiſtendo. Omnes itidem creaturæ poſt non eſſe, deductæ ſunt ad eſſe: & multæ earum, ſcilicet mortales & corruptibiles, poſt eſſe decident ad nõ eſſe. Idcirco creaturæ comparatæ ad eſſe dei ꝑfectiſſimũ atq; perpetuũ, potius nõ eſſe q̃

eſſe dicendæ ſunt: quia in infinitum diſtant à perfecti one diuinæ ſubſiſtentiæ, ut ait Dionyſius in libr. de diuinis nominibus, ubi inter alia dei nomina & hoc nomen eſſe, illi attribuit. ¶Cum uero ſubiungitur in pdi cto exordio, in cælis: eo uerbo exprimitur dei cōmen datio ab habitationis ſuæ & manſionis ſupereminen tia. Nam cælorum nomine ibidem primum recte intelliguntur cæli corporales nobis ſupereminentes, in quibus eſſe hic deus dicitur. Certe quamuis deus ipſe per ſuam eſſentiam, potentiam & præſentiam ſit ubi q;, & in cælo ſurſum, & in terra deorſum, & in abyſſis terræ: cum dicat ipſe per Ieremiam, cælum & terram ego impleo: & Propheta in Pſalmo clamet ad dominū, Quo ibo à ſpiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? ſi aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcēdero in infernum, ades: & reliqua quæ ſequuntur: frequenter tñ in ſcriptura ſacra dicitur eſſe uel habitare in cælis, ut in Pſalmo: Deus, in cęlo ſedes eius. Et in Pſalmo, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Et apud Iſaiam: Cęlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Similiter & hoc in loco potius in cęlis, ſphæriſq; cæleſtibus eſſe dicitur, q̃ in alijs quibuſq; rebus corporalibus, propter excellentiora & mirabiliora eius opera, in corporum cæleſtium pulchritudine, ordineq; & opatione, clarius relucentia. Siquidē ipſa indefluxæ ſunt & incorruptibilis ſubſtantiæ, magnitudinis admirādæ, figurę ſphæricæ, quæ omnium eſt perfectiſſima. Sunt & claritatis eximiæ, & multiplici ſiderum ſplendore decorata: habentq; motum circularem, perpetuum & nulla quiete intermiſſum. Propter quas excellentes proprietates, rebus iſtis inferioribus nequaq̃ conuenientes, immenſa dei potētia, ſapientia & bonitas, in ſphæris cæleſtibus dilucidius q̃

Ieren
Pſal.
Pſalm
Pſal
Iſaię

in aliis mundi corporibus declaratur. Nempe dei potentia manifeſtatur in cælorum magnitudine & ſtabili permanentia. Sapientia uero panditur in ipſorū pulchritudine, aſtrorum decore, & inconfuſo ordine cęlorum. Bonitas uero dei declaratur in communicatione & diſtributione uirtutis ipſorum cælorum in hæc inferiora corpora eis ſubiecta, quæ ab ipſis illuſtrantur & gubernantur, uirtutemq́ accipiunt. Quis enim non uidet, per motum ipſius ſolis uerno tempore fieri omnium uegetationem & germinationem, æſtiuo tempore ſegetes matureſcere, autumnali uindemias colligi, & hyberno conſtringi omnia frigore & gelu? hæc autem omnia à cæli motu proueniunt. Secundo uero, in hac oratione, nomine cælorum recte intelliguntur angeli beati, ac animæ hominum iuſtæ ac ſanctæ, quoniam ab omni terrenorum affectuum feculētia ſunt ſemotæ ac eleuatæ, ſicut cæli corporales à terra ſunt ſublati. Sunt etiam animæ beatæ ſpirituali lumine uirtutum & gratiæ fulgentes, & continuo bonarum actionum motu agitantur, ſicut cæli corporales perſpicuo lūine clari ſunt, & aſſidua uertigine torquentur, quemadmodum ex oppoſito, qui peccator eſt, in ſacris literis ſępius appellatur terra, ob craſſitiē animi demerſi in terrenas affectiones, propter pōdus etiam malorum quibus premitur, & tarditatē pigritiamq́ ſe mouendi ad bene agendum: & quoniam instar terræ eſt, immobilis eſt bonum. Vnde Ieremias:
22. Terra terra terra, audi uerbum domini. In huiuſmodi autem ſpiritualibus cælis, qui prius ſunt deſcripti, etiam eſt deus: quoniam in illis placidum ſibi delegit habitaculum, & habitare dignatur in eis per gratiam ipſorum corda ſanctificantem. Siquidem in libro Sapientiæ dicitur: Anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ, i. dei,

qui æterna eſt ſapientia. Et Paulus ad Corinthios ſcri 1. Co
bens, ait: Neſcitis quia templũ dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in uobis? Chriſtus etiam apud Iohannem dicit: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pa Joh
ter meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Magna igitur eſt dei in nos dignatio, quod q̃uis omnibus aſſit ſuæ maieſtatis p̃ſentia, & in omnibus eſt tam bonis q̃ malis per potẽtiam & eſſentiam: ipſe tamen quem cæli cælorum capere non poſſunt nec comprehẽdere, in cordibus iuſtorum ut cælis quibuſdam myſticis eſſe dignatur, & ſpeciali mõ inhabitare per gratiam. Felices certe ſunt qui talem habent hoſpitem, ſui cordis aſſiduum habitatorem. Elaborandum eſt itaq;, ut in hoc ſeculo ſic noſtrum honoremus patrem, & corda noſtra illi exhibeamus munda habitacula, tanq̃ cælos ſpirituales in quibus eſſe dignetur: ut demum tanq̃ filij dilecti recipiamur ab eo in æterna tabernacula, & in regno cælorum cum eo in perpetuum habitemus. Amen.

DE PRIMA PETITIONE ORAtionis dominicæ, ſermo.

SAnctificetur nomen tuum. Mat. 6. & Luc. 11. cap. Et eſt prima petitionũ inter ſeptẽ petitiões cõtentas in oratione dñica. Et merito quidem, nã cũ in exordio deum patrẽ nr̃m dicamus, tanq̃ boni filij, añ oĩa honorificentiã diuini noĩs expetere debemus. In cæteris aũt ſex petitionibus duo gñatim petunt, utpote collatio boni, & amotio mali. Atq; bona q̃ cõferri nobis expoſcimus, ſunt triplicia, ſ. maxima, utputa conſecutio regni cæleſtis. Et hæc in ſecunda petitione poſcunt, cũ dicimus:

Adueniat regnum tuum. Alia ſunt media bona,quæ ſ.ad animam pertinẽt, ut gratia dei, uirtutes & bona opera per quæ uoluntas dei à nobis completur, cum
4. ſcribat B.Paulus:Hæc eſt uoluntas dei, ſanctificatio ueſtra.Et hæc media bona in tertia petitione quęrun tur,cum dicimus:Fiat uoluntas tua ſicut in cælo & in terra. Denique minima bona ſunt, quæ ad corporis ſuſtentationem pertinent, & præſtant adiumentum ad ſalutem,ut uictus,amictus,& ſimilia corporis adminicula.Hæc autem in quarta petitione exquiruntur à deo,cum dicim⁹: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.Panis enim nomine,omnia corporis neceſſaria intelliguntur ibidem.Mala uero,quę auferri à nobis petere debemus,etiam ſunt triplicia,ſ. maxima,media & minima.Maxima mala nr̃a ſunt peccata:quæ nos ſeparant à deo,& detrudũt in mortem
8. æternam, ſecũdum illud Iezechielis uerbum: Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.Et hęc à nobis tolli ex poſcimus in quinta petitione orationis dominicæ, quę eſt:Et dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.Media uero mala ſunt peccatorum occaſiones, quæ nos inducũt ad ruinam & lapſum,niſi uiriliter illis reſiſtam⁹. Quales ſunt tẽtationes dæmonis,mũdi & carnis. Et hæc à nobis remoueri expoſcimus in ſexta dominicæ orationis petitiõe,cum dicimus:Et ne nos inducas in tentationẽ. Demũ,minima mala ſunt dãna corporꝫ & rerũ exter narum nobis utiliũ,ut ægritudo corporis,paupertas, orbitas,& ſimilia q̃ præſtãt infirmis animis &debilibus ſæpe materiã ꝓlabendi in peccatũ ꝑ impatientiã aut alio quouis modo. Et hoc etiam à nobis ſuſtolli depoſcimus in ſeptima petitione,cum dicimus:Sed libera nos à malo.Ecce ſeptem petitiões in oratiõe do

minica contentas,quarum ſingulæ poſtea ſunt diffu•ſius per ordinem explicandæ. Aue Maria.

¶Sanctificetur nomen tuum. Ex loco ſuperius adducto.In prima parte declarabit,quō nomen dei ſanctificandum eſt à nobis,& quare. In ſecunda,quō cōtra iſtam petitionem multi peccant homines, nō ſanctificantes nomen dei ut decet & oportet. Pro prima parte deducenda,notum eſt omnibus,filios om̄es diuino præcepto obligari ad honorandos ſuos parentes,cum in Exodo dixerit dn̄s, dans præcepta decalogi: Honora patrem tuum & matrem tuam,ut ſis longæuus ſuper terram. Quod ſi patrem noſtrum ſecundum carnem,qui homo eſt mortalis,debemus ex dei inſtitutione honorare:quanto magis deum patrem noſtrum ſecundum ſpiritum,à quo & animam accepimus,à quo conditi & redempti ſumus,à quo deniq; expectamus uitam æternam,debemus honore debito proſequi? Quemadmodum B. Paulus ad Hebræos ſcribens, ſimili innititur argumento in eadem materia,cum ait: Deinde patres quidē carnis noſtræ,eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo mag; obtemperabimus patri ſpirituum,& uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum,ſecundū uoluntatem ſuam erudiebāt nos:hic autē ad id q̄d utile ē,in recipiēdo ſanctificationē eius. Hæc Paulus. Idē q̊q; inſinuat dn̄s per Malachiam prophetam,cum ait: Filius honorat patrem,& ſeruus dominum ſuum. Si ergo pater ego ſum,ubi ē honor meus? & ſi dominus ego ſum,ubi eſt timor meus? Recte igitur in hac prima petitione,tanq̄ filij affecti in patrem, petimus nomen dei ſanctificari & honorari à nobis. Debet autem nomē dei à nobis tripliciter ſanctificari.i.honorari ſiue honorificari. Prio,pio cordis affectu, & ſyn-

cera animi meditatione, ſępius id nomen cogitatione
reuoluendo, & ad ipſum oẽm ſpem noſtram erigen-
do, quinimo & totam fiduciã auxilij noſtri & cõfiden
tiã ſalutis in illo nomine collocando, ut cum Prophe
,113. ta ſyncera mente dicamus: Adiutoriũ nr̃m in nomi-
m.43. ne dñi, qui fecit cælum & terram. Et in alio loco: In te
inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in noĩe tuo
ſpernemus inſurgentes in nobis. Nam ut ait idẽ Pro-
m.39. pheta in alio Pſalmo: Beatus uir, cuius eſt nomen dñi
ſpes eius, & nõ reſpexit in uanitates & inſanias falſas.
Hoc etiam exemplo ſuo cõprobauit ipſe Dauid ad-
huc adoleſcens, qui cum inſtructus dũtaxat funda pa
ſtorali & quinqꝫ lapidibus uibrandis in hoſtem, pro-
ceſſiſſet contra Goliath Philiſtæum, gigantęa proceri
tate terribilem, & armis bellicis, undiqꝫ munitum, qñ
appropinquauit illi ad ineundum duellum, dixit ipſi
g.17. Goliath: Tu uenis ad me cum gladio & haſta & cly-
peo, ego autem uenio ad te in nomine dñi exercituũ
dei agminũ Iſrael, quibus exprobraſti hodie. & dabit
te dñs in manu mea, & percutiam te & auferam caput
tuum à te. Quod & fecit. Nam lapidem funda iactum
infixit frõti eius, & proſtrauit ipſum attonitum ea cõ
cuſſione in terram: & cum gladium non haberet Da-
uid, proprio gigantis gladio eundem interfecit, mira
bilíqꝫ & inſigni potitus eſt uictoria. Sic & felices ſuarũ
rerum habebunt ſucceſſus & exitus, qui totam ſuam
ſpem reponũt in nomine domini: quoniam ut ait Ie-
m.17. remias: Beatus uir qui confidit in domino, & erit dò-
minus fiducia eius. Secũdo debemus ſanctificare no-
men domini ore & geſtu corporis. Ore quidẽ, nomi-
nando ipſum quando fuerit opus cum maturitate, ti-
more & reuerentia, tanquam nomẽ quod angeli ſan
cti contremiſcunt. Geſtu uero corporis, quando audi

mus ipſum in ſacra ſcriptura nominari uel ab aliq̄ ꝓferri, inclinando caput, flectendo genua, aut aliquod aliud reuerentiæ ſignum exterius exhibendo. Nam hæc ſigna reuerentiæ exteriora, indicant pium animi affectum interiorem ad deum. Siquidem cum publicatur aliquod regis edictum aut decretum, omni populo congregato ad audiendum mādatum regium, quando nominatur etiam communi appellatiōe nomen regis hoc modo aut conſimili. Dominus noſter rex hoc mandat, omnes aſtantes detegunt caput ſuū, & exhibēt ſignum aliq̄d reuerentiæ noī regis ab eis audito. Nonne igitur potiore iure, quando auditur nomen dei regis ſempiterni, qui eſt rex regum & dominus dominantium, atque princeps regum terræ, aut in lectione ſacrarum literarum, aut in publica uerbi dei prædicatione: debent oēs exteriore ſigno reuerentiam & uenerationem illi exhibere? Inſuper & ore debent oēs ſc̄tificare nomē dei atq; honorare, deuota oratione etiā ore facta, ip̄m dei nomen inuocando, atque ab eo gratiam & auxilium poſtulando. Nam talis diuini nominis inuocatio, pie & perſeueranter facta, præſtat ſalutem inuocanti, cum ſcriptum ſit apud Ioelem prophetam: Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Ioe[l] Tertio debent fideles ſanctificare nomen dei opere & facto, inſiſtendo ſcilicet bonis operationibus & obſeruationi mandatorum dei, & omnia opera bona, eleemoſynam, ieiunium & orationem, ac cætera id genus: in honorem diuini nominis principaliter ac ultimate referendo, ut gloria nominis dei ſit tanquam ſcopus & præcipuus finis omnium noſtrarum actionum, quemadmodum admonet eſſe faciendum beatus Paulus, ita ſcribens in prima ad Corinthios epi- 1. C[or.]

ſtola:Siue manducatis,ſiue bibitis,uel aliud quid faci tis,om̃ia in gloriã dei facite.Et ad Coloſſenſes ad idẽ nos hortatur,dicens: Omne quodcunq; facitis in uer bo aut in opere, omnia in nomine domini noſtri Ie-ſu Chriſti facite,gratias agentes deo &patri per ip̃m. Poſſunt quidem alij fines minus principales & non ultimati, atque ſubordinati noſtrarnm operationũ licite conſtitui,dummodo omnes illi ad deum & ad gloriam diuini nominis tãquam ad ultimum finem ulterius referantur, ut cibus & potus ad refectionem corporis,& ſomnus ad eius requiem recte ordinatur, ut ipſum corpus ſit aptum animæ inſtrumentum ad bene agendum, & ut deinde anima ad honorem dei bona faciat opera.Sic ad pauperis ſuſtentationem facta eleemoſyna prodeſt,ſi demum ad dei gloriã ordinet.Et opera bona facta in publico,ad aliorum ædificationem ſunt deo grata, ſi deinceps referantur ad honorem diuini nominis, quemadmodum Chr̃s apud
tth. 5. Matthæum dicit apoſtolis: Sic luceat lux ueſtra corã hominibus,ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cælis eſt. Cæterũ dei nomẽ nõ ſine cauſa rationabili eſt à nobis honorãdum. Primo quidem,quia nomen domini ſaluificum eſt & ſalutare,præſtansq; ſalutem ijs qui pie inuocant ip̃m.
m. 53. Orat enim propheta dominum in Pſalmo: Deus, in nomine tuo ſaluum me fac, & in uirtute tua iudica me. Non autem ipſe peteret in nomine domini ſaluus fieri,niſi nomen domini uirtutem haberet ſaluificam.Secundo honorandum eſt domini nomen,quia magnæ eſt potentiæ atq; uirtutis,præſtans uictoriam de inimicis & hoſtibus animæ. Siquidem fidelis populus iniquorum perſecutionibus preſſus,clamat ad
117. dominum:Omnes gentes circuierunt me,& in nomi

ne domini quia ultus ſum in eos. & in ſequētibus uer ſibus bis repetit poſteriorem illam ſententiam, qua in ſinuat ſe præualuiſſe inimicis perſequentibus, & forti orem euaſiſſe per uirtutē diuini nominis. Tertio, idē nomen merito à nobis eſt honorandum, quoniā ſummæ eſt bonitatis & ſuauitatis, ut à quo profluat omis à cælo in homines beneficētia & gratia. Nēpe in Pſal mo dicit propheta: Expectabo nomen tuum, quoniā bonū eſt in conſpectu ſanctorum tuorum. Et, Cōfitebor nomini tuo domine, quoniam bonum eſt. Et rurſum in Pſalmo, Laudate dominū quoniam bonus dominus, pſallite nomini eius quoniam ſuaue. Denique alibi, bis illud cōcinit propheta: Domine dominus noſter, q̃ admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra. Debemus igitur ſtudioſe facere, quod in hac prima petitione petimus, & in principio eſt aſſumptum: Sanctificetur &c.

Pſalm. 5 · Pſalm. · Pſal. 13 · Pſalm.

¶In ſecunda parte oſtendendū eſt, quomodo multi peccant faciendo contra hanc petitionē, & non ſanctificando nomen dei. Sane quamuis ipſe deus tātam in nos oſtēderit humanitatem, ut ſe patrem noſtrum uoluerit nuncupari in principio huius oratiōis, & nos filiorum dei nomine honorauerit, ut teſtať beatus Johannes in prima ſua epiſtola canonica, dicens: Videte qualem charitatem dedit nobis deus, ut filij dei nominemur & ſimus. Attamen multi tantam dei benignitatem paruifacientes, ſanctum nomen dei non ſanctificant ut deberent, ſed inhonorant potius. Et hi potiſſimum in triplici inueniuntur diſtinctione & differentia. Primo ſiquidem non ſanctificant nomeń dei, qui totum ſui cordis affectum in illo non collocant neq; fiduciam, ſed potius in diuitijs aut in amicis ſuis & humano fauore. Quod tamē prohibet Propheta in Pſal

1. Joh.

Pſal.145. mo, cum ait: Nolite confidere in principibus, nec in filijs hoim in quibus nõ eſt ſalus. Et in alio Pſalmo, Da
Pſal 59. nobis auxilium de tribulatione, quia uana ſalus homi
Ieremi. 17 nis. Cui ſententiæ conſonat Ieremias propheta, dicẽs: Maledictus homo qui cõfidit in homine, & ponit carnem brachium ſuũ, & à deo recedit cor eius. Certe cõfidentia quæ habetur præcipue & principaliter in homine, neglecto dei nomine, ſimilis eſt glaciei unius noctis, in qua per congelationem conſtricta eſt aqua alicuius fluuij tãtum modo per unius noctis ſpatium. Super quam glaciem ſi quis ambulare tentauerit, putans eam eſſe ſolidam: rumpitur ſtatim ſub pedib⁹ eius glacies adhuc infirma, & ille contra ſpem ſuam in fluuium demergitur. Ita ſane qui ſuam conſtituunt confidentiam in humano ſubſidio, deſtituũtur tandem omni au-
Pſal.117 xilio. Idcirco præclare nos admonet Propheta in Pſalmo, dicens: Bonum eſt confidere in domino, q̃ cõfidere in homine. Bonum eſt ſperare in domino, q̃ ſperare
Par. 16. in principibus. Vnde & Aſa rex Iuda in hoc ipſo uituperatur, q cum in ſenectute ſua graui pedũ dolore torqueretur, non conuerterit ſuam fiduciam in dominũ, ſed magis in ope & arte medicorum fuerit confiſus, cũ tamen medicos ordinate conſulere liceat. Secũdo inhonorant nomẽ domini, qui illud in ore ſuo aſſumũt in uanum iurãdo, blaſphemando, deierando, uel deo execrabiliter abrenunciando, de quibus conqueritur
Mala 1. dominus per Malachiam prophetam, dicens: Magnũ eſt nomen meum in gentibus, & uos polluiſtis illud.
Iſa. 52. Et per Iſaiam, Per uos iugiter tota die nomen meum
Deute. 5. blaſphemãtur. In Deuteronomio itidem grauem pœnam illis comminatur dominus, cum ait: Non uſurpabis nomen dei tui fruſtra, quia nõ erit impunitus q ſuper rem uanam nomen eius aſſumpſerit. Et in Leuiti-

co educi extra caſtra & lapidibus obrui iuſſus ē uir Iſra- Leuit. 24
elita, qui blaſphemauerat nomen domini: atq; lex ex
inde promulgata, q̄ qui maledixerit nomini domini,
illudq; blaſphemauerit, morte moriatur. Quæ omnia
ad noſtram correptionem ſcripta ſunt, ut ex illis intel
ligamus, blaſphemos & dei nomen diris execrationi-
bus atq; deierationibus inhonorantes, extra ſanctorū
conſortium tandem eijciendos, ſecundaq; morte feri-
endos. Hinc recte quenq; admonet Eccleſiaſticus, di-
cens: Nominatio dei non ſit aſſidua in ore tuo, & no- Eccle. 23
minibus ſanctorum ne immiſcearis. Iurationi non aſ-
ſueſcat os tuum. Vir multum iurans, implebitur iniq-
tate: & nō diſcedet de domo illius plaga. Hæc ille. Ter
tio non ſanctificant, ſed inhonorant nomen domini,
qui opera ſua non faciunt principaliter & finaliter ad
honorem diuini nominis, ſed ad aliquem alium finem
ſiniſtrum, utpute ad comparandam laudem humanā:
utq; reputentur & exiſtimentur boni, atq; commendē
tur ab hominibus, habeanturq; probi in ore & oculis
hominum. Tales certe ſimiles ſunt phariſæis hypocri
tis, de quibus dicit dominus in euangelio Matthæi: Matth. 23
Omnia opera ſua faciunt, ut uideātur ab hominibus.
Et alibi ait: Attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis co Matth. 6
ram hominibus, ut uideamini ab eis. alioquin merce-
dem non habebitis apud patrem ueſtrum qui in cælis
eſt. Et conſequenter in eodem loco de ijs qui eleemo-
ſynam, ieiunium uel orationem ſuam faciūt, ut laudē-
tur ab hominibus, ſubiungit dominus: Amen dico uo
bis, receperunt mercedē ſuam. Itaq; ſtudeamus ſic cor
de, ore & opere ſanctificare nomē dei in terris, ut ex-
inde cōſequamur æternæ mercedis retributionem in
cælis. Amen.

orationis dominicæ,ſermo.

ADueniat regnum tuum. Matthęi ſexto & Lucæ 11.capite ſcribuntur hæc uerba. Boni eſt filij proprium, hæreditatem paternam expetere, & ad illam pio mentis affectu ſuſpirare. Cum autem in principio orationis dominicæ deum patrem noſtrum ex eius inſtitutione & doctrina nuncupauerimus, ea ipſa appellatione nos ipſos dei filios eſſe profitemur & atteſtamur. Atqui deus ipſe præclarā habet hæreditatem, domum ſcilicet regni cæleſtis, omni opulentia & bonorum abundantia refertā, de qua dicit Propheta in Pſalmo: Etenim hæreditas mea præclara eſt mihi. Et alibi in Pſalmo: Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuū, hęreditatem inquam tutam, ſecuram & ſempiternam. quæ nec morte, nec uiolenta malignorum rapina, nec concuſſione potentiorum poteſt amitti, ſed ſemel parta perpetuo poſſidetur, redditq́ꝫ poſſeſſorem ſemper beatum. De qua hęreditate dicit Apoſtolus ad Romanos, ꝙ facti ſumus hæredes dei, cohæredes autem Chriſti. Recte igitur participationem huius hæreditatis regniq́ꝫ cæleſtis, nobis tandem aduenire expetimus in hac ſecunda petitione, dicentes: Adueniat regnum tuum. Et merito quidem expoſcimus aduentum regni dei in nobis, poſt conſummationē uitæ noſtræ in æterna beatitudine compleri. Nam huiuſmodi regnū eſt nobis ab ipſa mundi conſtitutione præparatum, quēadmodum atteſtatur dominus noſter apud Matthæū his uerbis: Venite benedicti patris mei, ꝑcipite regnū quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Idem q̊ꝗ nobis à deo eſt repromiſſum, & ex promiſſione deſignatum, cum ait dominus in euangelio Matthæi: Qui

Pſalm. 15.
Pſalm. 60.
Roma. 6.
Matt. 25
Matt. 7.

facit uoluntatem patris mei qui in cælis eſt,hic intrabit in regnum cælorum. Et iterum: Si uis ad uitam ingredi,ſerua mandata. Vbi ſeruantibus dei mandata,ꝓmittitur ingreſſus ad uitam æternam, quæ eſt regnũ dei,de quo fit hic ſermo. Tertio,idem regnum eſt nobis à Chriſto quæſitum per paſſionem & mortem ſuam,& precioſo eius ſanguine emptum, quem effudit in preciũ noſtræ redemptionis,ſicut ſancti in Apocalypſi gratias agentes deo de ſuſceptis beneficijs, inter cætera illi concinunt. Redemiſti nos deo in ſanguine tuo Chriſte,& feciſti nos deo noſtro regnum & ſacerdotes,& regnabimus ſuper terram. Veruntamen ſummo ſtudio cauendum eſt,ne per praua opera à filiatione dei excidamus,& conſequenter à regno dei, ſicut Iudæi prius erant filij dei per fidem & opera,& etiam tunc erant filij regni cæleſtis. Sed poſtquam per ſuam incredulitatem & infidelitatẽ deſtiterunt eſſe filij dei, facti ſunt etiam extorres & alieni à regno cæleſti,quẽadmodum dominus apud Matthæum de gẽtilibus & Iudæis loquens,ait:Dico autem uobis,ꝙ multi ueniẽt ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraam, Iſaac & Iacob in regno cælorum. Filij autem regni huius(ſcilicet Iudæi)eijciẽtur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Vbi manifeſte & gentium ſalus à Chriſto prędicitur in priore ſententia,& Iudæorum reprobatio in poſteriore. Itaq; illorum exẽplo,cautiores eſſe debemus,ut noſtram operemur ſalutem:quia ut uulgo dicitur,

Matt.19.

Apoca.

Matth.8

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

Et ut ait Salomon in Prouerbijs:Peſtilente flagellato, aſtutior erit paruulus. Aue Maria.

Prouе.

¶ Adueniat regnum tuum. Ex loco ſuperius adducto,deſumũtur hæc uerba pro ſermonis præſentis ma

teria. Qui in duas deducetur partes. Harum prior pro prietates & conditiones regni cæleſtis explicabit, pro pter quas merito expetere debem⁹, ꝙ ipſum nobis ad ueniat. Poſterior uero declarabit, quid nobis faciendū eſt, ut tādem regnum dei (ſicut petimus) aſſequamur. Pro abſoluenda prima parte, id cognitu eſt dignum, ꝙ Propheta in Pſalmo loquens de regno cæleſti & eius excellentia, dicit: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Vbi nomine generali bonorum, comprehendit omnia & optabilia & deſiderabilia, quæ in regno cælorum affatim inueniuntur. Verum illa erunt enucleatiora & manifeſtiora, ſi particulatim declarentur aliqua eorum bonorū, quæ in ipſo dei regno poſſidentur. Horum autem primum eſt uita, nō quidem anxia, dubia, ſuſpenſa, ut uita huius mundi, quæ morti eſt obnoxia, & tandem morte finienda, ac interim incerta & mille ſubiecta periculis: ſed uita ꝑpetua nullo claudenda fine, neſcia interitus, & mortis expers: q̄niam ab ipſo fonte uitæ deo illa iugiter conſeruatur, de quo dicit propheta: Quoniam apud te eſt fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Et in Pſalmo ait: Sitiuit anima mea ad deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Siquidem beatus Iohannes euangeliſta & apoſtolus in Apocalypſi ſcribit de illa ſuperna ciuitate dei Ieruſalē, ꝙ mors ibi ultra non erit. Et Chriſtus in euangelio dicit: Illi uero qui digni habebuntur ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, ultra mori non poterunt. Aequales enim angelis ſunt, & filij ſunt dei, cum ſint filij reſurrectiōis. Ibi certe uita eſt æterna, quam toties in euāgelio ſe repromittit ſuis daturum Chriſtus. Secundum regni cæleſtis bonū, eſt quies, nō quidē ad tēpus & labore interrumpenda, ut quies huius mundi, cui iterum ſuccedit

Pſalm. 26

Pſalm. 35.

Pſalm. 41

Apoca. 21.

Luc. 20.

labor,ſed poſt peractum uitæ præſentis laborem quies ſempiterna,& nullum unquam finem habitura. De qua dicit beatus Iohannes, ꝙ ſancti cæleſtis regni conſortes,non eſurient neq; ſitient amplius,neq; cadet ſuper illos ſol neq; ullus æſtus, & abſterget deus om̄em lachrymam ab oculis eorum, quoniam priora tranſierunt.Et in eodem libro idem ait de ſanctis: Amodo iam dicit ſpūs, ut requieſcant à laboribus ſuis. Opera enim illorum ſequuntur illos. Hic ſane & in præſenti ſeculo,laboris eſt locus, agonis, pugnæ & certaminis cum hoſtibus animæ. Quod cum uiriliter & perſeuerantet quis peregerit,& uictor euaſerit, uictrici adornatus corona,transfertur à labore & agone præſentis uitæ ad quietem alterius uitæ perpetuam & nunquã terminandam. Tertium bonum ipſius ſupernæ ciuitatis Ieruſalem,eſt lux, non quidem interrumpenda tenebris aut noctis opacitate,ſicut eſt lux huius mundi, in qua diei ſuccedit nox, & ſol interdum nubibus obducitur & patitur eclipſim,ſed lux ſempiterna & continua.Nempe in Apocalypſi dicit beatus Iohannes,ꝙ ciuitas illa ſuperna Ieruſalem, nõ indiget ſole neq; luna,ut luceant in ea. Nam claritas dei illuminabit illã, & lucerna eius eſt agnus. Et nox nõ erit illic.Hæc ibi. Quomodo eñ illic haberet locum nox, ubi deus ipſe illuminator eſt aſſiduus: de quo dicit idem Apoſtolus in prima ſua epiſtola canonica,ꝙ deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. De ciuibus uero regni cæleſtis dicit ipſa ſumma ueritas, ꝙ fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.Et Salomon ait:Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.Huius uero lucis ſupernæ ſpeciem quandam exhibuit &imaginem dominus noſter, quando in hora ſuæ transfigurationis reſplenduit facies eius ſicut ſol, & ueſtimẽ

Apoc.7
Apoc.14
Apoc.21
1.Joh.1
Sapie.
Matt.

ta eius facta ſunt candida ſicut nix. Tunc enim in ſe ca
pite oſtendit ad horam,quid in membris ſuis futurum
eſt in perpetuum. Quartum bonum regni cæleſtis eſt
pax,non mundana, neq; quomodo mundus dat, ubi
ſæpe ſub umbra pacis obtegũtur bella ſæuiſſima. Aut
ſi ſine dolo hic componitur pax,non tamen diuturna
plerunq; eſt, nec perpetua: ſed ſæuo bellorum turbine
dirumpitur. In ſuperna uero ciuitate Ieruſalem,omni
um eſt ciuium unanimis concordia,tranquillitas ſum
ma, ardentiſſima charitas, & amor ſyncerus, & ſine
odio,diſcordia,diſſenſione,ſeditione aut bellorum in-
quietudine pax ſempiterna. Quam & angeli de cælo
terris annunciauerunt,cum in natiuitate domini(qui
eſt pax noſtra,et nos deo per ſuam mortem pacifica-
ac.2. uit)concinuerunt lætabundi hunc hymnum: Gloria
in excelſis deo, et in terra pax hominibus bonæ uolũ-
tatis. Si igitur cætera deeſſent illic bona,tamen ſæpius
experti quanta mala ex bellis proueniant,deberemus
ad cæleſtem illam patriam aſpirare, ut tanti boni ſcili
cet pacis,habeamus participationem. Quintum bonũ
illius regni ſuperni,eſt gaudium et lętitia,non quidem
ou. 14. ut in hoc mundo,ubi(ut ait Salomon)plerunq; extre-
ma gaudij luctus occupat,ubi etiam(ut ait poeta)nul
udius. la eſt ſyncera uoluptas, ſolicitumq́; aliquid lætis inter
uenit:ſed gaudium purum et uerum in domino,læti-
tiaq́; nunquam per triſtitiam obnubilãda. De qua di
ię.51. citur:Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudiũ
et lætitiam obtinebũt,fugiet dolor et gemitus. Et Pro
pheta in Pſalmo, de incolis regni cæleſtis dicit ad do-
lm.5. minum:In æternum exultabunt,et habitabis in eis. Et
l.148. in Pſalmo,Exultabunt ſancti in gloria,lætabuntur in
cubilibus ſuis. exultationes dei in gutture eorũ. Quàm
exhuberans autem et copioſa ſit illa lætitia beatorum

in *cæleſti* patria, declarat diuinus pſaltes cum ait: Inebriabũtur ab hubertate dom' tuæ, et torrẽte uoluptatis *tuæ* potabis eos. Siquidem nomine inebriationis, hubertatis et torrentis, quæ omnia affluentiam deſignant, exprimit ibidem Propheta affluentiam et copiam ineffabilis illius gaudij, quo perfruũtur cæleſtis aulæ ciues. Sextum regni cæleſtis bonum, quod nos animare debet ad ipſum ardenter expetendum, eſt merces ampliſſima, ſcilicet uiſio dei & cognoſcibilium in eo quæ repoſita eſt illic omnibus ijs, qui fideliter hic perſtiterunt in agone certaminis. De qua mercede dicit ipſe dominus remunerator omnium fidelium, ad eos q hic deſudauerint perſeuerãter in militia dei cõtra hoſtes. Gaudete & exultate, quia merces ueſtra copioſa eſt in cælis. Et apud alium euangeliſtam, Merces *ueſtra* multa eſt in cælo. Quòd ſi quis fuerit percõtatus fortaſſe, quanta ſit ea merces: reſpondet illi paucis beatus Paulus, ꝙ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit dominus diligentibus ſe. Ecce nunc nobis eſt hic locus currendi in ſtadio præſentis peregrinationis, ut tandem comprehendamus brauium æternæ felicitatis. Nũc labor exercendus per bonorum operum ſtudium, ut digni reddamur æterna illa mercede. Non igitur emarceſcamus ocio, nec obtorpeſcamus inertia hic deſides & oſcitabundi, ſed accingamur animoſe ad exercitiũ uirtutum: quoniam ut ait Salomon in libro Sapient. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. & potiſſimum fructus ille præclariſſimus ęternę mercedis, quem pręparauit deus diligentibus ſe. Septimum ſupẽrni regni bonum eſt ſecuritas & certitudo ſine hæſitatiõe, ꝙ bona illa prædicta beatorum ad gloriæ cæleſtis ſocietatem aſcitorum non diminuentur unquam, nec ſubtra

Pſalm 35 | Matth. | Luce. | 1. Cor. | Sapie

hentur illis,ſed perpetuo ipſis aderunt. Quæ certe magna eſt pars felicitatis eorum,& ingẽs beatitudinis ſtabilimentum,habere ſcilicet certam ſecuritatem & ſecuram certitudinem,quòd nunquam ſua finientur gaudia,nunquam bona ſic adepta diminuentur:ꝙ itidem certi ſint & ſecuri,nunquam ſe ab illa æterna beatitudine poſſe excidere. Quod & Iſaias atteſtatur,cum ait:
[Isa]ii.34. Oculi tui uidebunt Ieruſalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit,nec auferentur claui eius in ſempiternum, & oẽs funiculi eius non rumpẽtur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt dominus noſter. Hæc ille. In hac autem uita quæcunq; habeantur bona, ſemper habent annexam formidinem quandam animi & trepidationem, ne amittantur:& ſubſunt illi periculo,ne ab alijs rapiãtur aut impediantur : & demum omnia huius mundi bona,etiam ab inuitis ſunt in morte relinquenda.Itaque his dimiſſis,ardenter expetamus quod in themate eſt propoſitum: Adueniat &c.

¶In ſecunda parte ſupereſt oſtendere ſecũdum partitionem propoſitam, quæ ſunt in primis neceſſaria, ut adueniat nobis regnum dei,& tandem ad illud perueniamus. Inter quæ illud ſummopere expoſcitur & primo loco, ꝙ deus in hoc mundo ſuum in nobis habeat regnum, & regnet in anima noſtra per debitã ad illum ſubiectionem & obedientiam.Nam ſi hic in nobis regnauerit per bonorum operum ſtudium & obſeruationem ſuorum mãdatorum,parato ſibi loco habitationis & regni in anima noſtra, & nos quoq; reddet participes ſui regni æterni in cælo. Sin uero excludimus deum à regno animæ noſtræ per uitia & deſideria mundi, & permittimus ſathanam in nobis regnare per adimpletionem uoluntatis eius,tunc erimus ꝑ

ſecto excluſi à regno dei quod petimus. Idcirco ſolicite admonet beatus Paulus Romanos, quinimo & omnes fideles, dicẽs: Non ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, ut obediatis cõcupiſcentijs eius. *Hoc ipſum* etiam prohibet Chryſoſtomus ſuper Mathæi ſextũ cap. in expoſitione huius particulæ orationis dominicæ. Adueniat regnum tuum, dicens: Aliud eſt regem eſſe, aliud regnare. Ecce enim deus naturaliter rex eſt, ſed non in omnibus regnat: nec omnes homines ſunt regnum eius, quia nec faciunt omnes uolũtatem ipſius. Nam in iniquis hominibus nõ deus, ſed diabolus regnat, cuius faciunt uoluntatem. Et reliqua quæ ibidem præclare proſequitur, & ex quibus tandem concludit, ꝙ ſi uolumus hanc petitionem noſtrã à deo exaudiri, & regnum ſuum nobis demum aduenire, debemus efficere totis uiribus, ꝙ ipſe ſuum in nobis habeat regnũ in hac uita præſenti, & regnet in anima noſtra per uirtutum opera & gratiam. Secundo requiritur in nobis ad deũ patrem noſtrum filialis obedientia, reuerentia & ſubiectio, ut euadamus tandem participes regni eius, & ut illud nobis aduentiat. Nempe ſecundum leges huius reipublicæ mũdanæ, & iuxta rectæ rationis dictamen, ſi filius ſecundum carnẽ uult conſequi hæreditatem patris & participationem bonorum eius, debet morem gerere patri, & exhibere eidem debitam reuerentiam, honorem & obediẽtiam. Quòd ſi filius fuerit contumax in parentes, ſi eorum monita contemnat, ſi probris eos afficiat & contumelijs, ſi deniꝗ manus uiolẽtas inferat parẽtibus, & mortem illis intẽtet: debet ſecundum legũ decreta & rectæ rationis iudicium, ille filius exhæredari, & priuari ſucceſſione bonorum paternorum. Vnde in Deuteronomio iuſſit dominus, ꝙ ſi quis genuerit filium contuma

Roma.

Deute.

cem & ſuperbum atq; proteruum, monita parentum audire contemnentem, uacantemq; comeſſationibus & libidini, debeant cum parentes accuſare coram magiſtratibus & rectoribus ciuitatis de huiuſmodi cōtumacia in parentes, & proteruia atq; diſſolutione uitæ, & q; per iudices illos filius condemnetur ad mortem lapidatione illi inferendam. Ex quo cōſtat plane huiuſmodi filium nullam habere ſecūdum dei decretum participationem hæreditatis paternæ: ſed ea omnino priuatur per ignominioſam illam mortem lapidationis, iuſte illi inflictam. Per quod myſtice nobis ſignatur, peccatorem deo inobedientem, & dei patris ſui contemptorem, lapidibus æternæ damnationis deniq; eſſe obruendum, & priuandum regni cæleſtis hæreditate, qua ſe fecit indignum: quia deo patri ſuo, illius regni datori, fuit contumelioſus & inobediens. Tertio requiritur ad regni cæleſtis in nobis aduentum, uitæ mūditia & puritas in cogitatu, ore & opere, per quam eo perueniamus, ubi nihil impurum, nihil immūdum aut inquinatum poteſt ſubſiſtere. Eſt em̄ illud dei ha-
xa.21. bitaculum (ut teſtatur Apocalypſis) ex auro mūdo & lapidibus precioſis extructum, rutilātibusq; gemmis. Et plateæ ciuitatis illius (inquit) aurum mundum tanquam uitrum perlucidum. Non intrabit in eam aliqd coinquinatum, aut abominationem faciens aut mendacium. Non potuit certe uel uno momento illud regnum dei ſuſtinere ſathanam cum tota ſua cohorte, p ſuperbiam deo rebellantem, ſed protinus deturbatus eſt in abyſſum. Vidi (inquit Chriſtus) ſathanam tanq̄
c.14. fulgur de cælo cadentem. Quomodo ergo obtinebūt regni illius participationem homines impuri & peccatis immundi? Certe beatus Paulus id nequaquam fie-
c.ro 2.6. ri poſſe aſtruit, cum ſcribit ad Corinthios: An neſcitis

quia iniqui regnum dei non poſſidebunt? Nolite errare. Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces regnum dei poſſidebunt. Et ad Epheſios ſcri- Ephe. bens, idem confirmat his uerbis: Hoc ſcitote intelligē tes, quod om̄is fornicator aut immundus, aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Studeamus igitur hic nos ſic emundare ab omnibus inquinamentis mentis & corporis, ut tādem nobis (quemadmodum hic petimus) adueniat regnum dei. Amen.

DE TERTIA PETITIONE ORAtionis dominicæ, ſermo.

FIat uoluntas tua, ſicut in cęlo & in terra. Matthæi ſexto cap. In pręcedente petitione, ſicut à Chriſto ſumus edocti, petiuimus regnū cęlorum, æternamq; beatitudinem nobis aduenire. Dei autem facere uoluntatem hic in terris, & eius ſeq; præcepta, eſt uia quædam expediens & medium cōueniens ad perueniendum in regnum cælorum, cum dicat Chriſtus: Non om̄is qui dicit mihi, domine domine, Matth. intrabit in regnum cælorum: ſed qui facit uoluntatem patris mei q in cælis ē, intrabit in regnum cælo℞. Recte igitur poſt regni dei petitionem, hic continuo ſubiungitur poſtulatio diuinam uoluntatem faciendi. Siquidem fruſtra finis aliquis expetitur, ſi non etiā exquirantur media accommoda ad finem illum perducentia: ut fruſtra ſanitas optatur ab ægroto, ſi potionē ſalubrem à medico ordinatam recuſet: neq; meta aliqua in termino uiæ conſtituta, poteſt attingi ſine iti-

neris ipſius intermedij peragratione. Et merito peti-
mus dei uoluntatem à nobis hic fieri & compleri. Nã
ipſe pater noſter ẽ, atq; ſic appellatur in principio hui-
us oratiõis: & ita nos ſumus eius filij, & per creationẽ,
& per adoptionem in gratiam ſuam. Bonus autem fi
lius & probus, quid debet optare conuenientius aut ſa
lubrius, q̃ q; uolũtas optimi ſui patris, à ſe & fratribus
ſuis integre perficiatur, ut om̃es mandata eius obſer-
uent & perficiant? Certe exemplum memorabile hui-
us rei nobis reliquit Chriſtus filius dei, qui conteſta-
tus eſt in euangelio ſe de cælo deſcendiſſe, non ut face
ret uoluntatem ſuam, ſed uoluntatem eius q mſit eũ,
patris. Et imminente hora ſuæ paſſionis, orans patrẽ
ſuum cęleſtem, ut calix amariſſimus ille quem erat bi
biturus, à ſe transferretur: ſubiunxit, Verũtamen non
mea uoluntas, ſed tua fiat: & nõ ſicut ego uolo, ſed ſic-
att.26. ut tu uis: ut habetur apud Matthęum. Quid igitur nos
ipſi, qui ſumus putredo & uermis, imo puluis & um-
bra, facere debemus? nõne ad imitationem Chriſti ca
pitis noſtri, debemus om̃ino nos ſubijcere ac ſubmit-
tere diuinæ uoluntati, & eam pro uiribus adimplere?
At quoniam noſtra ipſorum uirtute id præſtare non
poſſumus, ut dei uoluntatem integre faciamus in ter
ra, neq; ex nobis ad idipſum ſumus idonei, propter fra
gilitatem noſtram ad mala procliuem: in hac petitio-
ne diuinum imploramus auxilium, pro impetranda
gratia ad dei uoluntatem ſyncere & debite adimplen
dam: quoniam ſine eo nihil boni facere poſſumus, ut
8.15. ſacrum Iohannis teſtatur euangelium. Ac ſi quiſq; nõ
ſtrum cũ propheta in Pſalmo ſupplex oret, & pio ani
l.142. mi affectu hanc depromat deo ſupplicationem: Doce
me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu. ni
hil enim ſanctius, nihil utilius nobis aut commodius

unquam expetere poſſemus, quàm diuinæ uoluntatis à nobis adimpletionem. Aue Maria.

¶Fiat uoluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Ex lo- Matth. 6
co ante citato deſumpta ſunt hæc uerba pro themate præſentis ſermonis, qui in duas diuiditur particulas. Quarum prima declarabit intelligentiam huius petitionis, & quare debemus expetere, ut uoluntas dei fiat à nobis hic in terra. Secunda uero declarabit, quæ bona proueniunt ex obedientia & prompta ſubiectione noſtri ad dei uoluntatẽ. Pro declaranda prima ſermonis huius parte, id ante om̃ia cognoſcendum, ꝙ in hac dominicæ orationis tertia petitione, non expoſcimus uoluntatem dei ab ipſo deo fieri. quoniam illa nobis etiam non petentibus, ab ipſo ſemper fit: neq; noſtris indiget precibus, ut ab eo compleatur, cum dicat propheta in Pſalmo: Om̃ia quæcũq; uoluit dñs fecit in cę- Pſal. 13
lo & in terra, in mari & in om̃ibus abyſſis. Et rurſum, Pſalm. 11
Deus autem noſter in cælo, om̃ia quæcunq; uoluit fecit. Quod & Mardocheus in pia oratione ſua profitetur, dicens: Domine, in ditione tua cuncta ſunt poſi- Eſther. 13
ta, nec eſt qui poſſit reſiſtere uoluntati tuæ. Et beatus Paulus ad Romanos ſcribens, ait: Voluntati eius (ſcili- Roma. 9
cet dei, de quo ante locutus eſt) quis reſiſtet? Sed ꝑ hãc petitionem poſtulamus, ꝙ ſicut dei uoluntas completur à ſanctis angelis & beatis in cælo plene, ita & à nobis & cunctis hominibus in terra habitantibus fiat & compleatur. In cælo quidem & ab angelicis ſpiritibꝰ, ac ſanctis regni cęleſtis incolis, uolũtas dei ſemper adimpletur. Nam uſq; adeo addicti ſunt rectitudini, ęquitati, & diuinæ bonitati per omnimodam conformitatem, ut ab eius uoluntate nequaquam poſſint unquã deflecti. quod & diuinus pſaltes de angelis teſtatur, cũ ad eos ait: Benedicite domino omnes angeli eius potẽ- Pſal. 10

tes uirtute, qui facitis uerbum eius ad audiendam uo cem ſermonum eius. Benedicite domino omnes uir tutes eius, miniſtri eius, qui facitis uoluntatem eius. In terra uero & in hominibus hanc terreſtrem regionē incolentibus, non ſemper dei uoluntas ab ipſis agitur, ut ad oculum eſt cernere. Quæ enim præcipit deus, plerunq; non faciunt homines. quę uero prohibet, ma gna cupiditate proſequuntur, ut uere dicat propheta
Pſalm.13. de nobis: Oēs declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. Siqui dem bona dei uoluntas, duobus potiſſimum modis in ter cęteros, nobis innoteſcit, ſcilicet pręcepto ſuo, quo iubet nos quę bona ſunt agere, diligere deum ſup oīa, & proximum noſtrum ſicut noſipſos, honorare parē tes noſtros, & eis obedire, refrenare concupiſcentias carnis, odire mundi delicias, facere eleemoſynam. Sed quotuſquiſq; eſt inter homines, qui hæc omnia ad unguem peragat, & hanc bonam dei uoluntatem omni no perficiat? Innoteſcit itidem ipſa dei uoluntas nobis in ſacra ſcriptura prohibitione eorum quæ mala ſunt, & animarum noſtrarum ſaluti noxia, cum ſcilicet uetat nos perpetrare furtum, rapinam, fornicatiōem, adulterium, loqui mendacium, aut falſum teſtimonium in proximum, cum etiam ꝓhibet nos committere ho micidium, habere odium in fratrem, & cōcupiſcere rē alienam atq; uxorem proximi. Verum rari inueniuntur, qui ab his quæ inhibuit deus, integre abſtineant: q̄ niam ut plurimum ſequūtur homines potius ſuas cō cupiſcentias, quàm dei uoluntatem. Quocirca non ſi ne cauſa petimus, ut dei uoluntas à nobis etiam fiat in terra. Siquidem tria potiſſimum habemus quę nos re trahere ſolent à dei facienda uoluntate, quæ beatus Io
Iohā.2. hannes in ſua prima epiſtola canonica deſignat & in-

nuit,cum ait: Oḿe quod eſt in mundo,concupiſcẽtia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia ui tæ. Et his tribus uelut quibuſdam muſcipulis utuntur tres hoſtes ſalutis noſtræ, ad illaqueandas animas noſtras,atq; abducendas ab obedientia diuinæ uoluntatis,de quibus canit ipſa eccleſia in una proſa: Mũdus, caro,dæmonia,diuerſa mouent prælia. Nempe mundus ipſe per concupiſcentiam oculorum & cupiditatem diuitiarum, nos impellit ad auaritiam, dolos & fraudes,ad congerendas opes contra dei uoluntatem, qui auribus noſtris inclamat per prophetam: Nolite ſperare in iniquitate,&rapinas nolite concupiſcere:diuitiæ ſi affluant,nolite cor apponere. Qui etiã p Chriſtum nos ſalubriter admonet: Quid prodeſt homini,ſi uniuerſum mundũ lucretur, animæ uero ſuæ detrimẽtum patiatur? aut quam dabit homo commutationẽ p anima ſua? Caro uero p cõcupiſcentias &illecebras carnales nos pellicit ad contemnendum & poſtponendum dei uoluntatem,& ſequendũ noxia deſideria carnis. quod tamen per Apoſtolum ſuum Paulum deus,p hibuit,cum ait: Si ſecũdum carnem uixeritis, moriemini. ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et rurſum: Qui ſeminat in carne ſua, de carne metet & corruptiõem. Demum ſathanas per ſuperbiam uitæ nos etiam ſtudet abducere à complenda dei uolũtate,ſuggerendo q; ſublimia dignitatum & honorum faſtigia conſcendamus,& culmina rerum cõtra dei beneplacitum, dicentis per Eccleſiaſticum: Quanto magnus es,humilia te in oḿibus, & coram deo inuenies gratiam. & per apoſtolum ſuum Petrum, Humiliamini ſub potenti manu dei,ut uos exaltet in tempore uiſitationis. Et rurſum, Deus ſuperbis reſiſtit,humilibus autem dat gratiã. Cum igitur tot & tam infeſtos habe

Pſal. 62 · Matt. 16 · Roma. 8 · Galat. 6 · Eccle. 3 · 1. Petri 5 · Iacob. 4

amus hoſtes,qui à facienda dei uoluntate nos aſſidue moliuntur auocare: nonne opus eſt ſolicite auxilium dei & opem implorare,quia id ex nobis nõ poſſum', ut det nobis gratiã & uirtutem ad faciendũ ſuam uoluntatem?Cæterum nõnullæ ſunt cauſæ,& præſertim tres,propter quas debemus libẽter ſequi & facere dei uolũtatem.Primo,quia illa ſemper eſt recta regula,& nunquã tendens in obliquũ.Noſtra uero uoluntas,ut plurimũ curua eſt & obliqua,deflectẽs ſe ab æquo & iuſto ad iniquitatẽ & iniuſtitiam,ſuapte natura & inclinatione.Senſus enim & cogitatio hoĩs,ab adoleſcẽ
enc.8. tia ſua ſunt prona ad malũ,niſi normam habeãt directricem.Quod autẽ rectum eſt,debet eſſe regula obliqui,per quã ab obliquitate reducatur ad debitã rectitudinem.Noſtra igitur uolũtas regulari debet, dirigi & rectificari per diuinã:quam ſequẽtes,aberrare neutiquã poſſumus, aut à recto tramite deuiare : quoniã ut ait Propheta,rectus eſt dñs deus noſter,&nõ eſt ini
alm.91. quitas in eo.Secundo uoluntatẽ dei libenter & prompte facere debemus,quia ipſa ẽ bona,quinimo &fons totius bonitatis, à quo profluunt riui bonitatis in omnẽ creaturam,quẽadmodũ teſtatur beatus Paulus, cum ait: Vt probetis,quæ ſit uolũtas dei bona & bene
oma.12. placens & ꝑfecta.Noſtra autem uolũtas per procliuitatem naturæ noſtræ corruptæ in malũ,tendit ad malitiam & nequitiam,ſequens concupiſcentias ad uitia allicientes, contra prohibitionem Eccleſiaſtici dicen-
cle.18. tis : Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere. Iuſtum eſt igitur & æquum, nos ſubijcere uoluntatem noſtram prauam diuinæ uoluntati optimę & perfectiſſimæ,ut per eam corrigatur imperfectio & defectus noſtræ uoluntatis. Tertio, dei uolũtatem prompte amplecti debemus & ſequi,quia ſalu

taris eſt & utilis nobis, ea ſolum expetēs quæ ſunt animæ noſtræ ſalutifera, quemadmodum teſtatur beatus Paulus, ita ſcribens ad Theſſalonicenſes: Hæc eſt autem uoluntas dei, ſanctificatio ueſtra: id eſt, emundatio à peccatis, & expurgatio à uitijs, ut tandem ſaluemur. Noſtra uero uoluntas ediuerſo appetit ea quę noſtræ saluti ſunt contraria, honores, opes & delicias, quæ tandē deducunt ad inferos, ſicut Salomon in Prouerbijs dicit ſapientiam clamitare in plateis: Vſq; quo paruuli diligitis infantiam? & ſtulti ea quę ſibi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibūt ſcientiam? Neceſſarium eſt igitur, in omnibus diuinam ſequi uoluntatem, & noſtram illi ſubijcere, ſecundum petitionē hic declaratam, & pro themate aſſumptam: Fiat uolūtas tua, ſicut &c. 1. Theſ. 4. Prouer. 1.

¶Pro ſecunda parte deducenda, ſupereſt ſecūdum ordinem propoſitum declarare, quæ & quanta bona proueniunt hominibus ex obedientia, & ex ſubiectione ad diuinam uoluntatem. Sane beatus Auguſtinus in libro ad Probam uiduam de orando deo, capi. undecimo ſuccincte exponens orationem dominicam, ait: Cum dicimus, fiat uoluntas eius ſicut in cælo, & in terra: nobis ab ipſo precamur ipſam obedientiam, ut ſic in nobis fiat uolūtas eius, quemadmodum fit in cæleſtibus ab angelis eius. Ex quibus uerbis utiq; cōſtat, nos in prædicta petitione à deo gratiam quęrere obediendi bonæ eius uoluntati. Ad quod feruentius agēdum & alacrius, utile fuerit cognoſcere, quid boni proueniat homini ex prompta obedientia ad dei uoluntatem. Et primo quidem ex hoc conſequitur homo dei benedictionem & gratiæ largitatem. Quod plane cōſtat exemplo ipſius Abrææ, qui cum ſe paratum exhibuiſſet ad immolandum filium ſuum Iſaac ipſi deo in Gene. 22

ſacrificium, ſicut illi fuerat imperatũ: & poſtea fuiſſet ab angelo dei admonitus, ne extẽderet manum ſuam in filium ſuum, audiuit à deo hanc promiſſionem: Per memetipſum iuraui, dicit dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris. & benedicentur in ſemine tuo om̃es gentes terræ, quia obediſti uoci meæ. Ex oppoſito, quia Adam primus parẽs noſter fuit diuinę uoluntati inobediẽs, quando com-

Gene.3. edit de fructu ligni uetiti i paradiſo terreſtri, hãc à deo accepit maledictionem: Quia audiſti uocẽ uxoris tuę, & comediſti de ligno, ex quo pręceperam tibi ne com ederes, maledicta terra in opere tuo. In laboribus cõedes ex eà cũctis diebus uitæ tuæ &c, Cuius planc maledictionis ęrumnas adhuc tota ſentit eius poſteritas. Secundo, per obedientiam in deum cõſequitur homo exaltationem à deo & ſublimatiõem etiam in præſentis uitæ incolatu, ſed longe ampliorem in regno cælorum. Quod ipſius Chriſti exemplo clariſſime liquet:

Philip.2. qui, ut ſcribit beatus Paulus ad Philippenſes, factus eſt obediẽs patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod exaltauit illum deus, & dedit illi nom̃ẽ q̃d eſt ſup om̃e nomẽ, ut in noĩe Ieſu om̃e genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. & om̃is lingua confiteatur, quoniam dominus Ieſus in gloria eſt dei patris. Ediuerſo inobedientia deijcit hominem ex ſublimitate in imum, ut patet exemplo ipſius Saul: qui cum cõtra præceptũ domini tuliſſet prædam ex Amalech, & regem eius populi ſeruaſſet uiuum, qui iuſſus fuerat & urbem totam & om̃ia quæ in ea erant abolere, audiuit à Samuele ſententiam domini, q abijciẽdus

1 Reg.15. eſſet à regno Iſrael: Pro eo (inquit) q abieciſti ſermonẽ

domini, abiecit te dominus ne ſis rex. Et Paulopoſt, Quia proieciſti ſermonem domini, & proiecit te dominus ne ſis rex ſuper Iſrael. Quod & completum eſt, quia loco ipſius Saul, diuina electione unctus eſt Dauid in regem Iſrael. Tertio, obedientia confert ſanitatem corporis & animæ ijs qui dei uoluntati obſequũtur. Quod oſtẽſum eſt exemplo ipſius Naaman Syri, potentis quidem prius & diuitis, ſed leproſi. Qui cum ad pręceptum Eliſei prophetæ lauiſſet ſe ſepties in Iordane flumine, om̃ino fuit à lepra mundatus. Et cæcus ille à natiuitate, ſuper cuius oculos Chriſtus poſuit lutum ex ſputo eius & terra compactum, poſtquam lauit ſe iuxta domini pręceptum in natatoria Siloe, om̃ino uiſum recepit, ut ſcribit beatus Iohannes. Et in prima ſua epiſtola canonica ait: Mundus tranſit, & cõcupiſcentia eius. qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum. Ex oppoſito uero, inobedientia plerunq; interitum corporis & mortẽ infert, ut dilucidum euadit exemplo Semei: q cum præceptum accepiſſet à Salomone rege Iſrael, ꝙ contineret ſe in urbe Ieruſalem, & nunquam eam exiret quacunq; ex cauſa quandiu uiueret: poſt aliquot annos ipſe oblitus præcepti ſibi à rege dati, egreſſus eſt urbem Ieruſalem ad requirẽdos ſeruos ſuos qui aufugerãt. Quod cum reſcitum fuiſſet à Salomone, iuſſit eum interfici, quia tranſgreſſus fuerat mandatum regium ſibi præſcriptum. Et nos etiã ſi dei uoluntatem contẽnimus & negligimus, grauem incurremus pœnam: quia ſcriptum eſt, quòd ille ſeruus qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non ſe ꝑparauit, & non fecit ſecundũ uoluntatem eius, uapulabit plagis multis. Itaq; laboremus in terra ſic dñi facere uoluntatem, ut tandem poſſimus in cælo cum beatis eandem perpetuo complere. Amen.

1. Reg. 16 — 4. Reg. 5 — Iohan. 9 — 1. Ioh. 2 — 3. Reg. 2 — Luce. 12

tionis dominicæ, ſermo.

PAnem noſtrum quotidianũ da nobis hodie. Lucæ undecimo cap. Naturale eſt filijs, petere cibum à parẽtibus, quo indigẽt ad ſui ſuſtẽtationem, & infantes hubera matrum q̃bus lactentur expoſtulant, neq; ad alienos confugiunt neglectis ſuis parentibus, ut ab exteris cibum quæritent, aut uictum emendicent. Deus autem & dominus, pater noſter eſt, & ſe ita uocari uoluit in huius orationis exordio. & noſipſi ſumus ex ſua dignatione eius filij non ſolum per creationem, ſed & per adoptionis gratiam. Iure igitur ab eo in hac petitione poſtulamus panem nobis dari ad corporis ſuſtẽtationem, ut ipſo corpore bene diſpoſito & per cibum reparato, utatur anima ad bene operandum. Et merito ad ipſum deum ut patrem noſtrum refugimus ad quotidianum uictum obtinendum. Ditiſſimus eñ eſt, opulentiſſimus, & bonorum etiam oĩum pleniſſimus, quæ in oĩem creaturam largiſſime diffundit. quoniã (ut ait propheta)
Psalm. 23 Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuerſi qui habitant in eo. Et ipſe apud eundem pro
Psalm 49 pheram de ſeipſo loquens, ait: Meus eſt eñ orbis terræ & plenitudo eius. Meæ ſunt oẽs feræ ſyluarum, iumenta in mõtibus & boues. Inſuper in oĩa animalium genera etiã homine inferiora, pfuſus eſt & prouiſ
Psalm. 103 dus alimentorum ſubminiſtrator. Oĩa eñ ab illo expectant, ut det illis cibũ in tẽpore, qui dat iumentis eſcã
Psal. 146. ipſorum, & pulUis coruorum inuocantibus eũ. Diuinus itẽ pſaltes munificentiã dei in creaturas extollẽs, ait: Oculi oĩum in te ſperant domine, & tu das illis eſcã in tẽ
Psal. 144 pore opportuno. Aperis tu manũ tuã, & imples oẽ animal benedictione. Et alio in loco de deo uerba fa
Psal. 135 ciens, dicit: Qui dat eſcã oĩ carni. Ex quo ualidum ſu

mitur argumentum, ꝙ is qui paſcit uolatilia cæli, quę
neq; nent, neq; congregant in horrea, ipſum hominem
non negliget, longe cæteris animalibus præſtantiorē,
ſed et illi ſubminiſtrabit ad uictū neceſſaria, et panem
quotidianū largietur. Deniq; deus ipſe et uerbo et exē
plo declarat ſe eſſe ualde prouidum in homines tanꝗ̃
filios ſuos, ut neceſſariū habeāt alimentū. Verbo qui
dem, per prophetam in Pſalmo dicentem: Iunior fui, Pſalm
etem̃ ſenui, et non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen
eius quærens panem. Et per Salomonem in Prouer Prou
bijs: Deus non occidit fame animam iuſti. Exemplo
uero idem declarat dominus deus, per Eliam prophe 3.Reg.
tam, quem in deſerto commorantem pauit coruo-
rum miniſterio, deferētium illi certis horis panē et car
nes. Et p Danielē prophetā, quē in lacu leonū poſitū, Danie
per Habacuc prophetam à Iudæa in Babylonem ſubi
to translatum, refecit cibo & potu. Sed nūquid abbre
uiata eſt nunc manus domini, ut ſaluare nequeat? aut
impotentior facta eſt uirtus eius, ut hominibus alimē
ta præſtare non queat? Minime reuera: æque benign⁹
eſt, æque humanus & beneuolus, ut petentibus panē
filijs, aurem paternam accommodet. Quocirca debēt
alacri animo ad pientiſſimum patrem filij confugere,
& quotidianū panē ſuppliciter expetere. Aue Maria.

¶Panem noſtrū quotidianū da nobis hodie. Ex lo
co añ adducto, deſumpta ſunt præſentis ſermonis uer
ba. Qui in duas diducetur particulas. In prima declara
bitur, quomodo hæc petitio de pane corporali eſt in-
telligenda. In ſecunda uero, quomodo eadem etiam
de pane ſacramentali, ſcilicet ſancta euchariſtia, ſecun
dum ſacros autores intelligitur. Pro prima parte ex-
pediēda, id unum eſt ante oĩa dignoſcendū, ꝙ in hac
petitione de pane corporali intellecta, quæcūq; ad cor

poris noſtri ſuſtentationem neceſſaria ſunt,expetuntur á domino nobis concedi. Siquidem nomine panis (qui pręcipuũ eſt corporis fulcimentum)intelligenda ſunt omia,ſicut in ſcriptura frequenter à parte totum intelligitur,quibus humani corporis fragilitas ad ſanitatẽ &ſui conſeruationẽ indiget:qualia ſunt,conuenięns cibus &potus,ueſtitus,domiciliũ, & cætera bona externa,ad cuiuſq; ſtatus decentiã accõmoda: ſicut cũ Iacob dixit,uotũ faciens deo: Si dominus dederit mi-
ene.28. hi panẽ ad ueſcendũ,&ueſtimentũ ad induẽdum, erit mihi dominus in deũ,&lapis iſte quẽ erexi in titulum, uocabitur domus dei. Ibi per panẽ (ſicut & in alijs p multis ſcripturæ locis)intelligitur uict⁹ neceſſarius ad humanæ uitæ ſuſtentationem,eo q̃ inter alimenta noſtræ naturæ conuenientia,panis primũ obtinet locũ, & cõmuniſſimus eſt atq; cõgruentiſſimus.hic uero nomen panis generaliori ratione etiã amictũ cõplectit, & reliqua bona externa ad hanc uitã degendã neceſſaria & ſufficientia.Solũ tamen panem hic nominauit Chriſtus,et non carnes,piſces,uinũ ac ſimilia id genus, quibus etiã indigent homines ad congruũ et ſalubrẽ uictũ,ut ex ipſa loquẽdi forma ac modo nobis inſinuaret,nos q̃ cõmodiſſime poſſumus, paucis cõtentos eẽ debere,et cõmunibus eſculentis et poculentis ad uictũ neceſſarijs,ſine lautiorũ ciborũ exquiſitione. Quod ita atteſtatur Chryſoſtomus ſuper Matthæũ in huius particulæ orationis dominicæ expoſitione. Chriſtus(inquit)ſolum panem petendum docuit, ut habentes alimenta &quibus tegamur,his contenti ſimus,innuens q; ſolũ petere debeamus neceſſaria, non delicata, nec ſuperflua. Vnde et Salomon non pro ſuperuacuis,ſed
ue.30. pro ſolis neceſſarijs orauit dominũ,dicens:Mendicitatẽ et diuitias ne dederis mihi,ſed tm̃ tribue uictui meo

neceſſaria,ne forte ſatiatus illiciar ad negandum,et dicã,quis eſt dominus? Aut egeſtate cõpulſus furer,et ꝑiurem nomen dei mei. Quæ autẽ humanæ uitæ ſunt, neceſſaria,exprimit Eccleſiaſticus his uerbis: Initium uitę hominis,aqua et panis et ueſtimentũ et domus,ꝓtegens turpitudinem. Hunc autem panem in præſenti petitione noſtrum dicimus,quantũ ad uſum & acceptionẽ,qm̃ eum in uſum noſtrum recipimus, atq; neceſſitati noſtræ accõmodamus. Idem tamen panis noſter,ipſius dei eſt ut autoris atq; datoris,qui non modo ſpiritualium, ſed & temporaliũ bonorũ om̃ium largitor eſt unicus & primarius. Illum nanq; panem conceſſit nobis deus ad noſtram utilitatem & refectionẽ, ut utentes eo ſuſtẽtemur in hac uita,& ad omne opus bonum paratiores ſimus: atq; eius alimoniæ adminiculo obſequatur corpus animæ,et anima deo. Quod ita expreſſit Propheta in Pſalmo,diuinam magnificãs prouidentiã: Producens fœnũ iumentis,et herbã ſeruituti hominũ. Vt educas panem de terra,et uinũ lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo,et panis cor hominis confirmet. Idcirco panẽ hunc noſtrũ dari nobis hic petimus à deo,eo ipſo ſignificantes noſtrã indigentiã et inopiã, q; ex nobiſipſis et noſtra uirtute hunc panẽ habere non poſſumus: et diuinam implorãtes munificentiã,confitentesq; potentiã, q; poſſit hunc panẽ nobis dare ſi uelit: et orãtes impenſius,ut idipſum præſtare dignetur pro ſua paterna benignitate. Dicimus et in hac petitione panem illum noſtrum,atq; ex poſcim⁹ quotidianũ nobis dari,hoc eſt quotidie,q̃diu hanc ducimus uitã,nobis neceſſariũ,et qui ꝓ cuiuſq; diei uictu ſufficiat. ut eo nomine quotidianũ inſinuemus panẽ noſtrũ à deo quærere, quãtũ uniuſcuiuſq; diei neceſſitas et uſus exigit. Et hoc modo,ſcilicet quo

Eccle. 2

Pſal. 1c

tidianũ panẽ noſtrũ Chriſtus nos petere docuit, ſecun dũ Chryſoſtomũ,ut luxurioſos cibos cõpeſceret, et diſceremus manducare quantum naturalis ratio requirit,non quantum carnalis laſciuia impellit.Qui enim (inquit)in uno conuiuio ad ſuperfluitatem & luxum tm̃ expendit cibor, quantũ ſufficeret pro octo dierũ alimonia, iam quotidianũ panem & pro ſingulo quoq; die neceſſariũ ſiue diurnũ non manducat,ſed multorũ dierũ.Oramus inſuper ex Chriſti inſtitutione panẽ quotidianũ nobis dari, ut ſic doceremur ſolicitudinẽ immoderatam & anxiam rerum temporaliũ abijcere, quæ ſpiritualium & diuinarum rerum contemplationi eſt impedimento. hanc eñ maiorem æquo curam corporis,abijciendam eſſe dominus edocuit, cum di-

Matth.6. xit diſcipulis ſuis,imo & nobis omnibus:Nolite ſoliciti eſſe,dicentes:quid manducabimus?aut quid bibem'? aut quo operiemur? hæc eñ oñia gentes inquirunt. Scit eñ pater ueſter cæleſtis,quia his oñibus indigetis. Et rurſum eodem in loco: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum.Craſtinus eñ dies ſolicitus erit ſibiipſi.Sufficit diei malitia ſua.Quam etiam in craſtinum ſolicitudinẽ, rectę rationis metas tranſilientem & anguſtia prementem animos,ut ſignificemus nos non habere,petimus panem noſtrum neceſſariæ & frugalis refectiõis,unoquoq; quidem præſentis uitæ die nobis neceſſarium, hodie nobis dari,determinantes tempus,pro quo petimus annonam quotidianamq; alimoniam, et pro hodierno duntaxat uictu quotidie orantes.Periculoſum nanq; eſt &animæ ſaluti noxiũ,magna ſolicitudine et cura cõgerere ea quæ ad uictum attinent, in annos et dies plurimos:et confidentiam in illis cum anxietate congeſtis collocare,neglecto deo,cõtra illud uerbum

Pſalm.54. Prophetæ in Pſalmo:Iacta ſuper dominum curam tu-

am, et ipſe te enutriet &c. Quod dominus in euangelio deſignauit per parabolam de homine diuite, cuius uberes fructus uno anno ager attulit, et amplam retulit meſſem. Qui cogitauit intra ſe, dicens: Quid faciam, q non habeo locum in quo congregē fructus meos? Tandem captato intra ſe conſilio, ait: Scio quid faciam. Deſtruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc cōgregabo om̄ia quæ nata ſunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima mea, habes multa bona repoſita in annos plurimos. Requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte repetūt animam tuam à te. Quæ autem paraſti, cuius erūt? Deinde ſubiungit continuo Chriſtus: Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in deum diues. Hac igitur anxietate animi pro congerenda annona protinus excuſſa, oremus q̊d cæleſtis magiſter nos edocuit, & pro themate ſumptū eſt in huius ſermonis principio: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Luc. 12 Matt. 6 Luc. 11

¶In ſecunda parte reliquum eſt oſtendere, quomodo hæc petitio etiam recte intelligitur de pane ſacramentali, ſcilicet ſacroſancta euchariſtia. Nempe ſacri autores, Cyprianus, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Nicolaus de Lira, & pleriq; alij, hanc orationis dominicæ particulam etiam ita exponūt, quinimo & ſacrum euangelium hanc etiam corroborat expoſitionem atq; inſinuat. Nam Matthæi ſexto cap. ubi integra ponitur oratio dominica, hæc quarta petitio ſic contexitur: Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Panis autem materialis quo corpus noſtrum paſcitur, non eſt ſuperſubſtantialis, id eſt, cunctas ſua dignitate excedens ſubſtantias, quinimo à multis ſubſtātijs etiam corporalibus, dignitate ſuperatur. Sacramētum autem euchariſtiæ, uere panis eſt ſuperſubſtanti-

alis: quia & animæ eſt refectio uitalis, & excellit cæteras creaturas omẽs. Vnde gloſſa ordinaria Matthæi ſexto hũc locum exponens, ait: Panis corpus Chriſti eſt, quod eſt ſuper omẽs ſubſtantias. hic eſt panis uiuus q̃ de cælo deſcendit, cuius naturæ ſublimitas ſuper omẽs ſubſtantias eſt. Hæc ibi. Hunc uero panem, quotidianum recte uocamus: quia quotidie à nobis percipi poteſt, etſi non ſacramentaliter, tamẽ ſpiritualiter: quãdo deuoti & cum peccatorum contritione aſſiſtimus officio miſſæ, in quo ſacerdos non pro ſe ſolo, ſed etiam pro tota fidelium multitudine panem illum ſalutarem offert deo in ſacrificium. Quare debemus deũ ſuppliciter orare, ut ſingulo quoq; die det nobis panẽ illum ſupercæleſtem, ſaltem ſpiritualiter & ſecundum gratiæ efficaciam, ut ſcilicet gratiam tanti ſacramenti & chariſmata atq; dona recipiam' in anima. Et ſi idipſum pro mentis affectu fecerimus, exaudiet nos dominus noſter, qui eſt pater miſericordiarũ & deus totius conſolationis. Idcirco ſalutare eſt & multum cõmendabile, aſſiſtere deuote ipſi miſſæ, etiam quotidie, ſi commode fieri poteſt. Quoniã in miſſæ officio ſicut nõ ſolus ſacerdos offert illam hoſtiam ſalutiferam deo, ſed & tota fidelium & maxime circunſtantiũ multitudo, licet ipſe ſolus ſit miniſter illius oblationis. Dicitur eñ in canone miſſæ ante conſecrationem: Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus domine ut placatus accipias. Et poſt conſecrationem dicitur in eodem canone: Vnde & memẽres nos domine ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, eiuſdem filij tui domini dei noſtri &c̃. offerimus præclarę maieſtati tuæ de tuis donis ac datis hoſtiam puram. Ex quibus duobus locis patet utiq;, ꝙ tota fidelium familia comprehendens laicos, mulieres & par

nulos, offert pio deuotionis affectu, approbatione & cōſenſu, hoſtiam illam ſacram in miſſa, quam ſolus tamen ſacerdos offert miniſterialiter: quia ad ſolius ſacerdotis miniſterium pertinet executio illius oblationis. Ita in eodem miſſæ officio non ſolus ſacerdos recipit ſpiritualiter ſacramentum euchariſtiæ, licet ſolus ibidem recipiat ſacramentaliter: ſed & omēs boni & iuſti, recteq́ diſpoſiti fideles, & maxime illi qui cum feruenti deuotione aſſiſtunt miſſæ, quando celebratur, ſumunt etiam ſpiritualiter idem ſacramentum euchariſtiæ, etiam quotidie, ſi uolunt: fiuntq́ participes meriti tam ſanctæ oblationis & paſſionis Chriſti. Quare enī ſacerdos in canone miſſæ poſt cōſecrationem oraret inter cætera, ut quotquot ex hac altaris participatione ſacroſanctum filij tui corpus & ſanguinem ſumpſerimus, omni benedictione cæleſti & gratia repleamur, ſi ipſe ſolus ſanctam euchariſtiam ſpiritualiter ſumeret? Nam ſermo ille pluralis, quotquot ſumpſerimus, plures certe deſignat ſumentes illud ſacramentū. Et plane ſolus ſacerdos celebrans in altari, recipit illā hoſtiam cæleſtem ſacramentaliter: omēs autem aſſiſtētes cum ſyncera deuotione & puro corde, etiam eandem tunc recipiunt ſpiritualiter, & quantum ad gratiæ participatiōem. Magnus igitur eſt ille fructus miſſæ, ꝙ in ea etiam ab omībus rite diſpoſitis, percipitur ſancta euchariſtia ſpiritualiter. Et tunc maxime orandus eſt deus pro quolibet die, ut panem illum ſuperſubſtantialem det nobis hodie, quantum ad gratiæ et fructus tanti ſacramenti communionem. Et ipſe pro benignitate ſua nos libenter et prompte exaudiet. Nēpe filijs ſynagogæ in deſerto cōmorantibus, dedit per quadraginta annos manna de cælo in quotidianā alimoniam. Nonne ergo potiore ratione nunc filijs gra

tiæ ſub lege euangelica, dabit panem filiorum nõ mit tẽdum canibus, imo panem angelorum, qui factus eſt cibus uiatorum? Si illud fecit in umbra, quare hoc non faciet in ueritate et luce? Inſuper ad hunc panem ſumẽ dum nos omnes dulciter inuitauit, dicens: Venite, cõ-
ione.9. edite panem meum, et bibite uinum quod miſcui uo bis. Inuitati igitur ad tale conuiuium, properemus oẽs ocyus & alacriter, ut hunc panem ſalutiferum ſic quo tidie petamus et ſumamus in hac uia noſtræ peregrinationis, ut tandem eundem depoſito omi uelamine ſpecierum, percipere mereamur perpetuo per claram uiſionem in cæleſti patria. Amen.

DE V. PETITIONE ORATIonis dominicæ, ſermo.

DImitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Matthæi ſexto cap. habentur hæc uerba in oratione dominica. Filius aliquis man datum ſui patris tranſgreſſus, & uolun tatem illius aſpernatus, ut ſuas ſequatur concupiſcentias: cum poſtea reuertitur ad cor, & ducitur pœnitudine quia benignũ et bonum offendit patrem, ad genua patris ſui ſupplex prouoluitur, & ueniam de illa offenſa comploſis manibus orat. Ita & nos quia grauiter offendimus patrem noſtrum cæleſtem deũ, & multis peccatorum debitis ſumus in idipſum aſtricti: procumbere debemus humiles ante ſoliũ maieſtatis eius, faterique nos peccaſſe cõtra legem eius, & pro impetrã da noſtrorum peccatorum remiſſione, ipſum ſuppliciter exorare debemus per hanc petitionem. Et merito quidem ad impetrandum ab eo remedium cõtra uulnera illa animarum noſtrarum, debemus ac ſi cum ha

bere cõfugium, tanquã ad ſummum medicum. Nam ipſe primarius eſt & pręcipuus medicus atq; relaxator, à quo cõferri poſſit hæc medicina nobis, ſcilicet remiſſio peccatorum, & ad ipſum ſolũ ſpectat, propria autoritate peccata dimittere. Nemo enim (inquit euangeliſta Marcus) poteſt peccata dimittere, niſi ſolus deus. Marc. 2.
Ipſe quoq; deus noſter per prophetam hoc idem teſtatur, dicens: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates ueſtras. Iſaie. 43. Remittunt quidem & homines, ſcilicet ſacerdotes, hominum peccata per poteſtatem à deo acceptam, & tanquam miniſtri eius in ſacramentorum communicatiõe, ſecundum illud uerbũ domini apud Iohannem ad ſuos diſcipulos: Quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Iohan. 20. Verum id non faciunt propria ipſorum autoritate aut uirtute, ſed ſolum per poteſtatem eis à deo delegatam. Solus autem deus, ſua ipſius poteſtate ac uirtute primaria, dimittit hominibus peccata eorum. Secũdo recurrendum eſt ad deum per orationem pro impetranda remiſſione peccatorum, quoniam illud ſibĩ peculiare & conſuetudinarium eſt, relaxare hominũ peccata ob uiſcera miſericordiæ quæ in nos gerit, quẽadmodum ſancta eccleſia in una oratione id plane p̃hibet, dicens: Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. Et rurſum in alia: Deus, qui omnipotentiã tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas. Et propheta in Pſalmo, commemorans diuina beneficia Pſalm. 10 animæ ſuæ collata, inter cætera dicit: Qui propiciatur om̃ibus iniquitatibus tuis, qui ſanat om̃es infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitã tuam, q̃ coronat te in miſericordia & miſerationibus. Tertio debemus confugere ad deũ pro obtinenda peccatorũ remiſſione: quia ad hoc ipſum nos dulciter inuitat, ut cõuer

tamur ad ipſum,& aſſequamur ab eo uenia m peccato rum. Nempe per Iſaiam cum exhortatus fuiſſet dominus populum Iſrael, ut ueniret ad ſe per bona opera, ſubiungit: Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur. & ſi fuerint rubra quaſi uermiculus, uelut lana alba erunt, utpote per emundationem & remiſſionem illorum. Et Iezechielis præconio ſic omēs ad ſe uocat: Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ueſtris, & non erit uobis in ruinā iniquitas. quoniam ſcilicet illa per dei miſericordiam remittetur. Deniq; per Ioelem prophetā ita nos ad ſe allicit: Conuertimini ad dominū deū ueſtrū, quia benignus & miſericors eſt, patiēs & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Aue Maria.

Iſaie.1. Ezech.18 Ioel 2.

¶Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitoribus noſtris. Ex loco ſuperius expreſſo, ſunt adducta ſermōis huius pro themate uerba ſupradicta. Qui in duas diſtribuetur partes. Harum prima declarabit priorem thematis huius partem. Secunda uero, poſteriorem. Pro deducenda prima parte, illud ante omnia dignoſcēdum eſt, quod hic nomine debitorū primo intelligūtur peccata noſtra, quibus deū offendimus, et de quibus ei ſatisfacere debemus ſecundum iuſtitiæ exigentiā. ut in hac petitiōe, cū oramus, Dimitte nobis debita noſtra, peccatorum noſtrorum remiſſionē à deo nobis dari poſtulamus. Nomine aūt debitorum, hoc loco deſignari peccata noſtra, clare oſtendit beatus Lucas, hanc petitionē exprimens his uerbis: Et dimitte nobis peccata noſtra, ſiquidem et ipſi dimittimus omni debēnti nobis. Hoc etiā ſatis liquet in illa parabola euangelica, quā ſcripſit Matthæus de rege, qui uoluit rationem ponere cū ſeruis ſuis, ubi per ſeruū illum qui domino ſuo debebat decē millia talenta, in ſenſu my-

Luce. 11. Matt.18.

ſtico ſecundum ſacros expoſitores,intelligitur homo
peccator,qui multis oppreſſus eſt grauibusq; peccatis,
de quibus ut deo ſatisfaciat, plurimũ eſt obligatus:ut
furto,adulterio,homicidio et ſimilibus, quæ ob ſuam
grauitatẽ,nomine talentorũ explicantur. Huiuſmodi
uero debita hic recte dicuntur noſtra,qm̃ neq; autore
deo, neq; ipſo adiutore ſunt ṗpetrata peccata noſtra,
ſed à nobiſipſis,noſtræq; uoluntatis ad malũ deflexio
ne atq; declinatione:quæ inflexio ad malũ,nequaq̃ ex
deo eſt, quẽadmodũ per prophetã Oſeã nobis dñs cõ Oſee.13
teſtatur,dicens: Perditio tua ex te Iſrael,tm̃modo ex
me eſt auxiliũ tuũ.Nẽpe libertas noſtrę uoluntatis ex
deo quidẽ eſt,qui creauit eã liberã ad bonũ et ad ma-
lum. Similiter applicatio noſtræ uoluntatis ad bene
agendum,et eius ad bonum opus faciendũ executio:
etiã eſt à deo,à quo eſt om̃e bonum.Inclinatio aũt no
ſtræ uolũtatis ad malũ,& perpetratio mali,nullo mo-
do eſt à deo,ſed ex noſtro defectu & peruerſitate dun
taxat, cum dicat beatus Dionyſius in libro de diuinis
nominibus,quòd neq; in deo neq; à deo eſt malum. &
beatus Auguſtinus eidem conſonans,ait quòd deo au
tore,nemo fit deterior.Propterea grauiter in deũ ſunt
blaſphemi oblocutores illi contra diuinam maieſta-
tem, qui poſtquam graue aliquod crimen commiſe-
runt,ad excuſandas excuſationes in peccatis,illud pec Pſal.140
catum rejiciunt in deum,dicentes ipſum eſſe cauſam
illius mali,quoniam dederit illis ad male agendum li-
bertatem, & inclinationem ſiue procliuitatem ad ma
lum:aut complexionem pronam ad peccandũ,aut tẽ-
tationes graues permiſerit illis inferri,per quas incide
rint in lapſum & ruinam.Et non conſiderant à deo da
tam illis rectam rationem ad reſiſtendum malo,ſalu
tarem doctrinam,ſacramenta eccleſiæ & alia præſidia

ſalutis, ad pugnandum contra tentationes & uiriliter obluctandum. Neq; animaduertũt quod ipſi ſunt pręcipua cauſa ſuæ malitiæ & iniquitatis, quia noluerunt recurrere ad diuinum auxilium implorãdum contra ſuggeſtiones impellentes ad malũ, quod tñ auxilium dei ſemper eſt paratũ omībus, qui illud deuote & diligenter requirunt. Quare debent peccatores omẽs ſuã culpã potius humiliter agnoſcere, & ſibiijpſis illam primo imputare, confitentes ſuũ erratũ: & illius ueniam ſuppliciter in hac petitione orationis dominicæ poſtulantes: qm̃ ſe humiliando cũ publicano, & tunſo pectore dicendo, id quod publicanus dixit: Deus, propicius eſto mihi peccatori: indulgentiã protinus à deo conſequentur, qui pronus eſt ad miſericordiam, & non uult mortẽ peccatoris, ſed magis ut conuertat & uiuat. neq; lætatur in perditione morientiũ, ſed in conuerſione peccatorũ. Et certe, ut ait beatus Cyprianus in expoſitionis orationis dominicæ, in hac petitione nobis datur ſalutare documentũ humiliandi nos in conſpectu dei, & humiliter de nobis ſentiendi, ſcilicet q; omẽs ſumus peccatores, & quotidie peccatis obnoxij. Cũ enĩ quotidie doceamur orare deũ, Et dimitte nobis debita noſtra, q̃ſi medicinã quęrentes contra uulnera nr̃a: non aũt debeat quæri medicina, niſi ab ægroto & laborante alicuius morbi moleſtia: nõne in hac ipſa oratione fatemur nos (ſicut & ſumus) uere eſſe peccatores, & indigere dei gratia pro relaxandis peccatis noſtris? Quæ ſane humilis confeſſio magnũ eſt præſidiũ ad impetrandã ueniã & remiſſionẽ peccatorũ, qm̃ ut teſtantur in ſuis epiſtolis canonicis beati Iacobus & Petrus, deus humilibus dat gratiã. Quod autẽ ſimus oẽs peccatis ſubiecti, & deo debitores, dilucide p̃hibet beatus Iohannes in prima ſua epiſtola canonica, dicens:

Luce. 18

Ezech. 18
Sapien. 1.

Iacob. 4.
1. Petri. 5.

1. Ioh. 1.

Si dixerimus quia peccatū non habemus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. Et Salomon in Prouerbijs idē atteſtatur, dicens: Quis poteſt dicere, mundū ē cor meū, & purus ſum ego à peccato? Et rurſum, Non eſt homo qui non peccet. Alio quoq; in loco: Septies in die cadet iuſtus & reſurget. Si iuſtus cadit, quid ergo faciunt qui iuſti non ſunt? Quòd ſiquis percontetur, nonne dominus noſter cum uerſaretur in terris, hanc aliquando dixit orationem ad deum patrē, quā alios edocuit? & ſacratiſſima uirgo Maria etiā credenda eſt interdū hanc ſalutarem orationē domini cam deuote dixiſſe, & tamen uterq; eorum fuit ſine peccato etiā ueniali, neq; unquā aut unus aut alter illorū minimā habuit in ſe peccati labem. Quomodo ergò ueraciter & ſyncera mente potuerunt dicere deo, Dimitte nobis debita noſtra: cum nulla habuerint debita ſiue peccata, quibus deum offenderint? Illi eſt reſpōdendum, quòd multum eſt uero ſimile & pie credendum, utrunq; illorum & Chriſtū ſcilicet & ſacratiſſimam dei matrē, fuiſſe ſolitos uti prædicta oratione, cū adhuc in terris diuerſarentur & eſſent. In hac tamen petitione non pro ſuis, ſed aliorum peccatis remittendis deum orauerunt. Non enim dixerunt, dimitte mihi debita mea: ſed ſicut Chriſtus nos edocuit, dimitte nobis debita noſtra. Dictiones autem illæ, nobis & noſtra, pluriū ſunt demonſtratiuæ, & de multis faciunt ſermonē. Et hæc ipſorum oratio ex fonte charitatis procedens, pro membrorum corporis myſtici ſalute & profectu fiebat, ſecundū beati Pauli doctrinam, dicentis, ipſa membra pro ſeinuicē eſſe debere ſolicita, & quæ firmiora ſunt, infirmioribus debere ſubleuamen præſtare per orationis ſtudiū & alia pia ſubſidia. Cæteri uero ſancti & fideles om̄es, in hac orationis dominicæ particula, quæ

Proue. 20
Eccle. 7
Proue 24
1. Cor. 12

nunc exponitur:& pro ſuis,& pro alioꝝ peccatis dimittendis orauerunt & orant, ꝙ nemo eoꝝ fuerit om̃ino peccati immunis,& penitus immaculatus. Secundo in hac petitione nomine debitoꝝ, ſecundũ ſacros expoſitores, intelliguntur pœnæ temporales debitæ pro peccatis ante commiſſis, & quas ſecundũ diuinæ iuſtitiæ rectitudinẽ debemus pſoluere in hoc ſeculo uel in altero. Siquidem poſtquam peccata ſunt hominib[us] dimiſſa à deo, quantũ ad culpam & maculam, non ſemper ꝓtinus ſunt dimiſſa etiam quantũ ad pœnam: ſed manet adhuc aliqua pœna, perſoluenda deo in illius peccati ſatisfactiõem. Quod exemplo ipſius Dauid aperte conſtat, de quo ſecundo Regum ſcribitur, quod cũ increpatus à Nathan ꝓpheta de cõmiſſo adulterio & homicidio, humiliter ſuã recognouiſſet culpã, cõtinuo obtinuit illius utriuſq; peccati remiſſionẽ. & tamẽ in illius punitiõem, filius illi natus ex Berſabee per adulterium, mortuus eſt, ut prædixerat propheta. Similiter cum alio tempore grauiter offendiſſet deũ in numeratione populi ſui regni, & per ueram contritionem cõſecutus fuiſſet illius peccati ueniam, iuſſus eſt tamen per Gad prophetam offerre holocauſtum domino in area Areuma Iebuſæi, in ſatisfactionẽ pœnæ illi peccato debitæ. Proinde in una oratione eccleſia ſic deo ſupplicat: Ineffabilem nobis domine miſericordiã tuam clementer oſtende, ut ſimul nos & à peccatis om̃ibus exuas, & à pœnis quas pro his meremur, benignus eripias. Ecce hic pro utriſq;, & peccatis ſcilicet & pœnis eorum, fit ab eccleſia ſupplex oratio ad deũ. Ita cũ petimus hic debita noſtra nobis dimitti, non ſolum ꝓ peccatorum noſtrorum remiſſione quantum ad culpam, ſed etiam pro pœnarum illis debitarum relaxatione intentius orare debemus, dicentes quod in prin

Reg. 12.

Reg. 24.

cipio eſt aſſumptum: Dimitte nobis &c.

¶In ſecunda parte ſupereſt ſecundã noſtri thematis particulã declarare. In qua debitores noſtri dicuntur, qui aut uerbo aut opere nos offenderunt, malive quippiam, ut iniuriam, infamiam aut damnum, nobis intulerunt. Quibus tunc ex corde dimittimus (ut debemus, non ſolo uerbo) irrogatam iniuriam, quando exinde nec odiũ, nec indignationẽ animi in eos concipimus, neq; uindictam aut ultionem de illa expetim⁹. Et hæc dimiſſio qua debitoribus noſtris dimittamus offenſam nobis illatam, eſt ſummopere neceſſaria ad conſequendam à deo peccatoꝝ remiſſionem, qm̃ ſine ea nunq̃ obtinebimus à deo peccatoꝝ noſtroꝝ ueniã, cum hanc deo proponamus hic conditionem & ſponſionem, ꝙ ſicut nos dimittim⁹ noſtris debitoribus, ita & petimus ꝙ deus nobis dimittat peccata noſtra. Ex qua ſtatim cõſequens eſt & recte ſequitur, ꝙ ſi nos nõ dimittimus hominibus quæ debent nobis offenſionũ genera, neq; deus etiam dimittet nobis peccata noſtra. Vnde Chryſoſtomus ſuper Matthæũ recte dicit, Chriſtum cæteras orationis dominicæ particulas ſimpliciter & ſine ulteriori declaratione propoſuiſſe. Hãc autem unam particulam de dimittendis debitis, tanquã maxime neceſſariam ad ſalutem noſtram, adhuc latius explicuiſſe & repetiſſe, cum poſt totam orationem dominicam cõtinuo ſubiungit: Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet & uobis pater ueſter cæleſtis delicta ueſtra. (Matth.) Si autem non dimiſeritis hominib⁹, nec pater ueſter dimittet uobʒ peccata ueſtra. (Matt.) Inſuper in parabola euãgelica ſcripta apud Matth. de homine rege (cuius ſuperius facta eſt mentio) ponente rationem cum ſeruis ſuis: ille ſeruus, cui dominus dimiſerat om̃e debitũ decem millium talentoꝝ, quia cõ

ſerui ſui debentis illi ſolummodo cẽtum denarios,no
luit miſereri:iuſſus eſt tradi tortoribus,quoadusq; re
deret uniuerſum debitũ,quod ei à domino ſuo fuera
liberaliter ante dimiſſum.In cuius parabolæ fine ſu
iungit Chriſtus pro noſtra inſtructiõe: Sic & pater u
ſter cæleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unuſquiſq
Eccle.28. fratri ſuo de cordibus ueſtris.Deniq; Eccleſiaſticus e
dem rem nos præclare admonet,dicens:Qui uindica
ri uult,à domino inueniet uindictam,& peccata illius
ſeruans ſeruabit.Relinque proximo tuo nocenti te,&
tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Homo homi-
ni reſeruat iram.& à domino quærit medelam? In ho
minem ſimilem ſibi non habet miſericordiã.& de pec
catis ſuis deprecatur?Ipſe cum caro ſit, reſeruat iram,
Ibidē. & propiciationem petit à deo?Quis exorabit pro de-
lictis illius?Idem quoq; cõfirmat dñs noſter apud Lu
cã, dicens:Dimittite,& dimittetur uobis.Qua menſu
ra menſi fueritis, remetietur uobis.Præterea dimiſſio
alienæ offenſæ nobis ab homine illatę,etiam eſt neceſ
ſaria & ſalutaris, ut oratio noſtra & oblatio ſit grata
Marc.11 & accepta deo.Quod in euangelio Marci Chriſtus ſic
nobis aperuit: Cum ſtabitis ad orandum,dimittite ſi
quid habetis aduerſus aliquẽ, ut & pater ueſter qui in
cælis eſt,dimittat uobis peccata ueſtra. Rurſum apud
Matth. 5. Matthæum:Cum offers munus tuum ad altare,& ibi
recordatus fueris, quòd frater tuus habet aliquid ad-
uerſum te, relinque ibi munus tuum ad altare: & ua-
de prius reconciliari fratri tuo,& tunc ueniens offeres
munus tuum. Ecce quàm neceſſaria eſt dimiſſio iniu-
riæ aut offenſę nobis ab homine factę,ut ſine qua nec
à deo poſſit obtineri peccatorũ remiſſio,nec grata deo
ſit noſtra oratio,neq; aliqua oblatio: qm̃ dominus de
us ſuper omia requirit in nobis fraternitatem mutuæ
charitatis & amoris,quæ non poteſt integra ſeruari,ſi

quis odium gerat in corde aduerſus fratrem & proximum ſuum. Deniq; dimiſſo illa iniuriæ illatæ, ſine exactione uindictæ aut illatiõe, etiam occurrẽte opportunitate, commendabilem ſuper om̃ia reddit hominẽ & perpetua laude dignum. Quod apertiſſime cõſtat exemplo duorum ſanctorũ patrum ueteris teſtamẽti, ut alios complures omittam⁹, ſcilicet Ioſeph & Dauid. Siquidem Ioſeph filius Iacob, à fratribus ſuis in Aegyptum uenditus poſt intentatam illi mortem, & in duram redactus ſeruitutem: cum poſtea fuiſſet ſubuectus ad principatum Aegypti, noluit ſumere uindictam de iniuria ſibi illata à fratribus ſuis, ſed è diuerſo bonum pro malo reddidit, & fratres ſuos benigniſſime ſuſtentauit & aluit. Similiter Dauid perſecutionem iniquam paſſus à Saul rege Iſrael, cum bis inueniſſet opportunitatem facile occidendi ipſum Saul, ſi uoluiſſet, noluit in ipſum extẽdere manus ad ſe uindicandum, quinimo & mortuum eundem Saul, amariſſime & lugubri carmine defleuit. Horum itaq; exemplo dimittamus & nos debitoribus noſtris, ut impetrem⁹ ſic à deo ueniam peccatorũ, & tandem perueniamus ad regnũ cælorũ. Quod nobis concedat deus oĩpotens. Amen.

Gene.4

1.Reg.24. & 26.

2.Reg.1

De ſexta petitione orationis dominicæ, ſermo.

NE nos inducas in tentatiõem. Matthei ſexto & Lucæ undecimo capite. In hac petitione à futuris præſeruari peccatis per diuinam miſerationẽ depoſcimus, ſicut in præcedente à præteritis & iam commiſſis abſolui petimus: hac in re ſequentes boni filij & bene in patrem affecti conditionem, cui ſi immi net periculum aut diſcrimen uitæ, paternam opẽ ſupplex implorat, qua eripiatur ab impendenti naufragio, præcipitio, incẽdio, ſeruitute, carcere, uinculis, aut

impugnatione hoſtili. Ita certe & noſipſi in medio la
queorum hic poſiti,inter truculentos hoſtes, carnem,
mundum & dæmonem, innumeris circundamur peri
culis. Vndiq̧ eñ nobis ſtruuntur inſidię,undiq̧ tela in
nos uibrantur. Quod ut euadat enucleatius, ea hoſtiũ
genera quæ hominibus ſunt maxime formidanda,at-
tentius cõſideranda ſunt. Et ea p̃ſertim triplicia ſunt:
hoſtis ſ. domeſticus,hoſtis familiaris,& hoſtis occult⁹.
Hoſtis quidẽ domeſticus, & qui intra tecta parieteſq́
domus eſt concluſus,nec poteſt excludi, maxime peri
culoſus eſt:ſicut ille qui intra mœnia urbis obſeſſæ cõ
ſiſtens,haberet pactum proditionis cum inimicis ex-
traneis & obſidẽtibus urbem:nocteq́ intempeſta mo
liretur eis aperire portas ad intrandum in urbem,& ad
occupandum eam, cũ ſumma diligentia cauendus eẽt
& timendus. Hoſtis itidẽ familiaris, & qui præ ſe fert
uerba blanda & ſigna amicitię,ut fallat ac decipiat in-
cautũ amicũ, maxime eſt declinandus: qm̃ ut ait Boe-
thius,Nulla peſtis eſt ad nocendũ efficacior,q̃ familia
ris inimicus. Deniq̧ hoſtis occultus & qui uideri non
poteſt ut abigatur,& cũ eo manus conſerantur:etiam
eſt metuendus,quia non poteſt homo ſibi ab eo caue
alat.5. re, neq̧ declinare ipſius latentes inſidias. Hæc aũt tria
hoſtiũ genera noſipſi habemus, & patimur in ui a prę
ſente. Siquidẽ caro eſt hoſtis noſter domeſticus,quem
abijcere non poſſumus:quę concupiſcens contra ſpm̃,
carnalibus deſiderijs militat aduerſus animã,ut de ea
Miche.7. Matth.10 uere dici poſſit illud ſcripturę uerbũ:Inimici hominis
domeſtici eius. Mundus uero hoſtis eſt noſter famili
aris, blandimenta nobis uaria proponens per delicias,
diuitias,honores & ſimilia id genus,ut nos fallat,cir-
cunueniat & decipiat. Quẽ maxime cauendũ eſſe ad-
1.Ioh.2. monet beatus Iohannes,dicens:Nolite diligere mun-

dū,necꝗ ea quæ in mundo ſunt. Nā mundus tranſit,& concupiſcentia eius. Denicꝗ ſathanas eſt hoſtis noſter occultus,& quē(licet nos circunſtet)uidere non poſſu mus,qui ſemper inſidias nobis meditatur, & ſuggerit clāculū mala ad animaꝝ noſtraꝝ interitū. Habetꝗ cō fœderationē cū cæteris duobus carne & mundo,& cō ſpirationē mutuam ad perdendū nos. Impugnant nos quotidie ij tres hoſtes uarijs tentationibus,cōtra quos aſſiduam gerere pugnam debemus,nō quidē uno die aut anno,ſed toto uitæ noſtræ tēpore, & q̄diu uerſamur in hoc noſtræ peregrinationis ſtadio. Nam ut ait Iob, Militia eſt uita hominis ſuper terram. Cuius quidē militiæ tū primū eſt finis,cū anima noſtra ſoluitur à corpore,& in aliud tranſit ſeculū. Nimiꝝ igitur diuinū implorare debemus auxiliū per hanc petitionē, & orare obnixius, ne nos permittat tentationibus prædictoꝝ hoſtiū ſuperari, & ad peccatū quo offendatur, induci. Aue Maria. Iob.7.

¶Ne nos inducas in tentationē. Ex locis ſupra citatis adducta ſunt hæc uerba pro themate præſentis ſermonis. Qui in duas diuidetur partes. Prima declarabit rectā huius petitionis intelligentiā,& quid per eā à domino deo expoſcere debemus. Secunda uero oſtendet utilitates prouenientes ex tentatione, quando illi fortiter & conſtanter reſiſtimus. Pro prima parte deducēda,id ante om̄ia dignoſcendū,ꝙ ſecundū Chryſoſtomi ſententiā in expoſitione iſtius petitionis ſuper Matthæū,ſalutaris hic nobis datur doctrina humilitatis,qua recognoſcamus noſtram infirmitatē & fragilitatē,ꝙ ſcilicet nō ſumus ſufficientes ex uiribꝰ noſtris, ad reſiſtendū tentationibus tot & tā infeſtoꝝ hoſtiū: ſed indigemus auxilio dei,qui nos corroboret ſua uirtute & gratia in tā difficili pugna. Nēpe hoſtes illi tres

ſupradicti, longe uiribus noſtris ſunt ualentiores, atq; uirtute noſtra fortiores, cum de Leuiathan (qui & ſathanas) dicat beatus Iob, q̃ nõ eſt ſuper terrã poteſtas quæ comparetur ei, qui factus eſt ut nullũ timeret. Quẽadmodũ & populus Chananæorum, prius occupans terrã promiſſionis, qui gerebat typũ atq; figurã dæmoniũ, nos uolentiũ prohibere à regno cælorum: longe robuſtior atq; ualidior in ſcriptura fuiſſe legitur naturali uigore, q̃ filij Iſrael, in terram illam diuina iuſſione atq; uirtute introducti. Verum ut populus Iſraeliticus nõ ſuis fretus uiribus expulit illos hoſtes omẽs, atq; penitus profligauit, ſed dei adiutorio, qui pugnauit pro eis, teſte propheta regio in Pſalmo, qui ait: Nõ eñ in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachiũ eorum non ſaluauit eos: ſed dextera tua & brachiũ tuũ & illuminatio uultus tui, q̃m complacuiſti in eis. Ita & nos nequaquam debemus uiribus noſtris confidere, quæ admodũ imbecilles ſunt & debiles, ad pugnandũ contra tot & tantos hoſtes: ſed diuino adiutorio, per quod ſperemus uictoriam de noſtris inimicis, dicentes cum eodem propheta in eodem Pſalmo: Nõ eñ in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſaluabit me. Saluaſti eñ nos de affligentibus nos, & odientes nos confudiſti. In te inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgẽtes in nobis. Et rurſum in alio Pſalmo, In deo faciemus uirtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. Proinde humiliter confitentes noſtram fragilitatem & inſufficientiam, ad certamen cum inimicis ſpiritualibus ineundum, confugere debemus ad benigniſſimum patrem noſtrum qui eſt in cælis, & orantes ei dicere: Ne nos inducas in tentationem. Veruntamen hanc orationem illi porrigentes, nequaquam expetimus ab eo, ne deus ipſe ſit autor &

[Marginal notes: Iob 41 · Pſalm. 43 · Pſalm. 43 · Pſalm 59.]

cauſa inducens nos in tentatiõem. Nam inducere effectiue in tentationem, eſt malum, & ſaluti animæ contrarium, Deus autem non eſt autor & effector malorũ culpæ, quia ſumme bonus eſt, & faciens omnia bona ualde. Idcirco nequaquam ipſe efficit noſtri inductionem in tentationem, neq; id agit quo in tentationem inducamur. Deus enim (ut ait beatus Iacobus) neminem tentat: nam intentator malorum eſt. Eſt enim tẽtare, ut hic ſumitur, malum aliquod ſuggerere, quo cadat homo in peccati conſenſum & opus. Et tentatio hoc in loco eſt ad malum ſuggeſtio, per quam fiat hominis inductio in ruinam animæ. Inducere uero in tẽtationem, eſt hominem prauis ſuggeſtionibus allicere in conſenſum peccati: utq; tentationi ſuccumbat & ſuperetur ab ea, callide efficere. Idipſum autem omnino à deo eſt alienum, & eminentiſſimæ eius bonitati penitus contrarium. Sed in hac poſtulatione noſtra, & ſexta dominicæ orationis petitione, expoſcimus, ne ſinat nos deus induci in tentationem, ne etiam nos permittat pertrahi in conſenſum mali, & ab ipſa tentatione uinci. Et ſeruatur hoc in loco id loquendi genus, in ſacra ſcriptura uſitatiſſimũ, teſte Damaſceno in quarto libro de fide orthodoxa, capite uiceſimo: quo deus illa dicitur agere ſiue facere, quæ fieri permittit: quemadmodum in Pſalmo habetur: Conuertit cor eorum, ut odirent populum eius. Et alibi dictum eſt: Indurauit dominus cor Pharaonis. Et in illo beati Pauli uerbo ad Romanos, Concluſit deus omnia ſub peccato, ut omnium miſereatur. Petimus itaq; dei adiutoriũ in hac orationis dñicæ particula, ad reſiſtendũ tẽtationi, atq; ad eã repellendã & ſuperandã. Enimuero hanc uitã mortalem non poſſumus tranſigere neq; agere ſine tẽtationibus, neque deum orare debemus aut expetere,

Iacob. i
Pſal. 1
Exod.
Roma.

ꝙ omino ſimus aut uiuamus immunes ab omi tenta-
tione, qm̄ illud non expedit ſaluti noſtræ. Nam ut te-
Timo. 2. ſtatur beatus Paulus ad Timotheum ſcribens. Qui cer
tat in agone, non coronabitur niſi legitime certaue-
rit. Non poteſt autem geri certamen, ſi nullus adeſt ho
ſtis nos impugnās. Inſuper uincenti hoſtes in agone,
Apoca. 2. promiſſa eſt à deo corona uitæ ęternæ. Quomodo au
tem euadet homo uictor, cui deeſt hoſtis, cū quo ma-
num conferat atq; confligat? Quocirca cum oramus
ad dominum, ne nos inducat in tentationem: non pe
timus à deo per hanc orationem, ꝙ nullo modo ꝑmit
tat nos tentari à dæmone, mundo & carne, qm̄ illud
nequaquam conducit noſtrę ſaluti, ut iam eſt oſten-
ſum: ſed poſtulamus à deo, ut in tentationibus efficia-
mur inimicis noſtris ſuperiores atq; fortiores, ut extin
guamus omīa tela nequiſſimi ignea per dei auxilium,
ut etiam carnem ſpiritui ſubigamus, reprimentes eius
malas concupiſcentias, ut deniq; mundum cū ſuis blā
dimentis cōculcemus & abijciamus. Et ita muniamur
undiq; diuino præſidio, ut non præualeat nobis inimi
cus, quando nos infeſtat & ſuis iaculis impetit, neq; ſe
uictorē eſſe contra nos glorietur, & inde exultet apud
Pſalm. 12. ſe, ſecundum illud dictum prophetę: Qui tribulāt me,
exultabunt ſi motus fuero. Sed e diuerſo noſipſi in do
mino uictoriam conſequamur in conflictu illo ſpiri-
tuali contra ſupradictos hoſtes, & demum læti atq; ui
Pſalm. 26. ctores concinamus deo adiutori noſtro: Qui tribulāt
me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt. Et ite
rum noſtro protectori cum ingenti fiducia animi de-
Pſalm 17. cantemus illud Pſalmi: Quoniam in te eripiar à tenta
tione, & in deo meo tranſgrediar murum. Et certe fi-
delis eſt deus, ut ſcribit beatus Paulus ad Corinthios, ꝙ
Cor. 10. non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus, ſed

Digitized by Google

faciet etiam cum tentatione prouentum, ut poſſimus ſuſtinere. Porro ad deuincendas tentationes quotidie nobis occurrentes, primum & principale remediũ eſt, ad orationem confugere, & dei auxilium protinus inuocare: quoniam ſine eo ex nobis non poſſumus illis reſiſtere. Quòd autem oratio ſit efficax adiumentum ad deuincendas tentationes, nobis figuratum eſt per hiſtoriam de Amalech, qui (ut in Exodo ſcribitur) pugnauit contra populum Iſrael in deſerto, uolens impedire iter illius, ne iret ad terram promiſſionis. Sed per Moyſen orantem pro populo dei in monte eleuatis in cælum manibus, tandem uictus eſt & fugatus Amalech. Myſtice autem per Amalech intelligitur hoſtis animæ noſtræ, mundus, caro, ſathanas: qui pugnat cõtra nos ſpirituali certamine, ſcilicet per tentationes, ut impediat nos, ne ueniamus in terram uiuẽtium, & regnũ cælorum. At per feruentem & aſſiduam ad deum orationem ſuperatur hoſtis ille, & in fugam conuertitur diuina uirtute, quam inuocauimus. Secũdum uero remedium contra tentationes, eſt, in principio illis reſiſtere, antequam per lõgam moram ualidiores ſumãt uires, & conualeſcant in nos. Nam ſicut in morbis, incendijs & alijs rebus noxijs, facile adhibetur medela in ipſo mali initio: difficile autem, cum ſumpſerint longi temporis incrementum, ſecundum hanc præclaram poetæ ſententiam: Exod. 17

Principijs obſta, ſero medicina paratur, Ouidius.

Cum mala per longas inualuere moras.

Ita in ipſo exordio quibuſuis tentationibus facile obſiſtitur, quę poſtea diuturnitate temporis corroboratę, uix ſuperantur. Hinc dicit propheta in Pſalmo, Beatus qui allidit paruulos ſuos ad petrã. Id eſt, qui ad Chriſtum firmam petram confringit ſuggeſtiones malorũ Pſal. 136

& tentationes,cum adhuc paruæ ſunt & exiguæ.Deni
q; tertium remedium contra tẽtationes hoſtiles eſt, q;
homo ſemper ſit uigil & attentus ad ſuĳpſius cuſtodi
am,ut percipiat & obſeruet quando inſurgunt tenta-
tiones contra ſe,& ilico illis animoſe reſiſtat:quemad
modum qui in medio inimicorũ capitaliũ uerſat̃,inſi-
diantium uitæ eius:diligentes facit excubias ad conſi
derandum,ſi aliquis illorum hoſtium uelit eum inua-
dere aut impugnare. Quòd ſi ille nimia ſecuritate fre-
tus,obdormiat inter medios hoſtes,facile iugulabitur
& opprimetur in ſomno ab eis:haud aliter ſi quis oſci
tabundus,ſuiq; ſecurus atq; piger, putet hoſtes animæ
omnes à ſe ſuperatos, aut non amplius inſurrecturos
contra ſe, per hanc negligentiam ſubito & inopinato
proſternetur ab eis &obruetur. Proinde audienda eſt
Petri.5. hæc ſalutarẽ beati Petri exhortatio ad omẽs fideles:So
brĳ eſtote & uigilate,quoniam aduerſarius ueſter dia
bolus tanq̃ leo rugiens circuit,quærẽs quem deuoret.
cui reſiſtite fortes in fide. Ad quod faciẽdum,debem⁹
orare quod in principio eſt aſſumptũ: Et ne nos. &c.

¶Pro ſecunda parte præſentis ſermonis expedien-
da,operæprecium eſt cognoſcere, q; nonnulli cum tẽ
tationibus agitantur, deiecto ſunt & puſillo animo:
exiſtimantes ſe eſſe derelictos à deo, aut extra ſtatum
gratiæ, quoniam aſſidue infeſtantur uarĳs tentationi
bus. Verum qui tales ſunt,hanc exiſtimationem debẽt
à ſe abĳcere & puſillanimitatem, bonoq; eſſe animo:
quia ſignum eſt cum tentationibus uexentur,eos non
eſſe in poteſtate hoſtiũ. Quem enim captiuum &uin-
ctum catenis tenet hoſtis,atq; pro ſuo arbitratu occu
pat tanquam proprium mancipium, illum amplius
non oppugnat ut ſibi ſubĳciat,quia iam ſuus eſt,& cũ
quiete poſſidet. Ergo ex oppoſito ſi quem acriter im-

pugnat hoſtis, ut ipſum deuincat & ſuæ poteſtati ſubigat, id manifeſtum eſt argumentum, ꝙ adhuc non eſt in hoſtili poteſtate, ſed in libertate ſua ad uiriliter reſiſtendum hoſti. Tales itaq; qui conſternati ſunt animo atque attoniti, quando aſſiduc tentantur, attendere debent ad hanc conſolatoriam beati Iacobi ſententiam: Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in tentationes uarias incideritis. Iacob.1 Quòd ſi illud gaudium debeat exiſtimari, quomodo exinde triſtitiam animo concipiunt & mœrorem qui tentationibus aguntur? Cæterum ut alacriore ſint animo, qui turbines ſuſtinent tentationum: conueniens erit hic afferre in medium nonnullas utilitates, ex tentationum tolerantia prouenientes. Quarum prima eſt, quòd tentatio conducit ad uirtutum conſeruationem & uitiorum repreſſionem. Cuius rei habetur exemplum in beato Paulo apoſtolo, quem ne magnitudo reuelationũ à deo acceptarũ extolleret, datus eſt ei ſtimulus carnis, & angelus ſathanæ ut eum colaphizaret. Cumq; ter dominũ rogaſſet, ut à ſe auferretur ille ſtimulus cõtinue ipſum torquens, hoc accepit reſponſum: Sufficit tibi Paule 2.Cor.12 gratia mea. nam uirtus in infirmitate perficitur. Ecce ad conſeruationem humilitatis, per conſiderationem ſuæ infirmitatis, & ne eleuaretur in ſuperbiam propter excellentiam donorum ſpiritualium à deo acceptorum, beatus Paulus uas electionis ſuſtinuit tentationes carnis. Quibus tamen non ſuccubuit, ſed generoſe & conſtanter eaſdem deuicit. Secunda utilitas perferendæ tentatiõis eſt, ꝙ ipſa cum ſuperatur, adauget meritum hominis, & præmiũ æternæ gloriæ illi comparat in cælis. Quoties em̃ aliquis uiriliter reſiſtit tentatiõi, deus adauget illi gratiã ut fortius & ualẽtius in poſtea illi reluctet, & ſimul ꝑparat eidẽ coronã uicto

riç, quã poſt peractã hic militiã cõſequatͬ in cælis. Q
Jacob.1. beatus Iacobus in ſua epiſtola canonica ſic atteſtatu
Beatus uir qui ſuffert tentationem, quoniam cum pr
batus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromit
deus diligentibus ſe. Quemadmodum in bello ſecu
ri qui contra hoſtes ſui principis ſtrenue dimicat, &
los uirtute ſua ꝓfligat, uictricem à ſuo rege coronan
obtinet, & honore triumphi decoratur. Tertia utilita
ex tentationum perpeſſione proueniens, eſt ꝙ conſe
uat hominem in timore dei, cautumq́ꝫ & uigilem re
dit eundem ad procurandam ſuam ſalutem. Nemp
cum ſentit ſe quiſpiam frequentibus infeſtari tentati
onibus, quibus cognoſcit ſe nõ poſſe reſiſtere ſine de
auxilio: continet ſe ille uigilanter in timore dei, & ma
xime ſibi cauet, ne deum offendat, ne forte deſeratur
deo propter peccatũ. & deſtitutus diuino præſidio, ce
dat tentationi & corruat in malum. Et quemadmo-
dum undiq́ꝫ circũuallatus hoſtibus, ipſum aſſidue im-
petẽtibus, maxime ſolicitus eſt quomodo ſeipſum de
fendat ab eis: ita cum quis ſæpius tentatur, exinde red-
ditur uigil & anxius, quomodo illis obluctetur impu
gnatiõibus hoſtilibus, ſuçq́ꝫ ſalutis maximam gerit cu
ram ob illam aſſiduam tentationem. Quocirca pręcla
re dicit Salomon in Prouerbijs: Beatus homo qui ſem
Prou.28. per eſt pauidus. Quarta utilitas ex tentationibus tole
randis enaſcens, eſt ꝙ quandam ad Chriſtum confor
mitatem homini comparat, & angelicum præſidium
ad ſui tutelam acquirit. Quippe dominus noſter Ieſus
Matth.4 Chriſtus, uerus deus & homo, ſine macula peccati exi
Luc.4. ſtens, tentatus eſt etiam triplici tentatione à diabolo.
Quis ergo putare debet ſe eximi debere ab omĩ tẽta-
tione? aut quis animo turbari iure debeat ſi tentetur?
Si rex & princeps noſter Chriſtus pertulit inſultus ten

Digitized by Google

tationum, noſipſi milites eius, nonne libenter debemus illi conformari in hoc, & tẽtationes perferre? Delicatus nimium & mollis eſt miles, qui non uult prodire in aciem, cum uiderit principem ſuum præceſſiſſe. Sed & quemadmodum deuicto tentatore, acceſſerunt angeli Chriſti ũ & miniſtrabant ei, & quẽadmodũ refert beatus Matthæus: ita & nos cum exemplo Chriſti deuicerimus ingruentes tentationes, accedẽt & nos boni angeli dei, & ſuo præſidio nos munient, miniſtrabuntq́ uires acriores, ut puguem' contra inimicos noſtros: & demum eos qui uictoria finali fuerint potiti, ſubuehent uictores atque uictrice laurea coronatos ad cæleſtia regna. Quæ nobis concedat deus omnipotens. Amen. Matth.

DE VII. PETITIONE ORATIonis dominicæ, ſermo.

Libera nos à malo. Amẽ. Matth. ſexto capite ſcribũtur hæc uerba. In quibus petimus nos liberari à malo pœnæ præſentis uitæ itidem & futuræ, ſicut per præcedẽtem petitionem poſtulauimus nos eripi à malo culpæ iam p̃ſentis aut imminentis. Sane ſi filius patrisfamilias uideat afflictiõem aliquam ſibi imminere, ut morbum, calamitatem, indigentiam aut tribulationem, ad quẽ citius & prius recurret quàm ad dulciſſimum patrem? In cuius ſinum ſe totum proijciet, petens obnixius à patre, ut ab imminenti incommodo aut detrimento, illius auxilio cito liberetur. Deus autem pater noſter eſt, & ita ſe nuncupari uoluit in principio huius orationis. Et nos ſumus filij eius, non ſolum ratione creationis, ſed & adoptiõis per gratiam. In quos uiſcera ſuæ miſericordiæ ſemper eſt paratus exhibere, quoniam ut

Cor.1. ait beatus Paulus, Ipſe pater eſt miſericordiarum & deus totius conſolationis. Cui etiam conſonat propheta in Pſalmo dicens: Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe. Quinimo ut ſui in nos amoris eximij prodat affectum, ſuæ in nos pietatis uiſcera declarat: & per maternam in filios ſuos dilectionem, curam & ſolicitudinem, qua nulla eſt naturalior & uehementior, cum ait per Iſaiam prophetam: Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuũ, ut non miſereatur filio uteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Inſuper ut ſe paratiſſimum oſtendat ad eá præſtanda quæ petimus, à patre ſecundum carnem ſumit efficax argumentum, cum dicit in euangelio: Quis autem ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit ei? aut piſcem, nunquid pro piſce ſerpentem dabit illi? aut ſi petierit ouum, nunquid porriget illi ſcorpionem? Si ergo uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quãto magis pater ueſter cæleſtis, de cælo dabit ſpiritum bonũ petentibus ſe? Conſimiliter ſi pater in terris, ſolicitus eſt ſemperq; paratus ſuccurrere filio ſuo in neceſſitate poſito, & imploranti opem eius ut liberetur à malo: longe promptior eſt pater noſter cæleſtis, ferre opem nobis ad ipſum clamantibus, quo eruamur à uarijs & diuerſis malis, quibus hæc uita referta eſt, & hic quotidie affligimur. Recte igitur per hanc petitionem ad ipſum confugimus & poſtulamus, ut ſua miſeratione eripiat nos ab omni malo. Neq; id immerito quidem. Nam ſicut ipſe bonorum omĩum largitor eſt, ita & à malis omĩbus ereptor primarius ac liberator. Nõ em̃ poſſumus à malis eripi, niſi deus manum ſuam adiutricem nobis porrigat: qua, ne labamur in mala, nos p̃ſeruet: aut iam in illa prolapſos, benigniter ſubleuet

Pſal. 102.

Iſai. 49

Luc. 11.

& erigat. Ipſe etenim ſolus adiutor noſter eſt & præſeruator, malorumq; omium benignus propulſator, quẽadmodum ait propheta in Pſalmo: Deus noſter refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. Et idem in alio Pſalmo: Oculi domini ſuper metuentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Aue Maria. Pſalm. 4 Pſalm. 3

¶Libera nos à malo. Amen. Ex loco prius aſſignato, ſumpta ſunt hæc uerba pro themate præſentis ſermonis. Qui in duas diducetur partes. Prima declarabit, de quo malo intelligitur hæc poſtrema petitio, & propter quas cauſas deus mala & aduerſa plerunq; immittat hominibus. Secunda uero oſtendet, quàm neceſſaria & utilis eſt patientia ad mala æquanimiter ferenda. Pro prima parte abſoluẽda, id in primis eſt animaduertendum, quòd duplex eſt malum, ſcilicet culpæ & pœnæ. Malum culpæ, ẽ ipſum peccatum quod noſtra perpetratur iniquitate, deo quidem permittente, ſed non efficiente. Et pro huius mali remiſſione & auerſione impetranda, duæ proximæ præcedentes petitiones quinta & ſexta, deo à fidelibus porriguntur. Malum uero pœnæ, eſt afflictio uel aduerſitas quæ accidit homini in anima, corpore aut bonis externis, ut calumnia, infamia, infirmitas, cæcitas, amiſſio bonorum, infortunium, & conſimilia. Et hæc contingunt hominibus interdum etiam deo efficiente, & non ſolum permittente. Vnde dicit de hoc genere malorum propheta Amos: Non eſt malum in ciuitate quod dominus nõ fecerit. Et rurſum dominus per Iſaiam: Ego dominus, & non eſt alter, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Ego dominus, faciens omnia hæc. Et de huiuſmodi malo pœ- Amos. 3 Iſaie. 4

næ intelligitur hæc petitio, per quam expoſcimus dei bonitate liberari de tali malo. Cęterum malum pœnę adhuc eſt duplex. Aliquod eſt quod nobis euenire poteſt in uita præſente, ut orbitas, amiſſio parentum aut liberorum, paupertas, coniectio in carcerem & uincula, ac ſimilia prius numerata. Quæ omnia etſi innocenti & iuſto uiro poſſint interdum contingere, non minus quàm uiro iniquo: plerunq; tamen animum imbecillem & infirmum pertrahunt ad culpam, ut grauis morbus ad impatientiam, aduerſitas ad murmurationem contra deum, egeſtas ad furta & latrocinia. nam

Eccle.27. teſte Eccleſiaſtico, propter inopiam multi deliquerūt. Ne igitur occaſione miſeriarum huius uitæ impellamur ad aliquam turpitudinem aut inhoneſtatem, oramus deum in hac petitione, ut his nos malis eripiat, non quidem omnino ea ſuſtollendo, quoniam id non ſinit præſentis uitæ conditio in hac ualle lachrymarū & miſeriæ. Neque etiam id expedit ſaluti animæ noſtræ, quæ his malis exercetur ad uirtutem. nam ut ait

2.Cor.12. beatus Paulus, Virtus in infirmitate perficitur. Sed hic petimus, quòd ab his malis pœnæ liberet nos deus, ita ea mitigando & moderando, ut perferre illa patienter ualeamus, neque ipſorum acerbitate à uiæ domini rectitudine declinemus. Aliud uero eſt malum pœnę, quod poſt hanc uitam infertur his, qui ex hac uita diſcedunt non omnino purgati nec mundi: ſed ſecum deferentes hinc peccata quæ uel in igne purgatorio ſunt expianda, uel quæ in carcerem perpetuæ damnationis & locum inferni miſeras detrudunt animas, ſecundum æquiſſimam diuinæ iuſtitiæ lancem & rectitudinem. Et ab hoc etiam malo pœnæ poſcimus hic dei benignitate liberari, ne ſcilicet hinc per mortem diſcedētes, nobiſcum aliquid deferamus quod indigeat igne

purgatorio,aut exigentibus culpis noſtris, poſt exitũ
ex hoc mũdo proijciamur in tenebras exteriores, ubi
erit fletus & ſtridor dentium. Et hęc oratio debet à no
bis ſolicite fieri etiam quotidie, ut ab huiuſmodi ma-
lo liberemur. Porro ea mala pœnæ, quæ in præſente Prou.17.
uita nobis accidunt, ſecundum ſacros autores, potiſſi
mum propter quinque cauſas nobis à deo immittun
tur. Primo ad probationem patientiæ noſtræ & au-
gmentum meriti, ut in aduerſitate probetur patiẽtia
hominum, ſicut aurum in fornace, ſicut ipſi Iob uiro Iob 1.
iuſto inflicta eſt deo permittente bonorum omnium
& filiorum amiſſio atq; grauis infirmitas corporis, un
de patientia eius admirabilis clarior enituit. Et ſancto
uiro Thobiæ contigit cæcitas, inopinato caſu adueni Thob.2.
ens, ut inuicta animi eius patientia innoteſceret omni
bus in aduerſitate. Secundo immittitur malũ aliquod
pœnæ à deo homini, ad conſeruationem uirtutis iam
acquiſitæ, quæ ſine tali malo periclitaretur. quemad-
modum beato Paulo datus eſt ſtimulus carnis ad con 2.Cor.12.
ſeruationem humilitatis, & ne magnitudo reuelatio-
num à deo acceptarum eum extolleret. Et ita uiris iuſtis
interdum deus pmittit inferri moleſtias à fomite & cõ
cupiſcentia carnis, ad eorum pfectum: ut ſuam cognoſcẽ
tes infirmitatem, humilient in conſpectu dei. Tertio,
aduerſitas aliqua immittit à deo, ad declarationem di
uinæ uirtutis & manifeſtationem ſuæ potentiæ. ut de
cæco nato dixit dominus ad diſcipulos ſuos, eam cæ- Iohan.9.
citatem illi contigiſſe à natiuitate, ut manifeſtent opa Iohã.11.
dei in illo. Et de Lazaro mortuo dixit etiam Chriſtus,
eam mortem fuiſſe p gloria dei, & ut filius dei glorifi-
caret eum reſuſcitando. Quarto idipſum contingit fre
quenter in punitionem peccatorum noſtrorum, quam do-
minus uult miſericorditer facere in hoc mundo, ut no

bis in æternum parcat in alio mundo. quemadmodũ filij Iſrael tempore Iudicum traditi ſunt ſæpius in manus hoſtium, quia declinauerunt à deo ad cultum idolorum. Et tempore Regum populus Iuda propter eandem cauſam ductus eſt captiuus in Babylonem, & illic detentus in captiuitate ſeptuaginta annis. Quinto immittitur malum aliquod hominibus in hac uita, ut hic incipiant ſuæ damnationis pœnam, & in altera uita eandem ppetuo continuent. Et hoc potiſſimum in illis habet locum, qui per flagella dei non emendantur, ſed obdurantur in malo, quemadmodum Pharao

Exod.14. poſt multas plagas ſubmerſus in mari rubro. Et Antiochus poſt graues afflictiones dei populo illatas, ſca-

2. Mach.9 turientibus ex corpore eius uermibus cõſumptus eſt. Inter has autem quinque cauſas, potiſſimũ quartam debemus nobis aſſcribere, quando aduerſum aliquid nobis accidit, atque exiſtimare id nobis accidiſſe in punitionem præteritorum peccatorum. Nam ut ſancta canit eccleſia, Nulla nobis noceret aduerſitas, ſi nulla dominaretur nobis iniquitas. Et de filijs Iſrael dictum

Pſal.106. eſt: Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt, id eſt, deiecti & abiecti. quod & in nobis locum habere debemus putare, & ita per emendationem uitæ præteritę ad deum conuerti. Et tunc tale malum nobis immiſſum, cedet in ſalutem animæ noſtræ. Demum, particula finalis, Amen, quæ ſubiungitur in fine orationis dominicæ, optandi ſenſum hic habet, & tantundem ualet atque, fiat, idipſum ſcilicet quod petimus. In qua ſignificatione etiam ſumitur in omibus orationibus eccleſiaſticis, cum in eaꝝ calce ſubiungitur: Per omia ſecula ſeculorum, Amen. Et cum in fine Pſalmorum ſubditur, Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amẽ. Hoc eſt, fiat illud quod an-

Digitized by Google

te poſtulatum eſt. Neque debet ea particula Hebraica optationem deſignans, referri in hoc loco ad ſolam hanc ultimam petitionem, cui continuo ſubnectitur, ſed & ad quamlibet aliarum petitionum præcedentium: quoniam per eam exoptamus id fieri, quicquid in tota illa oratione dominica à domino petiuimus. Quarum omnium petitionum coronida & calcem, in principio huius ſermonis, ꝑ themate ſic aſſumpſimus: Libera nos à malo, Amen.

¶ Pro ſecunda ſermonis huius parte declaranda, id perſuaſum omĩbus eſſe debet, contra omĩa mala pœnę & aduerſa huius mundi nobis occurentia, pręcipuum ſcutum & clypeum cordis eſſe patientiam, qua quicquid ſiniſtri occurrit, æqua mente feramus, & ſecundum ſalutarem beati Pauli doctrinam, Simus in tribulatione patientes. Quam toto animi annixu & conamine nobis comparare atque aſciſcere debemus. Primo quidẽ, quia eſt nobis neceſſaria ad ſalutem, & ſine ea ſalui fieri non poſſumus. Nempe ut ait Apoſtolus ad Timotheum, Omẽs qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur. Et in Actibus apoſtolorum idem dicit: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Atqui perſecutiones & tribulationes nobis illatæ, non ſunt nobis meritoriæ, neque proſunt ad ſalutẽ, niſi tolerentur cũ patientia. Si quis eñ in aduerſitatibus obmurmuret in deũ, non eſt ille per mala quæ perfert, gratus deo. Quare quod Paulus Hebræis ſcribit, & cuiq; noſtrũ id dictum eſſe debemus putare: ſcilicet, Patientia uobis neceſſaria eſt. Secundo hoc idem, patientiam ſcilicet eſſe nobis neceſſariã, conſtat aperte exemplo Chriſti, de quo dictum eſt in euangelio Lucæ: Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in regnum ſuum ſiue in gloriam ſuam.

Roma.
1. Timo.
Actuũ.
Hebrę.
Luce.

Ipſe qui uerus eſt deus & dei filius, alienus ab omi pec cato, debuit ſecundum dei patris beneplacitum dura & acerba pati, ut in gloriam ſibi propriam & commu nem cum deo patre & ſpirituſancto, intraret. Noſipſi
lm.50. igitur, qui peccatis ſumus referti, & in iniquitatibus cõ
.15. cepti: & bibimus quaſi aquam iniquitatem, ut ait Iob, in alienam intrabimus gloriam & minime nobis ex nobis debitam, ſine aduerſitatũ paſſione & toleran tia? Ipſe qui caput noſtrum eſt & rex noſter, tantã ma lorum pœnæ procellam eſt paſſus, ut daret nobis exemplũ & ſequamur ueſtigia eius. Noſipſi uero qui mẽ bra eius ſumus & milites, detrectabimus eum ſequi in acie belli? ſed ut molles & delicati milites, omia aſpe ra & dura refugiemus? Certe nõ ſumus fideles domino noſtro, ſi id fecerimus. Tertio, patientia plurimum uti lis eſt nobis ad conſequendam ſalutem æternam, & uia compendiaria qua ueniamus ad regnum cælorũ. Nam Chriſtus apoſtolis & omibus fidelibus pro ipſo
c.21 mala paſſuris dicit: In patientia ueſtra poſſidebitis ani mas ueſtras. Quis enim uictrice laurea & triumphali corona decorauit candidatum martyrum exercitum, & ſuo ſanguine roſeo rubricatum? nonne inclyta uirtus patientia, per quam omia mundi huius mala gene roſe deuicerunt? quemadmodum de eis ſancta canit eccleſia: Cæduntur gladijs more bidentium. non mur mur reſonat, non querimonia, ſed corde tacito mens bene conſcia conſeruat patientiam. Cum igitur tot ha beamus ſanctorum martyrum exempla, tanquã ſtrenuorum Chriſti militum, noſtris oculis obiecta: noſipſi deſides & pigri recuſabimus eos ſequi in eo uirtu tis genere, quo maxime claruerunt & gloriam æternã ſunt adepti? Quarto utilis eſt nobis patientia, quoniã ſpiritualis eſt armatura animæ, per quam ſuperantur

om̃ia mundi aduerſa, non uiribus contra pugnando, ſed forti animo quæ inferuntur mala ferendo. Nullũ em̃ fortitudinis & uictoriæ genus illo eſt præſtantius, nullum pręclarius, nullum deniq; eminentius, ſecundũ hanc memorabilem ſententiam:

Nobile uincendi genus eſt patientia. uincit,
Qui patitur. ſi uis uincere, diſce pati.

Vnde & beatus Iacobus dicit: Patientia autem opus perfectum habet. Arripiamus igitur alacres hanc armaturam, quam om̃es ſancti & fideles om̃es ſibi intrepide aſſumpſerunt, ad pugnandum contra om̃ia uitæ huius aduerſa: neque ut ignaui milites abijciamus hũc clypeum in bello, nec turpi fuga deſeramus aciem. Quinto hanc utilitatẽ affert homini patientia, quod non ſolum gloriã cæleſtem confert ſuo cultori, ſed & tẽporalia bona ſiue corporis ſiue externa, prius amiſſa, recuperat. quemadmodum beatus Iob poſtquam per patientiam probatus eſt à deo, recuperauit ſanitatem corporis & liberos ſuos, & totã ſuam ſubſtantiam, etiam duplo amplius quàm amiſerat. Et Thobias uir iuſtus ac timẽs deum, poſtquam aliquot annos pertulerat cæcitatem oculorum cum magna patientia, in aduerſis gratias agens deo: poſtea uiſum recuperauit angelico magiſterio, & ad finem uſque uitæ integrum & incolumem eum conſeruauit. Amplectamur ergo libenter hanc uirtutem, per quam & huius uitæ ſuperemus mala inuicto atque infracto animo, & futuræ uitæ bona conſequamur æterna, & nullo unquam fine defitura. Quæ nobis demum concedat deus omipotens & benedictus in ſecula, Amen.

Iacob. Iob. 4 Thob.

DE SALVTATIONE ANGELICA AD BEATAM VIRginem,ſermo.

SALVTATE MARIam,quę multum laborauit in nobis. Ad Romanos 16.capi. Quæ quidē uerba, quamuis ad literam intelligātur de quadā muliere fideli Romana,noīe Maria, quā beatus Paulus in fine ſuę epiſtolæ ad Romanos,petiuit ſalutari cum nonnullis alijs fidelibus uiris & mulieribus,ibidē nominatis,tñ eadē etiā apte applicātur ultra ſenſum literalē ad ſacratiſſimā uirginem Mariam, quā om̄es fideles admonētur his uerbis ſalutare, quia multum laborauit pro om̄ium ſalute ac redemptiōe. Siquidē ipſa contriuit pede ſuæ admirabilis humilita
c.3. tis caput ſerpentis antiqui,qui Euā primam matrē noſtrā inflatione ſuperbiæ proſtrauerat in ruinā. Ipſa itidē paradiſi portā,per Euam cunctis mortalibus occluſam,ſuarū uirtutū ineffabili uigore nobis patefecit. Deniq; eadē uitā æternā,quæ per inobediētiā primorū parentū fuerat toti humano generi deperdita,per obedientiā & felicē partū ſuū nobis reſtituit,redēptionemq; nobis captiuis per filiū ſuū benedictum attulit: & nos exules filios Euæ,in patriā cæleſtis Ieruſalē feliciter reuocauit. Nonne ergo ſacratiſſima uirgo Maria multū laborauit in nobis? Nōne multa atq; magna nobis beneficia ſpiritualia contulit? Nemo id certe iure poterit

inficiari. Dignum eſt igitur (ut admonet aſſumpta ꝓ themate ꝓpoſitio) q̄ ſalutetur à nobis. Sed qua ſalutatione, inquies? Ea potiſſimum, quę in om̄ium uerſatur ore, & clericorū & laicorū, & uirorū & mulierū, & puerorū & puellarū: & quā à prima om̄es addiſcunt ætate ex Chriſtianæ pietatis inſtitutione, ut eā ſæpius frequentent & repetant, atq; p totū uitæ præſentis decurſum, quotidie ipſi reginæ cæli & dominæ mūdi, atq; dei matri, deuote offerāt: ſcilicet, Aue Maria gratia plena, dominus tecū, & cætera uſq; in finē. Siquidem hæc ſalutatio non humano cōpoſita eſt inuento, ut pleræq; aliæ ſalutationes & orationes deuotæ ad beatā uirginem: Luc. ſed de cælo in terras eſt delata p angelicum præconium, quantum ad priorē eius partē: & ſpirituſancto inſpirante, ꝓlata p ſanctam Eliſabeth, quantū ad partē eius poſteriorem. Magna eſt itaq; huius ſalutatiōis dignitas, quæ cæleſti magiſterio eſt contexta. Secūdo eadem ſalutatio ſuccinctam habet in uerbis breuitatē, & ſub illis uberem ſententiarū fœcunditatem, diuinorumq; myſteriorū copiā. Propter quod & facilius addiſci poteſt, atq; memorię commendari: ſæpius itidem repeti ualet ſine faſtidio, & cū maiore ſine tędio dici deuotione, ob altiſſimū incarnationis myſteriū in ea ſalutatione expreſſum, quod fuit noſtræ ſaluationis exordium atq; principiū, & ꝓpter uirginalis maternitatis priuilegiū ibidem etiam inſinuatū. Tertio, prædicta ſalutatio ampliſſimos continet titulos laudum eiuſdem beatæ uirginis, & eximia præconia, non humana adulatione aut fauore illi attributa, ut plerunq; faciūt homines ſuis amicis, quibus plus æquo tribuunt interdū laudes ac uirtutum cōmendationes, ſed cæleſti denunciatione atq; ſpirituſſancti afflatu eidem aſſcripta. Merito igitur hanc ſalutationem cæteris om̄ibus præferē

dam duxit Chriſtiana religio,&ab omnibus fidelibus aſſidue frequentandã. Quam &in ſermonis huius initio pro laudabili more eccleſiaſtico,eidem nunc offeramus uirgini, ad impetrandum per eam diuinæ gratiæ nobis ſubſidium,ut mediatricẽ & aduocatam noſtram,dicentes: Aue Maria gratia &c.

na.16 ¶Salutate Mariam, quæ multum laborauit in uobis. Ex loco prius iam citato deſumpta ſunt hæc uerba ꝓ ſermõis huius materia,qui in duas diuidetur partes. Prior eam partem ſalutationis prædictæ declarabit, quæ de cælo eſt delata per angelum Gabrielem in annunciatione dominicæ incarnationis per eum facta: ſcilicet, Aue Maria gratia plena,dominus tecum,bene dicta tu in mulieribus. Poſterior uero, eiuſdem ſalutationis reliquam explicabit partem,per ſanctam Eliſabeth in eius uiſitatione expreſſam, & per ſanctæ eccleſiæ inſtitutum deinde conſummatam:ſcilicet,Et benedictus fructus uentris tui IeſusChriſtus,Amen. Pro primæ autem partis deductione, ſatis notum omnibus eſſe arbitror,primam ſalutationis nunc declarandæ particulam,Aue,uerbum eſſe ſalutatoriũ, quo accedentes gratia honoris aut beneuolentię ſolemus cõpellare,tantũdem ualens atq; Salue:& ad unius ſalutationem accõmodatur apte,ſicut & Auete ſuum plura

tt.28. le,ad plures ſalutandos adaptatur etiam in euangelio. Adiecit autem eccleſia ſancta in hac ſalutatione ſecũdo loco nomen eius digniſſimæ uirginis quam ſalutamus, ſcilicet Maria, ab angelo in primo ad eam ingreſſu non expreſſum. ut nominis illius expreſſio,ſuum ad nos ardentius prouocaret affectum, & ipſam ſacratiſſimam uirginem excitaret ad proniorem impendendæ nobis miſericordiæ alacritatem atq; promptitudinem. Vnde beatus Bernardus ad ſacram uirginẽ Ma-

riam uerba dirigens,inquit:O ſancta,ò pia,ò multum amabilis Maria:nec nominari potes quin accendas,nec cogitari quin recrees affectus diligentium te.Interpretatur autem nomen Maria,atque tãtum ualet,ſicut maris ſtella,ſiue illuminatrix.Quæ ſane interpretatio,ipſi ſacroſanctæ uirgini aptiſſime conuenit.Nã in hoc mari magno & ſpatioſo huius mundi nauigãtes homines (in quo ſunt reptilia,quorum non eſt numerus,&mille animarũ diſcrimina,pericula mille & hoſtium nobis inſidiantium genera)ipſa deſuper ſuæ pietatis &miſericordiæ radio illuſtrat,ne incidamus in ſyrtes & uoraginem uitiorũ,ne rapiamur in ſcyllam uoracitatis,auaritiæ,libidinis,aut ſuperbiæ:ne denique feramur in charybdim & barathrum damnationis æternæ,ſed ut ductu & irradiatione huius ſtellæ lucidiſſimę nauem noſtram ſaluam & incolumem refertam mercibus bonorum operum perducamus in portum ac ſtationem beatitudinis æternæ.Quod & ſanctus Bernardus confirmat in fine ſuæ primę homiliæ ſuper euangelium Miſſus eſt,hanc interpretationem nominis Mariæ diffuſe & præclare explicans,& inter cætera dicẽs:Virgo Maria eſt nobilis illa ſtella ex Iacob orta,cuius radius uniuerſum orbem illuminat,cuius ſplendor &præfulget in ſupernis,& inferos penetrat, terras etiã perluſtrãs, &calefaciens magis mentes quàm corpora,fouet uirtutes, excoquit uitia.Ipſa inquam eſt præclara & eximia ſtella,ſuper hoc mare magnũ &ſpatioſum neceſſario ſublevata,micans meritis,illuſtrans exemplis.O quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius ſideris,ſi non uis obrui procellis.Si inſurgant uenti tentationum, ſi incurras ſcopulos tribulationum:reſpice ſtellam, uoca Ma

Pſalm.

Num.

riam. Hæc Bernardus, & reliqua, quæ continuo ſequũt tur ordine, pietatis & ſuauitatis pleniſſima atq; pręclaram exhortationem ad inuocationem Mariæ uirginis in om̃i tribulatiõe cõplectentia. Porro in reliquis huius ſalutationis uerbis per angelum Gabrielem ad ſacroſanctam uirginem ꝓlatis, tres cõtinentur eximiæ commendationes, excellentię, & dignitates ipſius deiparæ uirginis. Prima, ꝙ eſt plena gratia, & copioſam in ſe gratiæ plenitudinẽ exhuberanter habens. Quod om̃ino uerum eſſe cognoſcent om̃es, qui affluẽtiſſima gratiarum munera ſibi à domino deo collata, attentius conſiderauerint. Tanta ſiquidem in ea eſt gratię hubertas, ꝙ om̃imoda puritate nitens, nullam unquã peccati nec originalis, nec uenialis, nec mortalis maculam ſenſerit aut contraxerit. Tanta itidem gratiæ in ea plenitudo, ꝙ ſpiritu ſancto fœcũdata, uerum deum & dei filium eundemq; uerum hominem caſtis concepit uiſceribus: & ſeruato uirginitatis honore, huic mũdo ſaluatorem edidit. Tanta deniq; referta fuit gratia, quod tranſacto huius uitę decurſu, aſſumpta in cælum ſuper om̃es choros angelorum & ordines ſanctorum fuerit: glorificataq; in corpore & anima, cæleſtis gloriæ culmen obtineat. Vnde Hieronymus de eadem ſacra uirgine dicit: Cæteris per partes præſtatur gratia. Mariæ autem ſe totã infudit gratiæ plenitudo, ut de eius plenitudine poſt filium eius accipiamus om̃es gratiã, quam ipſa mater gratiæ in filios ſuos liberaliter diſtribuat. Et recte plena gratia dicitur, quoniã ipſum fontem om̃is gratiæ & autorem atq; largitorẽ gratiæ, ſuo uirginali portauit utero, & huic mundo ꝓtulit, de quo
Iohan. 1. dicit Iohannes in euangelio, ꝙ gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Secunda autem dignitas ſacrę uirginis innuitur per hęc uerba, Dominus tecum: ꝙ ſci

licet cum ea ſemper fuerit & eſt dominus deus, non ſolum per eſſentiam, potentiam & præſentiam, ſicut eſt cum om̃ibus creaturis & cum hominibus iniquis: ſed etiam per gratiæ inhabitationem, quo quidem modo cum ſolis eſt iuſtis & bonis, quorum corda ut cæleſtis hoſpes inhabitat, & donis ſuorum chariſmatum illuſtrat, quemadmodum apud Iohannem dicit Chriſtus: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Neq; ad tempus aut ꝑ aliquanto temporis ſpatio fuit dominus cum beata uirgine, ut poſtea ab ea diſceſſerit ipſam deſerendo, ſicut interdũ eſt cum aliquibus recte uiuentibus, & poſtea diſcedit ab eis cum prolabuntur in peccatum, quoniam longe à peccatoribus ſalus: ſed cum ea fuit & eſt perpetuo & permanenter. Ab initio em̃ ſuæ benedictæ conceptionis ſemper fuit cum ea dominus, neq; diſceſſit unquã ab ea: quoniam nũquam ipſa declinauit ad deuia peccati. Neq; ſolum cum ea eſt dominus, ſed etiam per eã eſt nobiſcum, quos dereliquerat. Genuit enim nobis ipſa mundi ſaluatorem, cuius nomen eſt Emanuel, q̃d interpretatur nobiſcum deus: quia per admirabile incarnationis myſterium in ea completum, deus nobiſcum eſt per naturæ cõmmunionem & reconciliationem, quemadmodum dicit propheta in Pſalmo: Deus uirtutum nobiſcũ, ſuſceptor noſter deus Iacob. Tertiã uero dignitas ſacræ uirginis deſignatur per hæc angeli uerba, Benedicta tu in mulieribus: ꝙ ſcilicet inter omnes mulieres in æternum eſt benedicta, quoniam diuinis repleta muneribus, benedictionem à domino largiter eſt conſecuta, & in omne genus humanum illam diffudit, ablata maledictione, quam intulerat totiſuę poſteritati Eua mater noſtra, cui ſacratiſſima uir

Iohã. 1. Pſalm. 1 Matth. 1. Pſalm. 4 Luce. 1.

go Maria, uera mater noſtra ſecundum ſpiritū, omni no ex oppoſito reſpondet. Siquidē ipſa Eua plena culpæ fuit & miſeriæ per diuini mandati tranſgreſſionē, & illā tranſmiſit in totū genus humanum. Maria uero plena gratiæ, quam ut fons huberrimus diffudit in omes homines. Inſuper ab Eua receſſit dominus p ſuam culpā, & conſequenter à tota ſua ꝓpagine: cū Maria uero fuit & ſemper eſt dominus, & per eam etiam nobiſcum habet ſanctæ manſionis conſortium & ſocietatem. Denicꝫ Eua toti mundo maledictionem intulit & mortem, & per eam habuit maledictio in nobis introitum & ꝓgreſſum Ediuerſo ſacra uirgo Maria illam Euæ maledictionem ſuſtulit à nobis, eamq́ꝫ commutauit in benedictionem, quam toti ꝓtulit mundo, ut teſtatur angelus Gabriel in hac ſalutatiōe, & etiam ſancta Eliſabeth in ſua ad ſacram uirginem ſalutatione, ut conformitas uerborum angeli & Eliſabeth, atteſtantium ꝗ ſit benedicta in mulieribus ſiue inter mulieres, plane oſtendat & angelum & ſanctā Eliſabeth, eodem ſpū ſancti afflatu fuiſſe locutos. Ad hāc igitur benedictionis plenam uirginem, & benedictam nō ſolum inter mulieres, ſed etiam inter omes homines: recurramus, & libenter atcꝫ frequenter ſalutemus eam, ut ab ea etiam benedictionem conſequamur, quemadmodum in themate ſuperius eſt propoſitum: Salutate Mariam, quæ & c̄.

¶ In ſecunda parteupereſt, reliquam angelicæ ſalutatiōis ad ſacram uirginem declarare partem, & primum illud ſanctę Eliſabet uerbum, Et benedictus fructus uentris tui. In quo ipſa reſerauit arcanum incarnationis dominicæ myſterium, iā in ſacra uirgine Maria matre dei completum: quod ſola ſpū ſancti reuelatione ipſa cognouit, non ab homine accepit. Siquidē

fructus uētris uirginalis, ē ipſe dei fili⁹, ex ſuæ ſacratiſſimæ matris ſubſtãtia humanã ſortitus naturã. Qui & recte fructus uentris ſuæ matris dicitur, quoniã ſicut fructus arboris ex ipſa arboris ſubſtãtia formatur & ꝓducitur, ſine ulla tamen arboris fractione, diruptione aut diuulſiõe: ita domin⁹ noſter uerus deus & uerus homo, humanã carnē uere ſumpſit ex ſubſtãtia ſuę ſacroſanctæ matris, ex ea tamen ꝓceſſit in mundũ ſine detrimento & læſione maternæ uirginitatis: neq; integritatē illius uirginalē quoquo pacto læſit, ſed excellentiorē reddidit atq; admirabiliorē, per coniunctã illi diuino munere fœcunditatē. Hic aũt tantus & talis fructus uentris uirginei, om̃ino oppoſitus eſt atq; contrarius fructui arboris uetitæ in paradiſo, quē primi parentes male ſuadenti ſerpenti creduli mãducarunt. Nã ille fructus maledictionē toti mundo & mortem intulit, hic uero fructus eſt uitæ & benedictionis: quoniã non ſolũ in ſe om̃is habet benedictionis plenitudinē, ſed & benedictionē ampliſſimã in om̃es homines trãſfundit, ut fons ſuos riuulos: & ex ipſo in totum genus humanũ, imo & in ſuã matrem benedictã, æternæ benedictionis munus ꝓceſſit, quemadmodũ multo ante ipſi Abraæ ꝓmiſerat deus, dicens: In ſemine tuo benedicentur om̃es tribus & cognationes terrę. Certe illud ſemen Abraæ ſolus eſt Chriſtus, qui ex ſtirpe Abraæ ꝑ ſacrã uirginē deſcendit. De illo etiã dicit ꝓpheta in Pſalmo: Et benedicētur in ipſo om̃es tribus terræ, oēs gentes magnificabunt eum. Hocem̃ ꝓpheticum oraculum (ſicut & prædicta ꝓmiſſio, facta ipſi Abraæ) in ſolo Chriſto eſt completũ, de cuius plenitudine accepimus om̃es benedictionē. Porro duo nomina ſubſequētia, Ieſus Chriſtus, à ſancta eccleſia prædictæ ſententiæ ſubiuncta, eam clarius declarãt, & explicãt quiſnã eſt

Gene.3 Gene.22 Pſalm.7 Johan.1

Ff

ille fructus uirginei uentris benedictus in ſecula, ꝙ ſci licet eſt Ieſus Chriſtus, filius uirginis matris. Duo autē nomina ſupradicta, multæ ſunt dignitatis & excellen tiæ, ob ſuā ſignificationem. Nempe Ieſus, quod eſt no men domini noſtri, de cælo ab angelo delatū, & ſacrę uirgini inſinuatū, tātundem ualet atq; ſaluator: quoni am ipſe non unius tātum populi aut nationis ſalutem ſuo aduentu adduxit, ſed totius humani generis quem admodum & angelus ſanctus denunciauit paſtoribus

ucę.2. ipſa nocte natiuitatis dominicæ. & poſtea Samarita ni audita Chriſti prædicatione, pie confeſſi ſunt, dicen

ohā. 4. tes: Ipſi enim cognouimus & credimus, quia hic eſt ue re ſaluator mundi. Hoc etiā explicuit angelus domini ipſi ſancto Ioſeph, uiro ſacratæ uirginis Mariæ, ſic de

Matth.1. ea loquens: Pariet autem filium, & uocabis nomē eius Ieſum. ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à pecca tis eorū. Chriſtus autem Græce, tantundem ualet atq; unctus Latine, & Hebraice dicitur Meſſias: quo nomī ne deſignatur ipē dominus noſter eē uerus meſſias, in lege & ꝓphetis longe ante ꝓmiſſus, ꝙ ueniret ad mun di redemptiōem. Et recte Chriſtus dicitur: quia in ue teri lege pontifices & reges inungebantur oleo mate riali in ſua inſtitutione & conſecratione, ad præfigu randū dominum noſtrum, uerum pōtificem atq; ſum mum ſacerdotem & regem, qui unctus eſt oleo ſpiri tuali, ſcilicet chariſmatibus ſpirituſſancti: quoniam de

ohā.3. dit ei deus ſpiritum non ad menſuram, ſed in omnimo da plenitudine, & abundantius q̄ alijs quibuſq;, ut ait propheta in Pſalmo: Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniqui

Pſal.44 tatē: ꝓpterea unxit te deus de⁹ tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Poſtremum particula Amen, in fine huius ſalutationis poſita, non habet optandi ſignifica tionem, ſicut in oratione dominica: ſed potius aſſeren

di ſiue affirmandi omnia ea uera eſſe, quæ in ea ſalutatione continentur. Quem etiam ſenſum habet frequẽtiſſime in euangelijs, ubi Chriſtus dicit: Amen (id eſt, uere) dico uobis. Quoniam in hac ſalutatione non petimus aliquid nobis cõferri, ſed tantummodo laudes ſacræ uirginis & filij eius in ea proferimus. Itaq; ſtudeamus ſic ſanctam uirginem hic ſalutare, ut per eã poſſimus tandem ad regnum cęlorum peruenire. Amen.

EIVSDEM IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENSIS, doctoris theologi, & canonici Carnotenſis, de articulis fidei ex ſymbolo apoſtolorum, ſermones.

DE PRIMO FIDEI ARTICVLO, ſermo.



Redere oportet accedẽtem ad deum. Ad Hebræos undecimo cap. In quib[us] uerbis oſtẽdit Apoſtolus neceſſitatem fidei ad ſalutem, q[uod] ipſa ſit prima uia, q̃ habeatur ad deum acceſſus, ei placendo & adhærendo. Et uſq; adeo neceſſaria eſt huiuſmodi uia, qua quis ad deum perueniat, ut teſtatur in eodem loco Paulus, q[uod] ſine fide impoſſibile ẽ placere deo. Qđ & beatus Cyprianus exemplis naturalibus egregie de Heb.

clarat in prologo ſui tractatus de expoſitione ſymboli, cum ait: Nec nauem quis ingreditur & liquido ac profundo uitam committit elemento, niſi ſe prius credat poſſe ſaluari. Nec agricola ſemina ſulcis obruit, & pro frugibus ſpargit in terram, niſi crediderit uenturos imbres, affuturꝫ quoqꝫ ſolis teporem: quibus terra confota, ſegete multiplicata, frugem producat, ac uentis ſpirantibus nutriat. Nihil deniqꝫ eſt quod in uita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit. Quod deinde deducit in contractu matrimonij, unde creditur uẽtura propagatio prolis. Etiã in pueris tradendis magiſterio alicuius, quo creduntur ipſi diſciplinam percepturi. Et deniqꝫ in ſuſceptiõe inſignium imperij ſuper urbes & populos, qui creduntur obtemperaturi iuſſis illius, qui huiuſmodi moderationem aggreditur.

¶Cæterꝫ ſi quis percontetur, quidnã oporteat eum qui accedit ad deum, credere: adhibenda eſt reſponſio ſuccincta, ꝙ illum oportet in primis credere & tenere regulam fidei, quæ continetur in ſymbolo apoſtolorum. Illa ſiquidem & breuis eſt, ut facile poſſit & memoria teneri & addiſci, & ſine aliquo tædio ſuccincte ꝓferri, contra oĩa hoſtium tentamenta, quibus molirentur interdum cõcutere ꝓpugnaculum noſtrę mẽtis. Illis em̃ aduerſarioꝝ moliminibus hanc unam machinam debemus opponere, ꝓfeſſionem ſcilicet noſtrę fidei, in ſymbolo apoſtoloꝝ contentam. Huc accedit autoritas grauiſſima eoꝝ, ꝑ quos illa fidei noſtræ doctrina eſt collecta & compacta, ſanctoꝝ ſcilicet apoſtoloꝝ, à Chriſto cæleſtis diſciplinæ magiſtro edoctorum, & à ſpũ ſancto (qui ſpũs eſt ueritatis) illuſtratoꝝ. Nempe ſancti ipſi apoſtoli, numero duodenario poſt ſpũſſancti ſuſceptionem completi, hanc compoſuerũt

fidei compendiariam doctrinam,& ſuum quiſq; articulum in eam contulerunt. Et exinde totum hoc apoſtolorum ſymbolum, in duodecim articulos fidei diuiditur, unicuiq; apoſtolorum duodecim, ſuum aſſignãdo articulum. Enimuero ut autor eſt Cyprianus in ſupradicto tractatu de expoſitione ſymboli, cum ſancti apoſtoli ſuſcepto ſpũſancto in die Pentecoſtes, aliquantulum prædicaſſent in Ieruſalem & Iudæa: eſſentq; ſecũdum Chriſti præceptum diſceſſuri in nationes, & diſpgendi abinuicem in diuerſas terræ partes: antequã ſecederent & diſſepararentur, conuenerunt adinuicem, & unam tenendæ fidei regulam compoſuerũt, quam & uniformiter prædicarent, & om̃ibus credendam denunciarent: ne ipſis iam ſeparatis, aliqua difformitas aut diſſonantia oboriretur, aut in prædicatione ad populum, aut ꝑfeſſione eorum quæ ad fidem ſpectant. Et q̃niam in eo negocio ſimul contulerunt, quiſq; eorum ſuũ afferens articulum credẽdum, idcirco regula iſta fidei complectens duodecim articulos fidei credendos, cõpoſita ab apoſtolis: dicitur græce ſymbolum apoſtolorum, id eſt, collatio in unum, eorum quæ ſunt credenda. Etiã dicitur ſymbolum, id eſt, ſignum ſiue indiciũ, per quod dignoſcũt Chriſtiani ab infidelibus: ſicut in acie bellica gerunt milites & habent ſignum aliquod ſiue indicium, per quod amici milites & ſubiecti principi, ab hoſtibus diſcernũtur. Ita ſane hac fidei doctrina ſecernuntur fideles ab incredulis. Aue Maria.

¶Credere oportet accedentem ad deum. Ex loco prius citato, ꝓ ſermonis huius themate deprõpta ſunt hæc uerba. Qui in duas partes diuidetur. Prima, ipſius articuli fidei declarabit priorem particulam. Secunda uero, poſteriorem. Pro primæ partis deductiõe, opor- Hebr.

tet in primis id noſcere,ꝙ prim⁹ articulus fidei in prin-
Petr⁹. cipio ſymboli apoſtoloꝝ poſitus,& beato Petro apo-
ſtoloꝝ primo atq; principi peculiariter attribut⁹,ꝙ cũ
compoſuerit & aſſeruerit,eſt huiuſmodi: Credo in de-
um patrem,omnipotentem,creatorem cæli & terræ.
Vbi uerbum illud credo,in frontiſpicio poſitum, deſi-
gnat,ꝓfeſſionem fidei deliteſcentis in corde, per aper-
tam oris,ꝓlationem & manifeſtationem.Et hæc fidei
ꝓlocutio, etiã tẽpore & loco opportuno ẽ neceſſaria,
quemadmodum perhibet beat⁹ Paulus,ad Romanos
Ro.10. dicens:Corde creditur ad iuſtitiã,ore autem confeſſio
fit ad ſalutem.Huiuſmodi uero credulitas, quã p uer-
bum credo,ꝓfitemur aperte,non debet inniti ſenſuum
perceptioni,aut naturali rationi, uel humanæ experiẽ-
tiæ:qm̃(ut ait beatus Gregorius)fides non habet me-
ritum,ubi humana ratio præbet experimentũ.Et quæ
per fidem credenda,ꝓponuntur, ſupra ſenſum ſunt &
rationis apprehenſionem.Et ergo talia ſoli debent in-
niti autoritati ipſius dei dicentis & reuelantis,qm̃ ipſe
ſumma eſt ueritas,nullis permixta tenebris erroris aut
mendacij aut falſitatis. Sane homini ꝓbo & fideli ad-
hibetur fides & uerbis eius , ꝓpter bonã ſuæ ꝓbitatis
exiſtimationem.Et diſcipuli Pythagoræ tm̃ ſuo magi-
ſtro deferebant honorem , ut de his quæ ipſe aſſerue-
rat, diſceptare nefas putarent:& ꝓ rei inter eos dubiæ
approbatione ſolum hoc afferrent argumentum,ma-
giſter hoc dixit.Quo uno uerbo om̃is inter ipſos ter-
minabatur quæſtio & controuerſia.Attamẽ Pythago-
ras more alioꝝ hominum erat errori obnoxius,falliq;
& errare potuit. Nonne igitur ualentiore iure, deo(q
uerax eſt, om̃is autem homo mendax, & qui nec falli
nec fallere poteſt,neq; aliquo errore circunueniri)de-
bemus adhibere fidem,qm̃ hoc dixit,& p ſuã ſcripturã

nobis reuelauit: nec alia debemus exigere aut expoſcere probationem, præter uerbum dei. Huiuſce autem firmitudinis fidei magna eſt utilitas & profectus ad ſalutem, cum de Abraam ſcriptum ſit: Credidit Abraam deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã. Et beatus Paulus in ſua epiſtola ad Hebræos, multa affert exempla ſanctorum patrum ueteris teſtamenti, qui per fidem ſalui facti ſunt. Et in euangelio Lucæ, ſæpius dominus ei quẽ ſanauerat, dixiſſe legitur: Fides tua te ſaluum fecit. Nõne & ſacratiſſima uirgo Maria (quæ firma fide cooperãte, concepit dei filiũ) audiuit à ſancta Eliſabeth hoc inſigne præconium: Beata quæ credidiſti, quoniã perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à domino. E diuerſo incredulitas filiorum Iſrael, non credentium quod deus poſſet eos ducere in terrã promiſſionis, & expellere Chananæos ante faciem eorum (ſicut in Numeris habetur) fuit punita per uagationem & moram quadraginta integrorum annorum in deſerto, quod in quadraginta diebus potuiſſent peragrare facile. Et Zacharias pater ſancti Iohannis Baptiſtæ, ob ſuã incredulitatem mutus effectus eſt uſque ad diem octauum poſt eius natiuitatem, ut ſcribitur in euangelio Lucæ. Porro in huius ſymboli principio ſignanter dicitur, Credo in deũ: & non, credo deo, uel credo deum. Nã ut ait beatus Auguſtinus, magna eſt differentia inter credere deo, credere deum, & credere in deum. Nã credere deo, eſt credere uerbis dei, & ea quæ deus dixit, uera eſſe. quod & prauis & improbis, imo & malignis ſpiritibus, conuenire poteſt. Credere uero deum, eſt credere deum eſſe, quod & infidelibus & dæmonibus etiã conuenit, cum credãt eſſe deum regnantem in cœlis. Dicit enim beatus Iacobus in ſua epiſtola: Dæmones credunt & contremiſcunt. Sed credere in deum, eſt fidem in deum tanquam omnium au

Gene. 15. Roma. 4. Hebr. 11. Luc. 7. & 18. Luce. 1. Num. 1. Luce. 1 Iacob. 2

torem habere, & amore illi adhærere per mandatorũ eius obſeruationem. Et hoc ꝓprium eſt fideliũ & Chriſtianorũ, qui non habent ſolum fidem in corde & ore, ſed & in opere, facientes quæ deus præcepit, & illũ diligentes. Et hæc perfecta eſt fides, quæ à beato Paulo
alat.5. ad Galatas uocatur fides per charitatem operans, & à nobis exigitur, ut ueraciter dicamur credere in deum. Nempe de ijs qui fidem tm̃ habent in corde & in lingua, non autem operibus, conqueritur dominus in eu
ıc.6. angelio, dicens: Quid autem uocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Et rurſum in alio loco:
atth.7. Non om̃is qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorũ: ſed qui facit uoluntatẽ patris mei, hic introibit in regnum cælorũ. Et de eiſdem ſcribit beat⁹
t.1. Paulus ad Titum: Qui dicunt ſe noſſe deum, factis autem negant. Non itaq; ad ſalutem nobis ſufficit credere deo, uel credere deum: ſed ultra hoc requirit, ꝙ credamus in deum, noſtrã ſcilicet fidem operibus bonis comprobantes & confirmãtes. Nam & Abraam (ut
cob.2. ſcribit beatus Iacobus) ex opibus iuſtificatus eſt, & nõ ex fide tm̃. Quãdoquidem (ut ait idem) ſicut corpus ſi
idem. ne anima mortuum eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Cæterũ ꝑ hoc ipſum quod hic dicit ſingulariter, in deum, & non in deos: inſinuat unitas diuinæ eſſentiæ, & ꝙ unus tm̃ ẽ deus, & non plures: ſicut putauerũt gẽtiles, ꝑ idololatriam a dæmone decepti. Et hæc unitas deitatis in ſacra ſcriptura ſæpius etiam expreſſe decla-
ute.6. rat, ut ꝑ illud uerbum Moyſi ad populum Iſraeliticũ:
he.4. Audi Iſrael, dñs deus tuus de⁹ unus ẽ. Et beatus Paulus ad Epheſios dicit: Vnus dominus, una fides, unum baptiſma: unus deus & pater om̃ium, qui eſt ſuper oẽs,
lat.3. & ꝑ om̃ia, & in om̃ibus nobis. Et ad Galatas: Deus au
imo.2. tem unus eſt. Et ad Timotheum: Vnus deus, & unus

mediator dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Sũt & alia cõplura in ſcripturis ſacris teſtimonia, quę manifeſte confirmant unitatem diuinitatis. Sed q̃m hæc aperta ſunt & plana, conſulto prætermittuntur: cũ unũ ſolum eſſe deum, non tã autoritatibus oſtendendum ſit, quàm firma fide & inconcuſſa irrefragabiliter tenendum.

¶ Quod uero deinde ſubiungit in ſymbolo apoſtolorum, ſcilicet patrem, nomen eſt pſonale, & explicãs primam in trinitate pſonam: ut p hoc intelligamus, non ſolam unitatem deitatis eſſe, pfitendam in diuinitate, ſed & pſonarum diuinarum trinitatem, & tres eẽ in una deitate pſonas, ſcilicet patrem & filium & ſpm̃ſanctum, quæ ſunt unus deus uiuus & uerus, quemadmodum dicit beatus Iohannes in prima ſua epiſtola canonica: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, pater, uerbũ, & ſpũſſanctus: & hi tres unum ſunt. Et dominus noſter in cælum aſcenſurus, præcepit apoſtolis (ut habet apud Matthæum) q irent in uniuerſum mundum, & baptizarent omnes gentes in nomine patris & filij & ſpũſſancti. Deniq; ſancta mater eccleſia quotidie canit in cantico trium puerorum, quod habet in libro Danielis, Benedicite om̃ia opera domini domino: hunc uerſum, ſanctæ trinitatis laudatorium: Benedicamus patrem & filium cum ſancto ſpũ, laudemus & ſupexaltemus eũ in ſecula. Et hunc etiã in fine cuiuslibet Pſalmi, Gloria patri & filio & ſpũiſancto. In quibus omnibus locis deſignat apte trinitas pſonarum in unitate ſubſtantiæ eſſe credenda. Et illarum quidem trium pſonarum prima, deſignat in hoc ſymbolo apoſtolorum p hoc nomen, patrem. Reliquæ uero duæ poſtea ſuis nominantur locis ſparſim. utpote filius, cum paulopoſt ſubiungit in ſecundo articulo: Et in Ieſum Chriſtum, filiũ dei

1. Joh. 5
Matt.

unicum, dominum noſtrum. Et ſpiritusſanctus, cum in octauo articulo ſubdit: Credo in ſpiritumſanctũ. Hęc autem omnia fide tenenda ſunt, non curioſe inueſtiganda, ſicut ante aſſumptum eſt in themate: Credere oportet accedentem ad deum &c.

¶ In ſecunda parte declarandę ſunt duę ꝓprietates ſubſtantiales, quę in hoc primo articulo fidei ſubiunguntur nomini dei patris, ſcilicet omnipotentem, creatorem cęli & terrę. Attamen illa duo non ita deo patri attribuuntur, ut illi ſoli deſignent conuenire, cum etiã eadem duo & filio conueniant & ſpũiſancto. Eſt enim & filius omnipotens, & ſpũſſanctus, ſicut dicit in ſymbolo Athanaſij: Omipotens pater, omnipotens filius, omipotẽs ſpũſſanctus. Et tñ nõ tres omipotentes, ſed un⁹ oĩpotẽs. Qm̃ ꝓprietates diuinę eẽntiales, ſicut oĩpotẽtia, ſapiẽtia, bonitas, immẽſitas, ęternitas & conſimiles, omibus diuinis pſonis ſunt cõmunes, & ſingulis earꝫ ęque conueniunt. Similiter filius dei, creator eſt cęli & terrę non minus quàm pater, & ſpiritusſanctus etiam creator eſt cæli & terræ: & tamen non tres creatores, ſed unus creator. Quippe opera ſanctę trinitatis ꝓcedentia ad exteriora, ſcilicet ad creaturas, indiuiſa ſunt, & ſingulis trium pſonarꝫ ęqualiter conueniũt. Qm̃ teſte Iohanne Damaſceno, ſicut illarꝫ trium eadẽ eſt natura & ſubſtantia, ita ipſarꝫ eadem eſt & una uoluntas, eadem omino uirtus, & eadem opatio ad extera ꝓgrediens. Dicit autem deus omnipotens frequenter in ſcriptura, ut in cãtico Moyſi: Dominus quaſi uir
15. pugnator, omipotens nomen eius. Et in ſacra Apoca
c.4. lypſi: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus deus omipotens: qui eſt, & qui erat, & qui uenturus eſt. Et in pleriſq; alijs ſacrę ſcripturę locis, necnon frequentiſſime in orationum eccleſiaſticarum tali exordio: Omnipotẽs

ſempiterne deus. Hanc uero denominationem ſortit̃ deus, q̄ dicat̃ om̃ipotens, quia om̃ia poteſt facere quę- cunq; uult. Homines autem in comparatione ad deũ ſunt admodum impotentes, quia multa uolunt inter dum homines facere quę non poſſunt, quantamcunq; etiam in hoc mundo habeant dominationem & pote ſtatem. Siquidem de ſolo deo id locum habet & ueri- tatem, quod Dauid canit in Pſalmo: Omnia quæcun- que uoluit fecit. Et iterum: Omnia quæcunque uoluit dominus, fecit in cælo et in terra, in mari et in omni- bus abyſſis. Cęterũ cum dicimus deum om̃ia poſſe, id ſane intelligendum eſt de ijs, quę denotãt perfectionẽ et potentiam, non de illis quę infirmitatem deſignãt, aut defectum, aut impotentiam. non enim peccare po teſt deus, nec mentiri, nec fallere, nec falli, nec mori, et (ut dicit Apoſtolus) ſeipſum negare non poteſt. Non tamen idcirco deſinit eſſe om̃ipotens, quia talia poſſe quę imperfectiōem ſignificant, eſt quodammodo nō poſſe, ut p̄clare dicit beatus Auguſtinus in primo cap. primi libri de ſymbolo ad catechumenos. Secundo lo co dicit̃ hic deus, creator cęli et terrę: ad deſtruendam hęreſim Manichęorũ, qui dixerunt deum creaſſe quidẽ inuiſibilia et ſp̄ũales ſubſtantias, ut angelos: omnia au tem corporalia, ut ſolem, lunam, corpora cęleſtia, et elementa, atq; in eis cōtenta, eſſe formata à malo prin cipio et à principe tenebrarũ. Cōtra quos eſt illa p̄po ſitio in Geneſis initio poſita: In principio creauit deus cęlum et terram. et illud etiam uerbum p̄phetę in Pſal mo: Beatus cuius deus Iacob, ſpes eius, adiutor eius, q fecit cęlum et terram, mare et om̃ia quę in eiˀſunt. Et rurſum in alio Pſalmo: Adiutorium noſtrum in nomi ne domini, qui fecit cęlum et terram. Et iterum, Bene- dicat te dominus ex Sion, qui fecit cęlum et terram. In his autem omnibus ſcripturę locis, nomine cęli intelli

Pſalm. 13.
Pſal. 134
2. Timo.
Gene. 1.
Pſal. 145
Pſalm. 12
Pſal. 133

guntur corpora cęleſtia nobis ſupeminentia,cum ſuis aſtris,ſideribus et ſtellis, necnon ſubſtantię ſpirituales et angelicę,quę incorporales ſunt et immateriales,q̃niam in cęlis primam habuerunt ſuam mãſionem et ſtationem.Nomine uero terrę,intelliguntur omnia elementa ſub cęlo collocata:ſcilicet ignis,aer,aqua,terra, et quęcunq; corpora in eis continent̃:ut homines,animalia,plantę,mineralia,et mixta impfecta.Quare cũ hic deum ꝓfitemur eſſe creatorem cęli et terrę,inſinuamus ipſum eſſe creatorem omnium creaturaꝝ:ut ſub nomine cęli et terrę, omnia creaturaꝝ gñ a cõphendant.Et hoꝝ om̃ium creator dicit̃ deus,quia in exordio mundi ex nihilo illa formauit,et non ex aliqua p̃ſubſiſtente materia,ſicut architectus facit domum ex lapidibus et lignis p̃exiſtentibus et ante p̃paratis,Nempe creare, eſt ex nihilo aliquid ꝓducere, quod ſolius dei eſt ꝓprium:neq; ulli conuenire poteſt creaturę. Itaq; omnipotenti deo et reꝝ omnium creatori,ſic exhibeamus fidem cum bonis opibus,ut tandem ꝓ illis p̃mium percipiamus ęternum. Amen.

DE SECVNDO ARTI-culo fidei,ſermo.

NObis eſt unus dominus Ieſus Chriſt⁹. Primę ad Corinthios octauo capite. In quibus uerbis approbat̃ et confirmat̃ ſecundus articulus fidei,in ſymbolo apoſtoloꝝ contentus,et ſancto Andreę apoſtolo aſſcriptus, qui illum cõdidit:ſcilicet,Credo in Ieſum Chriſtum,filium dei unicum,dominum noſtrum. Vbi uerbum credo,in principio ipſius ſymboli poſitum, debet ſecundum intelligentiam repeti atq; reſumi,ut etiã ad ſecundã in trini-

Andre

tate pſonam apponat hic expreſſam, ſicut et ad primā ante eſt appoſitum. Et quoniā etiā in hoc ſecundo articulo, pfitemur nos credere, ſummopere curādum eſt ꝙ hęc noſtra credulitas ſit firma et ſine aliqua hęſitatione: non ſolum circa hunc articulum, ſed et circa oēs cęteros articulos, et omnia quę nobis in tota ſcriptura proponunt̃ credēda. In illis etenim omnibus nulla dubitatio aut uacillatio mentis, locum habere debet, quemadmodum admonet beatus Iacobus in canonica ſua epiſtola, dicens de eo qui uult quippiā diuinorꝝ munerꝝ quo indiget, poſtulare à deo: Poſtulet autem, in fide nihil hæſitās. Qui autem hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à uento mouet̃ & circūfertur. Non ergo exiſtimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid à domino. Vir duplex animo (qui ſcilicet quoquo modo credit, ſed etiā ſubdubitat & uacillat) inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Hæc ibi. Quantæ uero ſit efficaciæ hæc ſi dei firmitudo circa credenda ſine aliqua animi titubatione aut mutatione, declarat dominus noſter in euangelio apud Matthæum his uerbis ad diſcipulos ſuos: Amen dico uobis, ſi habueritis fidem & non hæſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis (quę ſcilicet ad unum domini uerbum ptinus exaruit) ſed & ſi monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare, fiet. Certe beatus Petrus quandiu fide firma ambulauit ſup aquas ad uerbum Chriſti, non eſt ſubmerſus, ut teſtat̃ Matt. Cum primum autem uidens uentum ualidum, timuit & hęſitauit: cœpit mergi, audiuitq́ à Chriſto extendente illi manum: Modicę fidei, quare dubitaſti? Pręterea à ſynceritate noſtrę credulitatis debet etiā aliena eſſe omnis curioſa indagatio, & pſumptuoſa inueſtigatio myſteriorum fidei, per quam uellemus ratione naturali comprehendere ſublimia dei arcana, q̃ ſim

Iacob. 1 Matth. 21 Matt. 14

...en.10. pliciter credenda ſunt: quoniã (ut ait Sapiens) Qui am bulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Nempe huiuſ modi inquiſitio curioſa eorum q̃ ad fidem ſpectant, ſolet pleroſq; inducere in graues errores & hæreſes ſe ...roue.25 cundum hãc Sapientis ſententiã: Qui ſcrutator eſt ma ieſtatis, opprimet̃ à gloria. Idcirco debent om̃es liben ter aurem accommodare huic ſalutari docum̃to ipſi ...ccl.3 us Eccleſiaſtici: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Sed quę p̃cepit tibi deus, illa cogita ſemp: & in plurib⁹ opibus eius ne fuer; curioſus. Nõ ẽ eñ tibi neceſſariũ, ea q̃ abſcõdita ſunt, uidere oculis tu is. In ſupuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus. Plurima eñ ſuper ſenſum hoĩm oſtẽſa ſunt tibi. Multos enim ſup plantauit ſuſpicio illorum, & in uanitate detinuit ſen-ſus illorum. Hæc ibi. Aue Maria.

¶Nobis eſt unus dominus Ieſus Chriſtus. Ex loco ſuperius annotato, deprompta ſunt hæc uerba ꝓ ſer-monis huius themate. Qui in duas diuidetur partes. Prima declarabit priorem ſecundi articuli ipſius fidei particulã, ſcilicet, Credo in Ieſum Chriſtum, filium dei unicum. Secũda uero, reliquã depromet eiuſdem por-tiunculã, ſcilicet, dominum noſtrum. Pro prima parte deducenda, ante om̃ia nunc paucis explicanda ſunt ea duo nomina præclara, in huius articuli principio poſi ta, ſcilicet Ieſus Chriſtus: quæ & beatus Cyprianus in ſuo tractatu de expoſitione ſymboli luculenter ediſ-ſerit, de hoc nomine Ieſus ſic dicens: Legimus in libris Moyſi ꝑ Anſes Nauę filius, cum electus eſſet dux po-puli, commutato nomine Anſæ, Ieſus cognominatus ſit. quo ſcilicet oſtenderet̃, hoc eſſe nomen quod prin cipibus & ducibus conueniret, ijs duntaxat, qui ſalutẽ

populis darent. Itaq; & ille Ieſus appellatus eſt, q̃ edu
ctum de terra Aegypti populum, & de erroribus ere-
mi liberatũ, in terrã repromiſſiõis induxit. Et hic (ſcili
cet dei filius) Ieſus dicitur, qui populum de ignorantię
tenebris eductum, & de mundi erroribus euocatum,
introduxit ad regna cælorum. Hęc ille. Similiter in pri
mo libro Eſdræ legimus, ꝙ ſummus ille Iudæoꝝ ſacer
dos, qui cum Zorobabel principe populi, totam multi 1. Eſd.
tudinem Iudæoꝝ reduxit à captiuitate Babylonica in
Ieruſalem, & induxit illam liberam in terram natiui-
tatis ſuę, uocabatur Ieſus ſiue Ioſue, filius Ioſedech. Et
hic certe etiã figura fuit noſtri ſaluatoris, qui populum
fidelem de captiuitate ſathanæ liberatum, induxit in
in terrã uiuentium atq; in ſupernã ciuitatem Ieruſalẽ.
Veꝝ & Ieſus filius Naue ſiue Ioſue, & ipſe Ieſus Ioſe-
dech, ſolum unum particularem populum, ſcilicet Iu
dæoꝝ, liberarunt à ꝑiculis temporalibus & incommo
dis, & induxerunt in terrã ſalutarem atq; fructiferam.
Dominus autem noſter, cuiuſcunq; nationis, tribus &
linguæ populum in ſe credẽtem, ſaluauit à morte æter
na, interituq; ꝑpetuo: & induxit in patriã beatitudinis
æternæ, & ꝑfruitionem uitæ ꝑpetuæ. Et ergo longe
uerius atq; ꝑfectius dictus eſt Ieſus, id eſt, ſaluator, q̃
duo reliqui: imò quàm quicunq; alij id nomen prius
ſortiti, quia ipſe eſt ſaluator mundi. De hoc uero nomi
ne Chriſtus, ſic ait Cyprianus in loco ſupradicto: Chri
ſtus quoq;, uel pontificale uel regium nomen eſt. Nã
prius & pontifices unguento chriſmatis conſecraban
tur, & reges. Sed illi, uelut mortales & corruptibiles,
unguento materiæ corruptibilis ungebantur. Hic ue
ro (ſcilicet dei filius) ſancto ſpũ punctus, Chriſtus effi-
citur, ſicut ſcriptura de eo dicit: Quem unxit pater ſpũ Actuu

aię.61 ſancto miſſo de cælis. Et Iſaias pſignauerat, dicens ex
ucę.4. pſona filij: Spũs dominiſup me, ,ppter quod unxit me, euangelizare paupibus miſit me. Hæc ille. Quinimo & diuinus ,ppheta ad eundem in Pſalmo loquens, ait
ſal.44. de hac ſpũali unctione: Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniqtatem, ,ppterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ p conſortibus tuis. Itaq; multi in ueteri teſtamento præceſſerunt Chriſti, id eſt, uncti reges & pontifices, in figuram huius unius & ueri Chriſti, qui & rex eſt Iudæorũ & gentium, imo totius mundi, & qui pontifex fa-
ebr.6. ctus eſt in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedec.

¶Ipſe autem Ieſus Chriſtus, conſequenter in hoc ſecundo articulo ſymboli apoſtolorũ, dicitur filius dei, ſcilicet patris, & ſecunda in trinitate pſona. Sicut enim nemo dicitur dominus, niſi habeat poſſeſſionem uel ſeruũ cui dominetur: & ſicut nemo magiſter dicitur, niſi diſcipulum habeat: ita & pater nullo pacto quis dici poteſt, niſi filium habens: & ediuerſo nullus dicitur filius, niſi habens patrem: quoniam hæc duo dicuntur adinuicem mutuo relatiue. Dicitur autem ipſe Chriſt' filius dei, non quidem ſola nuncupatione, uel adoptione, aut gratia uel participatione ſola, ſicut angeli & homines iuſti dicuntur in ſcriptura filij dei: ut in Pſalmo,
alm.81. Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes. &, Afferte do-
alm.28. mino filij dei, afferte domino filios arietum. Et in euãgelio Iohãnis, Quotquot aũt receperũt eum, dedit eis
han.1. poteſtatem filios dei fieri, his q credũt in nomine eius. Sed Chriſtus ſecũdum naturam diuinam, & quatenus deus eſt, dicit̃ filius dei natiuitate æterna atq; ineffabili generatione, qua ab æterno natus eſt à deo patre, atq; ex dei patris ſubſtantia. Et ergo uériſſime & propriiſſime ipſe eſt dei filius, natura ſcilicet & origine æterna. Quod & ipſa ſcriptura manifeſte teſtat̃ in pleriſq;

locis,ubi deus pater ad filiũ uerba dirigens,hanc gene rationem aſtruit,ut in Pſalmo:Dominus dixit ad me, filius meus es tu,ego hodie genui te. Et in alio Pſalm. rurſum pater ad filiũ: Ex utero ante luciferꝝ genui te: id eſt,ex intima mea ſubſtantia ante mundi conſtitutionem ego te progenui. Idem quoqꝫ atteſtaťuox paterna,in baptiſmo Chriſti ſuper eũ delata: Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Deniqꝫ & in transfiguratione Chriſti eadẽ uox patris deſuper eſt audita,teſte Matth. Porro in generatione naturali unaquæqꝫ res gignit alterã ſibi ſimilem ſcđm ſpeciem,ut ex ſemine tritici naſciť triticũ, nõ auena:& ex hordeo naſciť hordeũ, non triticũ. Quod ita etiam deducit Auguſtinus in ſecundo cap. primi libri de ſymbolo ad catechumenos:Quod ẽ res quæqꝫ,hoc generat. Nõ generat homo bouem,non generat ouis canem,nec canis ouem. Quicquid eſt quod generat, id quod eſt generat. Ex quo deinde præclare concludit,ꝙ q̃niam pater in diuinitate generans, deus eſt,ex ſua ſubſtantia etiam filiũ genuit deũ,ſibi conſubſtantialem,eiuſdem naturæ,eiuſdemqꝫ eſſentiæ. Quare tota natura reꝝ id clamat ſuis exemplis cõtra Arrianos, ꝙ filius dei uere eſt deus,& non creatura. Videmus etiã in tota natura,gignens & genitũ ſibi inuicem aſſimilari in proprietatibus naturalibus,quantitate,figura,colore,ſapore,& cæteris diſpoſitionibus accidentarijs:ut homo rationalis hominem gignit rationalem, bipedem,capite ſurſum erectũ, duas manus habentem,uirtutisqꝫ & diſciplinæ capacem. Et ita de cæteris animaliũ generibus. Ex q̃ ad diuinam illam generationem omniũ primam & ſupremam aſſurgendo, cognoſciť, ꝙ deus pater etiam filium genuit, in proprietatibus ſubſtantialibus & eſſentialibus omnino ſibi ſimilem,

Pſalm. 2.

Pſal. 109

Matth. 3

Matth. 17

& per omnia æqualem:utpote omnipotentem, & coæ-
ternũ,æque perfectũ,ſapientiſſimũ,bonitatis immen
ſæ,immortalem,incorruptibilem,impaſſibilem,& ita
de cæteris dei perfectionibus naturalibus, cũ de ſe di-
Iohan. 17 cat filius in euangelio: Omnia q̃ habet pater,mea ſunt.
Verũ q̃niam Iſaias de hac diuina natiuitate filij dei di-
Iſaię. 53 cit,Generationem eius qs enarrabit?ſuperſedendũ eſt
de ampliori eius explicatione, ꝙ fide potius apprehẽ
di debeat ac teneri & credi,quàm ratiõe perqri:& pau
cis aperiendũ, cur unicũ hic dicat̃ eſſe credendũ dei fili
um. Adiectiuũ enim unicũ,ad filiũ dei refert̃.Itaq; Chri
ſtus eſt filius dei unic⁹,id eſt,ſolus:q̃a licet plures ſunt
filij dei per gratiam adoptionis, & imitationem atq;
participationem, unicus tamen & ſolũ unus eſt filius
dei per naturam & originem,ſcilicet dominus noſter
Ieſus Chriſtus, q idcirco in ſcripturis dicit̃ unigenitus
Iohan. 1. patris.ut in euangelio Iohannis: Et uidimus gloriam
eius,gloriam quaſi unigeniti à patre, plenũ gratiæ &
ueritatis. Et paulopoſt,Vnigenit⁹ q eſt in ſinu patris,
ipſe enarrauit.Et, Qui non credit,iam condemnatus
Iohan. 3. eſt,q̃a non credit in nomine unigeniti filij dei. Verum
igit̃ id iam perſpectũ eſt, quod noſtro themate dictũ
fuit in principio: Vnus eſt &c.

¶In ſecũda parte ſupereſt monſtrare,q̃modo ipſe
filius dei eſt dominus noſter,ut dicit̃ in poſteriore par
ticula ſecũdi articuli.Ad q̃d planius intelligendũ,illud
ante oportet conſiderare, ꝙ in hoc ſecũdo articulo iã
declarato innuit̃ duplex Chriſti natura,ſcilicet diuina
& humana,in una eademq; perſona: ꝙq; ipſe unus &
idem ſit uerus deus & uerus homo.Per hoc enim ꝙ fi
lius dei hic dicit̃,diuinitas eius deſignat̃,& uerus eſſe de
us aſſerit̃.Per id uero,ꝙ Ieſus & Chriſtus hic denomi-
nat̃,humanitas eius innuit̃,& uerus eſſe homo aſtrui-

tur. Nempe ſcd̄m aſſumptam humanitatem Ieſus nuncupat̄, q̄a precioſo ſanguine ſuo & morte in cruce ſaluauit mundum: & ſcd̄m eandem naturam humanam Chriſtus dicit̄, q̄m ut homo, unctus eſt ſpũſancto ſup oẽs. Non tamen alius eſt filius dei, & alius Ieſus Chriſtus, ſed unus omnino atq; idem in perſona: nec alius deus & alius homo, ſed unus ac idem, uerus deus & uerus homo, ſcd̄m ueram fidem catholicam. Verũtamẽ iſtæ duæ naturæ, diuina & humana, in una Chriſti pſona unitę, non ſunt confuſæ adinuicem, neq; permutatæ una in aliam, ſed poſt unionem manent abinuicem prorſus diſtinctæ & integræ, ſicut forent, ſi eſſent abinuicem ſeparatæ. Et utraq; earũ naturarũ ſuas ſeruat naturales conditiones integras & ſaluas poſt unionem, ſicut eſſent, ſi ſine unione ſubſiſterent. Chriſtus enim ſcd̄m deitatem, ęternus eſt, immenſus, incircũſcriptus, æqualis patri, immortalis & impaſſibilis, atq; loco incomprehẽſibilis. Scd̄m humanitatem uero, temporalis, finitus, circũſcriptus, minor patre, mortalis & paſſibilis fuit ante ſuam reſurrectionem, & loco comprehẽſus. Neq; hæc ipſa in uno & eodem repugnant, q̄a ſecũdum diuerſas naturas uni & eidem conueniũt: quẽadmodũ inter ſe multũ diſcrepant naturales proprietates corporis & animæ humanæ, q̄niam anima immaterialis eſt, inuiſibilis, immortalis, ſimplex & indiuidua: corpus uero hominis ẽ materiale, uiſibile, mortale, compoſitũ ex partibus & diuiſibili. Attamen oẽs iſtæ proprietates, in uno & eodem homine ex corpore & anima compoſito, manent incolumes, diſcretæ & diſtinctæ: unuſq; & idem eſt homo, q̄ & corpus habet & animam, inter ſe longe diuerſa. Hoc aũt pręſuppoſito de duplici in Chriſto natura, nũc adijciendũ eſt, q̄ Chriſtus eſt dñs noſter & ſcd̄m naturam diuinam

& humanam. Scđm diuinam qdem, qa unū & idem habet cū patre & ſpū ſancto dominiū ſuper omnem creaturā, ut creator & gubernator atq; conſeruator eius. Cū itaq; ipſe ut deus, ſit omniū dñs primarius & ſupremus, non dominat̃ ab aliq̃ ſuperiore accepto, ſed primaria autoritate ſibi conueniente: mirū niſi etiam hoc
Pſalm.8. modo, utpote ut deus, ſit dñs noſter, & recte in Pſalmo dicat Propheta de eo: Domine dñs noſter, q̃ admirabi
Pſalm. 67 le eſt nomen tuū in uniuerſa terra. Et in alio loco: Cātate domino, pſalmū dicite nomini eius, iter facite ei q aſcendit ſuper occaſum, dñs nomen ei. Scđm humanā uero naturam, Chriſtus etiam eſt dñs noſter: q̃niam p ſuam humilitatem & obedientiam in patrem, accepit ab eo poteſtatem ſuper totū genus humanū, non qdē temporariam aut tranſitoriam, ſed perpetuam & indi
Ioã. 17. mobilem: quemadmodū dicit ipſe Chriſtus de ſe ad patrem: Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, id eſt, ſuper omnes homines. Et apud Matthæū dixit Chri-
Matt. 28. ſtus ad diſcipulos ſuos: Data eſt mihi omnis poteſtas
Dan. 2. 7. in cælo et in terra. De q̃ poteſtate dicit̃ in Daniele: Poteſtas eius, poteſtas æterna q̃ non auferet̃: et regnū eiꝰ perpetuū, q̃d non corrūpet̃ neq; diſſipabit̃. At uero q̃niam dñs ad ſeruum mutuo refert̃ et relatiue dicit̃, ſicut Chriſtus eſt bifariā dominꝰ noſter, ſcilicet ut deus et ut homo: ita duplici modo ac ratione nos ſumꝰ eius ſerui, ſcilicet ipſius ut dei, q nos creauit, et diuina uirtute conſeruat et gubernat: et ipſius ut hominis, q nos precioſo ſanguine redemit, et ſua morte nos ab æterna morte liberauit. Merito igit̃ ut boni et fideles ſui, debemus ei honorem, reuerentiam, obedientiam, obſequij promptitudinem, timorem et amorem. Quæ omnia ita illi ſtudeamus exhibere in terris, ut tandem cum bono ſeruo & fideli ab eo mereamur inuitari, ut

intremus in gaudiũ domini noſtri in cælis. Amen.

DE TERTIO ARTICVLO fidei, ſermo.

MIſit deus filiũ ſuũ, factũ ex muliere. Ad Galatas quarto capite ſcribunť hæc uerba, & conformem habent ſentẽtiam ad tertiũ fidei articulũ, in ſymbolo apoſtolorũ contentũ, & beato Iacobo maiori tanq̃ autori attributũ, q in præſenti ſermone declarãdus occurrit, & eſt hmõi: Qui cõceptus eſt de ſpũſancto, natus ex Maria uirgine. Hic aũt articulus, & quatuor reliq proxime ſequentes, ea proponũt credenda, q̃ ad Chriſti pertinẽt humanitatem, atq; ad naturam humanam ab eo aſſumptam. Et hic qdem incarnationem Chriſti atq; natiuitatem ſecũdum carnem continet atq; complectiť, ſicut præcedens articulus eius natiuitatem ſcdm naturam diuinã explicuit, cũ eũ dei filiũ nominauit. Qm̃ enim Chriſtꝰ uerus deus eſt & homo, quinimo uerus dei filius, & uerus hominis filius, duæ illi conueniũt natiuitates, magnũ inter ſe diſcrimen habentes. Vna ſcd̃m naturam diuinam, q̃ ab æterno genitus eſt à deo patre ſine matre: & ſcd̃m hanc dei filius eſt, patri coæternus & coæq̃lis. Altera uero ſcd̃m naturam humanam aſſumptã eſt natiuitas, q̃ temporaliter natus ẽ de matre ſine patre. Et ſcd̃m hanc hominis eſt filius, quemadmodũ etiam ſeipm̃ in euangelio ſæpius appellat. S. Iaco maior.

¶Porro hæc ſecũda natiuitas facta eſt & mũdo exhibita ex gratuita ipſius dei bonitate & immenſa miſericordia quam humano generi perdito, ut ſaluareť, impendit, ſicut ſcribit beatus Paulus ad Titũ, dicens: Tit. 3.

Apparuit humanitas & benignitas ſaluatoris noſtri dei, non ex operibus iuſtitiæ q̃ fecimus nos, ſed ſcd̃m ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Eadem etiam ſecũdum carnem natiuitas, ad noſtrũ ſpũalem profectũ & ſaluationem totius humani generis eſt ordinata, atq; à deo diſpoſita, quemadmodũ in ſymbolo Niceno dicit in tertio articulo fidei, reſpondente huic præſenti articulo: Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Quod & dominus
uc.19. noſter in euangelio comprobat his uerbis: Venit filius hominis quærere & ſaluũ facere q̃d perierat. & alibi
hã.3. bi ait: Non miſit deus filiũ ſuũ, ut iudicet mũdum, ſed ut ſaluet mũdus per ip̃m. Quod & beatus teſtat Pau-
Timo.1. lus, ad Timotheũ ſic ſcribens: Fidelis ſermo & om̃i acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus uenit in hũc mundũ peccatores ſaluos facere. Quem locũ exponens beatus Auguſtinus (& adducũtur hæc ei⁹ uerba ibidẽ in gloſſa ordinaria) ait: Nulla cauſa ueniendi fuit Chriſto) niſi ut peccatores ſaluos faceret. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla eſt cauſa medicinæ. Sed uenit de cælo magnus medicus, quia magnus per totum orbẽ terræ iacebat ægrotus. Ipſe ægrotus, genus humanũ: q̃d totũ perierat, ex q̃ peccauit unus in q̃ erat totũ. Sed uenit unus ſine peccato, ut ſaluos faceret omnes à peccato. Hæc Auguſtinus. Debemus igit nos ualde humiliare in conſpectu dei, qui ſumus puluis & cinis, ſi corpus attendat: cũ ſe pro nobis tantũ humiliauerit filius
ilip.2. dei, ut in forma dei exiſtens, & eam non deperdẽs, formam ſerui acceperit, & homo fieri dignatus fuerit, ut nos homines redimeret. Debemus & illi aſſiduas agere gratias & laudes exoluere, pro ea eximia in nos charitate, qua nos ſeruos ſuos, rebelles & inobedientes illi, miſeros, captiuos & exules, per uiſcera miſericor-

diæ ſuæ uiſitare dignatus eſt, per ſuſceptionem humanæ naturæ, ut nos à morte ad uitam, à captiuitate ad libertatem, & ab exilio ad patriam reuocaret. Aue Maria gratia plena &c. Luc. 1.

¶Miſit deus filium ſuum, factum ex muliere. Ex loco ſuperius adducto, deſumpta ſunt hæc uerba ꝓ themate præſentis ſermonis. Qui in duas partes diuidet. Prima declarabit priorem huius tertij articuli particulam, ſcilicet, qui conceptus eſt de ſpirituſancto. Secunda uero poſteriorem eiuſdē articuli ſententiam enodabit, ſcilicet, natus ex Maria uirgine. Pro prima parte deducenda, id ante omnia eſt hic pro fundamento habēdum, ꝙ Chriſtus dicitur hic conceptus eſſe de ſpūſancto: quia uirtute ſpūſſancti formatum eſt ſacratiſſimū ipſius corpus in utero ſacratiſſimæ uirginis, ex uera & corporali eiuſdem uirginis ſubſtātia, ut ipſa filium dei conceperit, non ex uiri cōſortio, ſed ſola ſpūſſancti uirtute, operante in ea filij dei cōceptionem, quemadmodum angelus Gabriel eidem ſacræ uirgini, quęrenti q̄modo filium conciperet, cum apud ſe propoſuiſſet nūquam uirum cognoſcere, reſpondit: Spūſanctus ſupueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Idem etiam myſterium atteſtatus eſt angelus domini ipſi Ioſeph, uiro eiuſdem ſanctæ uirginis, dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum ē, de ſpūſancto eſt. In hac aūt filij dei conceptione, de qua loquitur iſta prior particula huius tertij articuli, multa admirāda opera & ſupra naturam ſunt diuina uirtute peracta. Galat. 4. Luc. 1. Matth. 1.

¶Primo ſiquidem id occurrit admirabile, & ſupra conſuetum naturæ uſum, ꝙ uirgo filium conceperit ſine uiri commercio, ſpūſancto fœcundata, & in conceptu uirgo intemerata atq; intacta permanens & inte-

gra. In hoc enim excellentiſſimo concipiendi mõ, nec
Sedulius primam ſimilem uiſa eſt nec habere ſequentem, & ſine alterius exemplo & mater eſt & uirgo. Complerũq; eſt in ea ſacratiſſima uirgine (ut & beatus Matthæus oſtendit) id Iſaiæ oraculum & ſignum admirabile,
Matt.1.
Iſai.7. quod deus ſe daturum promiſit in domo Iſrael: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Ex quo conſequens eſt, ipſam beatam uirginem, modo quodam ueriore, excellentiore & pfectiore, fuiſſe Chriſti matrem, quàm ſint aliæ matres ſuorum filiorum. Enimuero in alijs ſecundum communem legem & curſum naturæ, nõ ſola mater, ſed & pater ſubminiſtrat ſubſtantiam futuræ proli. In hac uero filij dei conceptione, ipſa ſola uirgo ſacrata & mater, totam ſubminiſtrauit ſubſtãtiam formando corpori Chriſti ſine uiri adminiculo. Et ergo digniorem habet & integriorem maternitatis rationem, quàm quæcunque alia mater ad ſuam prolem, q; ſit tota mater.

¶Secundum in hac conceptione filij dei opus admirabile, eſt q; in ipſo momento, quo beata uirgo prębuerat ſuũ aſſenſum uerbis angeli Gabrielis, per hæc uerba, Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecũdum uerbum tuum; & in fine prolatiõis illorum uerboꝝ, ſacratiſſimũ Chriſti corpus fuit integre formatum in omnibus mẽbris ſuis, corporalibusq; lineamentis & diſtincte figuratum, & ſimul anima Chriſti à deo tunc creata, fuit eidem ſacro corpori ſic præparato infuſa, ut in ipſo inſtãti poſt finita ſupradicta ſacræ uirginis uerba, fuerit Chriſtus perfectus & uerus homo in utero uirginali.
Ierem.31. Quod nouum opus & diuinum prædixerat Ieremias propheta, cum ait: Nouum creauit dominus ſuper terram. fœmina circundabit uirum. Vere enim tunc fœmina uirum circundedit, quando obumbratione ſpi-

rituſſancti beata uirgo caſtiſſimis ſuis uiſceribus Chri
ſtum concepit & continuit, & in corpore perfecte for
matum, & ſimul unita illi anima uiuentem, & ratione
utentem. Et illud reuera nouum dici debet, ut uocat
Propheta: quoniam ſecundum communem naturæ
curſum, corpus maſculi paulatim & per dierum ſucceſ
ſionem formatur in utero materno per quadraginta
dies, antequam ſit ſuis organis & lineamentis diſtin-
ctum atq; diſpoſitum ad animæ ſuſceptionem, & de-
mum quadrageſimo die anima infunditur corpori, &
fit perfectus homo. Id autem totum in hac filij dei cõ
ceptione in uno inſtanti eſt completum.

¶Tertium admirabile myſterium, in conceptione
filij dei factum, eſt ꝙ in illo eodemq; inſtanti, quo cor
pus Chriſti integre formatum eſt & anima illi unita,
ſimul diuinitas & corpori & animæ eius unita eſt, &
facta unio uerbi dei cum humana natura: tali quidem
modo, ꝙ non prius ſecundum tempus fuit productũ
uirtute ſpũſſancti corpus Chriſti, & anima illi coniun
cta in utero uirginis: ut fuerit perfectus homo, & ali-
quanto tempore poſt unita fuerit diuinitas humanita
ti: ſed ſimul eodemq; momento hæc tria peracta ſunt,
corpus Chriſti integre formatum & organis diſtin-
ctum, anima Chriſti infuſa ſuo corpori, & diuinitas
utriq; ſimul coniuncta. Et ideo beata uirgo dicẽda eſt
tunc concepiſſe deum & hominem, non ſolum homi
nem Et ipſa dei mater eſt appellanda, ob hanc admi-
randam conceptionis ſublimitatem atq; nouitatem.
Quod ex ſacro euãgelio plane colligitur, ubi angelus
dixit ad ſacram uirginem: Ecce concipies & paries fili Luce. 1.
um, & uocabis nomen eius Ieſum. Hic (ſcilicet filius,
quem concipies & paries) erit magnus, & filius altiſſi-
mi uocabitur. Et paulo poſt: Et quod naſcetur ex te

ſanctum, uocabitur filius dei. Et ſancta Eliſabeth ſpũ ſancto repleta, ad beatam uirginem ſe uiſitantem, inter cætera dixit: Et unde hoc mihi, ꝙ ueniat mater domini mei ad me? Quo uno uerbo ſignificauit ipſam eẽ dei matrem quam alloquebat, & hoc ipſum ſe ſpũſancto reuelante cognouiſſe.

¶ Ex hoc autem tertio ſequit & quartum ſupadmirabile opus, ſcilicet ꝙ beata uirgo ſui creatoris eſt mater atque plaſmatoris, ꝙ eadem Chriſti filij dei & mater eſt & filia, mater inquam eius ſecundum humanitatem, & eiuſdem filia per creationem ſecundum deitatem. ut uere eidem competant illa uerba Eccleſiaſti-
Eccle. 24 ci: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Nempe filius dei & deus, qui eam diuina ſua uirtute creauit, requieuit in tabernaculo uteri eius uirginalis, ſecũdum naturam humanam aſſumptam. Et hoc pconium eximiæ laudis aſſcribit eccleſia ſancta ſacratiſſimæ uirgini, in hac laudatoria oratione: Beata es uirgo Maria, quæ dominum portaſti creatorem mundi: genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes uirgo. Ex quibus omnibus euadit dilucidum, quàm ſublimis & eximia eſt dignitas tam excelſæ uirginis & matris, ꝙ ipſa unum & eundem atque communem habeat filium cum deo patre, coæternum quidem & conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, matre uero ſua poſteriorem ſecundum temporis decurſum, & eidem cõſubſtantialem ſecundum humanitatem: qui & unigenitus eſt dei patris, quatenus deus eſt: & unigenitus uirginis matris, quatenus eſt homo. Vnde merito eccleſia ſancta huic tam ſingulari uirgini hoc decantat panegyricum præconium: Beata uiſcera Mariæ uirginis, quæ portauerunt æterni patris filium.

¶ Denique quintum admirabile myſterium, in ſuper-

benedicta Chriſti conceptione pactum,eſt ꝙ in ea cõ pletus eſt quaternarius diuerſorum modorum produ ctionis ipſius hominis. Præceſſerant enim illam conceptionem tres modi diuerſi inter ſe & uarij. Primus, quo formatus eſt homo nec ex uiro nec ex fœmina, ut Adam à deo productus,& formatus de limo terrę. Secũdus, ex uiro ſine fœmina, ut Eua producta à deo ex coſta ipſius Adæ per diuinum opificium. Tertius, quo producitur hõ ex uiro & fœmina, ut Cain, Abel, & reliqua Adæ poſteritas. Superat itaq; quartus ꝓdu ctionis modus, quo formaretur homo ex fœmina ſine uiro. Et hic ante tempora Chriſti non fuerat perſpe ctus, nec cognitus, ſed in eo ſolo peractus eſt, qui ex ſa cra matre uirgine formatus eſt ſine uiri adiutorio. Et ita compleuit ipſe hunc quaternarium humanæ ꝓdu ctionis, quando factus eſt atq; ſecundum corpus formatus ex muliere, ſcilicet matre ſua uirgine, ſecũdum thema prius aſſumptum: Miſit deus filium ſuum &c̃. Ge. 1. Gene. 2. Gene. 4

¶Pro ſecunda parte reliquum eſt oſtendere, ſecundam particulam huius tertij articuli fidei, qui nũc ſuſceptus eſt ut declaretur, ſcilicet, natus ex Maria uirgine. Quæ particula natiuitatem Chriſti ſecundum carnẽ exprimit, & nomen ſacratiſſimæ matris eius explĩ cat, in euangelio ſæpius repetitum, & honoratiſſimam eiuſdem matris conditionem & prærogatiuam inſinu at, cum eam uirginem uocat: ad inſinuandum ꝙ nõ ſo lum uirgo fuit, quando Chriſtum concepit caſtis uiſce ribus, ſed etiam integerrima ꝑmanſit uirgo, quãdo eũ dem felici partu edidit mundo, atq; in lucem nobis ſine dolore ꝓtulit. Quinimo & poſt partum uirgo per manſit in æuum, & perpetua uirginitate inſignis effulſit. Quod ſubdubitare nulli debent aut hæſitare, ſi con fiderent eum qui natus eſt ex ea, uerum eſſe deũ & ho

minem, qui matri ſuæ ſanctiſſimæ fœcunditatem dedit, uirginitatem non abſtulit, ut ait Auguſtinus. Nun quid enim deo quippiam eſt impoſſibile? Et talis certe part⁹ decuit deum, ut naſceret ex uirgine ſine corruptione, qui in eadem conceptus eſt ſine carnis concupiſcentia. Hęc enim omnia: in ſapientia ſua fecit deus. Cæterum huiuſmodi partus uirginalis, & ppetua beatæ uirginis cũ fœcunditate uirginitas, multis ante præſignata eſt myſterijs, & ꝓphericis declarata oraculis, ultra illud manifeſtiſſimum Iſaię uaticinium, paulo ſu
iſ.7. pra adductum: Ecce uirgo concipiet & pariet filium. Primo ſiquidem ſignificata eſt hęc uirginalis integritas, ꝑ rubum ardẽtem quem uidit Moyſes in deſerto, innocua flagrantem flamma, & tamen illæſum atq; in
odi.3. combuſtum, ut legit in Exodo. Quo miraculo attonitus Moyſes, dixit apud ſe: Vadam & uidebo uiſionem hanc magnam, quare rubus non comburat. Certe magna erat illa uiſio in ſignificatione myſterij. Nam deſignabat ſacratiſſimam uirginem, ꝓle fœcundãdam, nullo tamen carnalis concupiſcentiæ ardore contaminã dam, neq; in cõceptu & partu integritate uirginali deſtituẽdam. quod & eccleſia catholica conteſtat in hac ad eandem uirginem antiphona: Rubum quem uiderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus tuam laudabilem uirginitatem, dei genitrix, intercede ꝓ nobis. Secundo, eadem candidiſſima uirginitas prę
ic.6. ſignificata eſt in uellere Gedeonis, quod ꝓ ſigno poſuit in area, & totum illud rore eſt perfuſum ac irrigatũ, reliqua terra circunquaq; manente ſicca ac arida. Deſignauit enim uellus illud ſacram uirginem, gratia ſpiritusſancti ꝑfuſam atq; fœcũdatam ꝓle cæleſti ſine aliqua ſui corruptione: quemadmodum nec uellus aliquam ſentit læſionem aut diruptionem, quando rore

ſupne pfunditur. Et huic pfigurationi alludens Propheta in Pſalmo,de aduentu Chriſti in carnem texens oraculum,ait:Deſcendet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terram. Vbi p uellus & terrã myſtice deſignat ſacratiſſimam uirginem ac dei matrem. Tertio,uirginea dei matris puritas,inſinuata eſt p uirgam Aaron, quæ in tabernaculo iuſſu domini p Moyſen poſita,,pduxit flores,frondes & fructum ſine radicis ſuſtentaculo,ſine terræ fomento & humore. Sane uirga illa repſentauit ſacram uirginem, myſticã quidem uirgam,egreſſam de radice Ieſſę, quæ ſine naturæ præſidio attactuq; uirili,,ptulit Chriſtum florem odoriferũ,& benedictum fructũ uentris ſui. Et eo uno exemplo confutat omnis incredulorũ duritia,& Iudæorũ puicacia,circa hanc uirginalis puritatis materiam. Si enim hoc factũ credũt in una uirga Aaron, cæteris manentibus aridis,cur etiam credere detrectant id in una uirgine pactum eſſe,ꝙ uirgo fuerit & mater,& in nulla alia muliere? An dei uirtutem quæ immenſa eſt, certis concludent finibus,ut hoc unũ efficere non poſſit,quod tot & tantis figuris pmonſtrauit? Quarto uirginitas eiuſdem deiparæ uirginis pſignificata eſt p eã unam particulam ſomnij Nabugodonoſor regis Babyloniæ, expoſiti p Danielem,,phetam,qua uidit inter cætera, q; lapis exciſus de monte ſine manibus,pcuſſit & comminuit ſtatuam quadriformem. Per mõtem enĩ in eo loco intelligit ſacra uirgo Maria,ob ſuæ ſanctitatis & excellentiæ ſublimitatem. Per lapidẽ uero exciſum de monte ſine manibus,deſignat Chriſtus (qui eſt lapis angularis & fundamentũ eccleſiæ) de ſacra uirgine natus, ſine humano adiutorio & maritali conſortio. Et hic lapis pcuſſit ſtatuam, quando Chriſtus p pdicationem apoſtolorũ ſuſtulit idololatriam à

Pſal. 7[…]

Num. 1[…]

Danie. […]

mũdo et cultũ idoloꝝ. Demũ quinto loco,uirginalis puritas ſanctæ dei genitricis,eſt repræſentata et præſi
zec.44 gnificata p portam clauſam,quam uidit Iezechiel ꝓpheta ad orientem, peruiam regi Iſrael, qui ingreſſus eſt per eam,et ſedit in ea,atq́ poſtea exiuit per eam:attamen et in ingreſſu regis Iſrael et egreſſu, porta illa ſemp manſit clauſa.Siquidem per eam portam ſignat ſacra uirgo Maria , p quam ingreſſus eſt hũc mũdum Chriſtus,qñ humanam ſuſcepit naturam.Et ſedit atq́ requieuit in ea nouem menſiũ ſpatio , q̊ maternis fuit occluſus uiſceribus. Et demũ egreſſus eſt ea porta per natiuitatemin mundũ,qñ uirginali editus utero,ſe nobis exhibuit conſpicuũ.Fuit aũt porta illa ſemp clauſa, q̃niam in conceptu et partu ſuæ ꝓlis ipſa beata uirgo permanſit inuiolata et uirginitatis honore dotata. Poſtremũ, q̃niam matres ſolẽt nobilitari et illuſtrari titulis ſuoꝝ filioꝝ,ut mater principis,regis aut imperatoris,eo ipſo titulo ſublimat.Mirifice igit ſublimanda eſt et exaltanda beata uirgo,quæ non hominis ſolũ,ſed et dei eſt mater intacta:q̃ regis hominũ et angeloꝝ eſt genitrix,quę deniq́ principis regũ terræ et oĩum domini eſt mater intemerata ; quinimo regis regum , et domini dominantiũ eſt ſacratiſſima parens. Ipſam igit tantis ornatam titulis cum filio ſuo benedicto ſic ſatagamus honorare,ut tandem ad utriuſq́ cõſortium mereamur peruenire. Amen.

DE QVARTO ARTICVLO fidei,ſermo.

Hriſtus paſſus eſt ꝓ nobis.In primæ epiſtolæ canonicæ beati Petri ſecundo capite habent hęc uerba,et aſſumunt ad declarationem quarti articuli fidei,in hoc ſer-

mone ſecundum ſuum ordinem explicandi, qui ſan-
cto Iohanni apoſtolo et euangeliſtæ attribuitur, et eſt S. Iohannes.
huiuſmodi: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. In quo myſterium dominicæ paſſionis continet, atq; proponit nobis credendum, quemadmodum in præcedente incarnationis Chriſti fides eſt ꝓpoſita. Et recte hic articulus alterum & debito ſe quit ordine: quoniam ſicut ꝓpter nos homines & ꝓpter noſtram ſalutem Chriſtus eſt incarnatus, ita & paſſus eſt (ut dicūt uerba thematis) ꝓ nobis, ut ſua paſſione eriperemur à poteſtate principis tenebrarum, & à peccatorum uinculis ſolueremur, atq; eiuſdem morte reuocaremur ad uitam. Quod beatus Petrus comprobat in ſua prima epiſtola, dicens de Chriſto: Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, 1. Petri 2
ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus, cuius liuore ſanati eſtis. Et paulo poſt in eadē epiſtola: Chriſtus ſemel ꝓ peccatis mortuus eſt, iuſtus ꝓ iniuſtis, ut nos offerret deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem ſpū. Inſuper ſubijt Chriſtus paſſionem & mortem ꝓ 1. Petri 3
nobis, ad imitationis exemplum, quo diſcamus etiam patienter ferre mundi huius aduerſa & hominum opꝓbria, nos membra & milites, cum uideamus caput noſtrum & regem Chriſtum, tāta ꝓbra, flagella & ſupplicia æquo animo ꝑtuliſſe. Eſt enim ignauus miles, q in agone certaminis detrectat ſuum regem ſequi: & q recuſat ſubire conflictum, in quo ſuum uidet principē preceſſiſſe. Non etiam ꝑtinet ad capitis connexionem membrum, quod ſuo capiti nō uult conformari. Hāc autem cauſam paſſionis Chriſti, ſcilicet ad dāctum nobis uirtutis exemplum, innuit etiam beatus Petrus in 1. Petri 2
prima ſua epiſtola, cum ait: Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſti-

gia eius. Quod ſi quis pconteſ, quod exemplum uir-
tutis reliquit nobis Chriſtus in ſua paſſione? paucis re
Pſalm.21. ſpondendum eſt, ipſum omnium uirtutum nobis ex-
empla in ea p̄buiſſe. Primo humilitatis eximiæ: nam
factus eſt opprobrium hominum & abiectio plebis,
reputatus tanquam leproſus & nouiſſimus uiroꝝ, cō-
Iſai.53. temptui habitus, & cum iniquis deputatus, ut ait Iſai-
as ſanctus ꝓpheta, cū tñ eſſet uerus deus & dei filius,
Philip.2. Quis obſecro hoīm unq̄ tm̄ humiliatus eſt, ut dn̄s no
ſter in ſua paſſiōe? Scd̄o p̄buit nobꝫ in ſua paſſiōe exē-
plū obedientię. Nā (ut ait beatus Paulus) factus ē obe
diens patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis. Nē
pe miſerat filium ſuum deus pater in mūdum, ut mor
tem crucis patereſ ꝓ mundi redemptiōe. Chriſtus au
tem ne perderet obedientiam, pdidit uitam, ut ait Ber
nardus. Et nos igiſ nonne obedientiam debemus ex-
hibere deo, & ſupioribus noſtris ꝓpter deum, ut Chri
ſto aſſimilemur? Tertio p̄buit nobis Chriſtus in ſua
paſſione exemplum excellentiſſimæ charitatis. Quo-
tus enim quiſq; eſt, qui ꝓ amico uelit mortem ſubire?
Vix enim ꝓ iuſto quis moriſ, ut ait Apoſtolus ad Ro
Roma.5. manos. At Chriſt' ꝓ inimicis mortuus eſt. cum enim
peccatores eſſemus & inimici deo, nos illi morte ſua re
conciliauit. Vt quiſq; id merito debeat dicere de Chri
ſto, quod ait Paulus ad Galatas: Qui dilexit me, & tra-
Galat 2. didit ſeip̄m ꝓ me. Quid igiſ illi dignum tanta charita
te retribuemus? nonne ſaltem reciprocum ei debem'
1.petri.2. amorem? Quarto nobis exemplum admirandæ man
ſuetudinis & lenitatis, ac patientiæ exhibuit Chriſtus
in ſua paſſione: quoniam (ut ait beatus Petrus) cū ma-
lediceret, non maledicebat: & cum pateret, non com-
Iſai 53. minabat. Et (ut dicit Iſaias ꝓpheta) ꝓ trāſgreſſoribus
orauit, ut non periret. Itaq; eius inducti exemplo, nul

Ii malum pro malo reddamus aut maledictum ꝓ ma
ledicto: ſed oremus ꝓ perſequentibus & calumnianti
bus nos, & benefaciamus ijs qui oderũt nos, ut in euã Matth.
gelio Matthæi docemur. Aue Maria.

¶Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis. Ex loco ſuperius ad-
ducto deprompta ſunt hæc uerba, & ꝓ themate præ-
ſentis ſermonis aſſumpta. Qui in duas diuidet partes.
Prima declarabit priorem huius quarti articuli par-
tem, ſcilicet ꝙ Chriſtus paſſus eſt ſub Pontio Pilato &
crucifixus. Secũda, poſteriorem eiuſdem articuli par-
tem, ſcilicet ꝙ mortuus & ſepultus eſt. Pro primæ par
tis deductione, declarandæ ſunt aliquæ paſſionis Chri
ſti ꝓprietates & conditiones, ex quibus aperte cogno
ſcamus quàm fuerit nobis ipſa neceſſaria & utilis. Ita-
ꝗ prima earum eſt, ꝙ paſſio Chriſti multis fuit figuris Gene.
præſignata, et in primis per Abel iuſtum, qui à Cain
fratre ſuo per inuidiam occiſus eſt, et deinde in puniti
onem tanti ſceleris, Cain factus eſt ꝓfugus à facie do
mini, et uagus per terram. Sane Abel qui fuit paſtor,
uirgo & martyr, Chriſtum præſignauit, paſtorem ani
marum noſtrarum, regem uirginum & martyrum, à
populo Iudæorum fratrum ſuorum ſecundum carnis
originem, per inuidiam occiſum. Qui idcirco diſpſus Gene.
eſt in totum mũdum, & uagus aberrat. Pręfigurata eſt
etiam eadem paſſio per Iſaac, immolatum quantum
ad promptitudinem uoluntatis & exteriorem cona-
tum, ab Abraam patre ſuo, cuius poſteritas idcirco be
nedictionem à domino accepit per repromiſſionem.
Sic & deus pater ꝓprio filio non pepercit, ſed pro no-
bis omĩbus tradidit illum, ut ait Paulus ad Romanos: Roma.
Inſuper eadem eſt repręſentata per agnũ paſchalem,
diuina ordinatiõe occiſum & immolatũ in Aegypto, Exodi
& ſanguinem illius poſitũ in ſuperliminari domus eo

rũ,ac ſuper utrũq; poſtem domus Hebræorũ:cuius uirtute fuerunt filij Iſrael liberati ab exterminatore primogenitorum,& à dura ſeruitute Pharaonis regis Aegypti. Sic per Chriſtum uerũ agnũ dei, & p ſanguinem eius in cruce effuſum, liberati ſum' ab exterminio mortis æternæ & à poteſtate principis tenebrarũ, atq; in libertatem aſſerti. Secũda paſſionis Chriſti conditio eſt, q fuit longo ante tpe oraculis, ppheticis pnunciata, potiſſimum Pſalmo 21. ſcilicet, Deus deus meus reſpice in me &c. ubi ea expſſe ponunt, q in paſſione Chriſti

Pſalm 21.

Ibidem.

fuerũt completa: ſcilicet, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Et deinceps, Diuiſerũt ſibi ueſtimenta mea, & ſup ueſtem meam miſerũt ſortem. Similiter & in illo Pſalmo, ubi ea ponunt uerba: In manus tuas domine commendo ſpiritum meum, quibus & Chriſtus in cruce eſt uſus, Deniq; & in alio Pſalmo, ubi & id habet inter cætera, qd in paſſione Chriſti fuit completũ: Et dederũt in eſcã meam fel, & in ſiti mea potauerũt me aceto. Præterea in Iſaia apertiſſima ponit, pphetia, imo ppemodum narratio rei geſtæ de paſſione Chriſti. Vbi & ea exprimũtur, quæ in paſſione Chriſti pacta ſunt: ſcilicet, Cũ iniquis deputatus eſt, & p tranſgreſſoribus orauit ne perirent, & q dominus poſuit in eo iniquitatem omniũ noſtrum. & nonnulla alia per totum illud cap. Sũt & multæ aliæ ueteris teſtamenti pphetiæ admodum apertæ de paſſione Chriſti, quæ ad euitandam plixitatem nũc omittunt. Tertia eiuſdem pprietas eſt, q eadẽ paſſio fuit ſpontanee à Chriſto exhibita mũdo, & ex ſuæ uolũtatis beneplacito, tempore & loco determinatis à ſcriptura. Quòd exhibita fuerit ipſa Chriſti paſſio, & quomodo pacta, diffuſe deſcribũt quatuor euangeliſtæ dei, aſſignantes locum, ſcilicet in Ieruſalem & cir-

Pſalm. 30.
Luce. 23
Pſalm. 68.

Eſaie. 53

Luc. 22.
Marc. 15

ea eam: & etiam tempus, ſub Pontio Pilato, qui fuit pſes Iudææ à Romanis deſignatus ꝓ adminiſtratione illius ꝓuinciæ. Cuius nomen non ocioſe exprimitur in iſto articulo, ut p nomen pſidis Iudææ, ſub quo pacta Chriſti eſt paſſio, haberet maior certificatio ueritatis & rei geſtæ atteſtatio. Quòd autem ſpontanea fuerit & uolũtaria paſſio Chriſti, & non inflicta ipſi inuito aut reluctanti, conſtat ex hoc uerbo Iſaiæ ꝓphetę: Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Ex eo etiam id conuincitur, q̃niam ſæpius ante pdixit eam ſuis diſcipulis, & modum ſuæ paſſionis & locum, atq; à quibus erat paſſurus mortem. Quinimo & ſuum ꝓditorem generatim inſinuauit diſcipulis, & beato Iohanni euangeliſtæ particulariter p buccellæ porrectionem eundem deſignauit: lo cum inſup adijt, ubi ꝓditor cum ſua cohorte eſſet ipſum inuenturus. Vnico etiam uerbo ꝓſtrauit omnes, qui uenerant ad eum capiendum, in terram: quo tempore facile potuiſſet eorũ manibus elabi, ſi uoluiſſet: Quæ omnia concludũt Chriſtũ ſponte ſuam paſſionem ſubijſſe ꝓ nobis, & exinde tanto magis ſumus ei obligati & deuincti ad gratias agendas. Quarta eiuſdem cõditio eſt, q eadem fuit maxime doloroſa, & p inflictionem grauiſſimorũ dolorũ Chrõ irrogata. Quod ipſe apud Ieremiam in Threnis teſtatur, cum ait: O uos oẽs qui tranſitis p uiam, attendite & uidete, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Et ad diſcipulos ſuos in ſuę paſſionis initio ait: Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem. Cuius triſtitiæ & acerbitatis uehementiam manifeſto declarauit argumento, quando factus in agonia Chriſtus in horto, ꝓlixius orauit. Et factus eſt ſudor eius tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram, & apparuit illi angelus domini confortans eum. Quòd ſi ſola apphenſio futuræ paſſionis tantum ei horrorem

Iſai. 53.
Iohã. 13
Iohan. 18
Thre.
Mat. 26
Luc. 22

incuſſerit, quid fecit actualis eius ꝑpeſſio? Et huius do loris meditatio optimum eſt antidotũ & medicamẽtum contra titillationes carnaliũ uoluptatum nos infeſtantes, ut repellant. Qui enim carnali pulſatus concupiſcentia ad Chriſti flagellationem, coronationem dolorificam, crucifixionem & ſuſpenſionem diuturnã in cruce, animum intentius conuerterit: ſentiet ꝓrinus omnes illas commotiones illecebroſas ſedari, mitigari, & paulatim euaneſcere. Quinta eiuſdem conditio eſt, ꝙ eadem paſſio fuit deo patri gratiſſima atq; acceptiſſima, ꝓpter Chriſti ad patrem obedientiam & ad homines charitatem. Acceptauit enim eam deus ꝓ to
Joh. 2. tius mundi redemptione: quoniam (ut ait beatus Iohannes in prima ſua epiſtola) ipſe Chriſtus eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis noſtris: non ꝓ noſtris autem tantũ, ſed etiam ꝓ totius mundi. Et ut ait Apoſtolus ad Epheſi
Epheſ. 5. os, Chrs dilexit nos, & tradidit ſeipſum ꝓ nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Hoc au
Gene. 8. tem ꝑfiguratum eſt ꝑ id, quod ſcribit de Noe, ꝙ poſt ceſſationem diluuij egreſſus de arca, conſtruxit altare, & obtulit deo ſacrificium de animalibus mundis, & odoratus eſt dominus odorem ſuauitatꝭ. Et dixit: Nequaquam ultra iraſcar terræ, neq; ꝑdam aquis diluuij omnem carnem. Sic ſane ꝑ id ꝙ Chriſtus ſeipſum obtulit ſacrificium in ara crucis, placatus eſt deus humano generi. Sexta paſſionis Chriſti conditio eſt, ꝙ rationabiliter & conuenienter ipſa in cruce pacta eſt & cõpleta: ut unde ꝓdierat morbus & mors, inde ꝓcederet medicina & uita. Mors autem intrauerat in mundum ꝑ lignum uetitum in paradiſo, de cuius fructu guſtauit Adam contra dei ꝓhibitionem. Ergo congruẽter & uita nobis eſt reſtituta ꝑ lignum crucis, & fructum in eo pendentem, Ieſum Chriſtum (ut hic dicit) crucifi

xum. Et ita qui in ligno uicerat primos parẽtes ſpens antiquus,in ligno etiam uictus eſt &,pſtratus p Chriſtum dominum noſtrum. Inſup forma crucis admodũ conueniens eſt ad explicandam Chriſti uictoriam &dominationem,quam accepit p ſuam crucifixionẽ. Siquidem quatuor eius extremitates,myſticam habẽt ſignificationem,explicantem Chriſti in omnes principatum.Pars enim ima terræ infixa,deſignat ꝙ p ſuam mortem debellaret infernum ac ſpoliaret. Pars uero ſupma & capiti ſupeminẽs, deſignat ꝙ paradiſum apiret,angelicamꝗ; reſarciret ruinam.Partes uero extremæ laterales,dextra &ſiniſtra,ſignificant ꝙ in omnes homines ſiue ad orientem ſiue ad occidentem aut aliam terræ partem,acciperet poteſtatem trahendo eos ad fidem. Recte igitur pro themate dictum, Chriſtus paſſus &c.

¶In ſecunda parte reſtat declarare ſecundam p̃ſentis articuli particulam,ſcilicet ꝙ Chriſtus mortuus eſt & ſepultus. In qua, mortis ipſius Chriſti & ſepulturæ fides nobis ꝓponiť habenda,quam ex lectione euangelica &ſanctoꝝ quatuor euangeliſtaꝝ teſtimonio ſatis perſpectam & cognitam, quantum ad narratiõem hiſtoricam,habemus.Cæteꝝ morsChriſti primum accipienda eſt ſolum ſecundum naturam ipſius humanam,cum diuinitas in ipſo ſit immortalis, & non ſubiecta occaſui.Sicut enim paſſus eſt Chriſtus & crucifixũs ut homo,& non quatenus deus, quoniam deitas in ipſo non eſt obnoxia paſſioni nec crucifixa & mortuus eſt quaten⁹ homo,& non quatenus deus. Et hoc figuratum eſt in immolatiõe Iſaac,facta per Abraam: Ge. in qua ipſe Iſaac,per quẽ deſignatur(quãtum ad hoc) Chriſti diuinitas, euaſit gladium & mortem:& aries hærens cornibus inter uepres,qui repræſentauit Chri-

ſti humanitatem, fuit pro ipſo Iſaac immolatus. Idem
[Leuit.16.] etiã figuratũ eſt in immolatiõe hirci, ſuper quem cecidit ſors domini, ut offerretur in feſto expiationis: quoniam ijs erat typus & figura humanitatis Chriſti, offerendæ pro nobis in cruce. Alter uero hircus in eodẽ feſto, ſuper quem cecidit ſors emiſſionis, & emittebatur uiuus in deſertum, portans ſecum peccata populi per impoſitionem manus ſacerdotis ſuper caput eius, repræſentauit Chriſti diuinitatem, liberam & alienam ab omni paſſiõe crucis, iniuria & morte. Inſuper mors ipſa Chriſti fuit om̃ino ſpontanea, & uolũtarie ab eo aſſumpta, ſic ꝙ quãdo uoluit, mortuus eſt in cruce, et non fuit adactus ex uiolentia cruciatuũ aut naturæ deſectione tũc mori qñ eſt mortuus. Quod ex euangelio
[Marc.15.] ſatis colligit, ubi dictũ eſt, ꝙ clamãs uoce magna, expirauit. Homo autem propinquus morti, naturaliter ſic uiribus eſt deſtitutus, ut uocem clamoris non poſſit emittere. Idcirco centurio deputatus ad cuſtodiam Chr̃i in cruce, uidens quia ſic clamãs expiraſſet, glorificauit deũ, dicens: Vere filius dei erat iſte. Conſtat etiã
[Idem.] idem ex uerbis Chr̃i, qui dixerat ante ſuã paſſionem id q̃d habet apud Iohãnem: Poteſtatem habeo ponendi animã meã, et iterũ ſumendi eam. Nemo tollit eam à me, ſed ego pono eã, et iterũ ſumo eã. Ex qbus aperte liquet, ꝙ ipſe qñ uoluit, mortuus eſt: et depoſuit animã ſuã à corpore, qñ ei placitum fuit. Et in hac ſpontanea mortis pro nobis acceptatione, longe amplius ſuã declarauit in nos charitatẽ: quàm ſi illata tm̃ morte fuiſſet ab hac uita ſublatus, et exinde maiores ei gratias debemus exoluere. Præterea mors Chriſti fuit nobis multũ utilis et ſalutifera. Nã illa etſi unica fuerit et ſimpla, ſcilicet ſola mors corporis per ſeparationem animę ab ipſo corpore: duplicem tñ in nobis mortem deſtruxit, et duplicem uitã nobis reparauit. Primo de

ſtruxit in nobis mortem animæ, per quam eramus ſe parati à deo rõne peccati, et uitã illi oppoſitã reparauit: conuiuificauitq; nos Chr̃o, atq; (ut canit eccleſia) Chr̃s mortem noſtram moriendo deſtruxit. Secundo uero per mortem ſuam Chriſtus deſtruxit etiã in nobis mortem corporis, non quidem ut non moriamur: quia teſte Paulo, Statutũ ẽ omnibus hominib⁹ ſemel mori, ſed ne perpetuo detineamur in morte corporis, ſed demũ reſuſcitemur ad uitã immortalem in reſurrectione in nouiſſimo die, quemadmodũ mortem Chriſti tertio die conſecuta ẽ reſurrectio eius glorioſa. Eſt itaque magnæ efficaciæ ipſa mors Chriſti in nos, quia euertit & peſſundedit duplicem mortem noſtram, humaniq; generis. Hinc merito debet appellari mors ui talis, mors uiuifica, & mors uiuificans. Poſtremum in hoc articulo Chriſtus ſepultus dicitur & in ſepulchro poſitus: quod quomodo factum eſt, & quo tempore ac loco, ipſi ſancti euangeliſtæ conformiter atq; concorditer enarrant. Dicitur autem ipſe ſepultus, per figuram grammaticalem ſynecdochen, qua aliquid par ti conueniens attribuitur ratione illius partis ipſi toti: ut ſi quis nudus denominaretur, quia pedes haberet nudos. Sic dicitur hic Chriſtus ſepultus, quia corpus eius ab anima ſeparatum, poſtquam aromatibus fuit conditum, & ſindone munda inuolutum: in ſepulchro fuit poſitum, ad maiorem ſuæ mortis certificatiõem, & ad ampliorem diuinæ uirtutis in ſua reſurrectione declarationem. Cæterum ipſius Chriſti ſepultura honorifica fuit atq; honorabilis, à uiris iuſtis & [illegible] orat; cum magna ueneratione exhibita mortuo eius corpori. Et impletum eſt ea in re illud dictũ prophetæ Iſaię: Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Et id totum etiam pro noſtra ſalute eſt peractum. Studeamus igitur

Hebr. 9

Iſaię. 11

fic paſſionem Chriſti & mortem honorare & medita ri, ut ipſius paſſionis & mortis eius fructum aſſidue percipiamus. Amen.

DE QVINTO ARTICVO fidei, ſermo.

Philip Ero morſus tuus inferne. Oſeæ 13. cap. deſcriptæ ſunt hæc uerba, & hic aſſumpta pro declaratione quinti articuli fidei, ſancto Philippo apoſtolo attributi, qui ẽ huiuſmodi: Deſcẽdit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis. In quo de deſcenſu Chriſti ad inferos, & eiuſdem reſurrectione à mortuis, nobis fides habenda proponitur. Fuerat quidem Chriſtus in paſſione ſua mirum in modum humiliatus & abiectus, uſq; ad ignominioſam in cruce mortem: ſed tanta humiliatio poſtea eſt conuerſa in illius à deo patre exaltationem præclarã, Php. 2. ſicut ſcribit Apoſtolus ad Philippenſes: Chriſtus humiliauit ſeipſum, factus pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea deus exaltauit illum, & dedit ei nomen quod ẽ ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria ẽ dei patris. Quem locum exponens beatus Auguſtinus, ait ꝙ humiliatio Chriſti uſq; ad mortem crucis, meritum fuit ſequentis eius exaltationis: & ſubſequens exaltatio, præmium fuit præcedentis eius humiliationis. Exaltatio uero Chriſti, declaratur à beato Paulo inter cætera conſiſtere in eo, ꝙ poteſtatem acceperit & principatum ſuper omnia cæleſtia, terreſtria & inferna, triplicemq; illam mundi machinam acceperit, ſuæ ſubditam autoritati, potentiæ & uirtuti. Porro in machinã

mundi infimam atq; inferna ſe poteſtatem accepiſſe* aperte manifeſtauit, quando poſt mortem in cruce, ſecundum animam diuinitati coniunctam deſcendit ad inferna, uiſitauitq; ſanctos patres in limbo detentos, & eos inde eduxit, principe tenebrarum cum tota ſua cohorte deuicto atq; proſtrato. Et tunc completum ẽ illud Oſeæ prophetæ oraculum, ex quo ſumptum ẽ p̄ſentis ſermonis thema, quod ſic cõtexitur: Ero mors tua ò mors, ero morſus tuus inferne. Fuit enim Chriſtus mors ipſius mortis, quia mortem noſtram moriendo deſtruxit. Fuit etiam ipſe morſus inferni, quoniam in ſuo reditu ab inferis aliquos inde eduxit, ſcilicet ſanctos patres & iuſtos: aliquos etiam ibidem dimiſit, utpote reprobos & in peccatiſ ſuis mortuos, æterneq; damnationi addictos. quemadmodũ cum panis mordetur aut pomum à comedente, aliqua particula ore comedentis retinetur, & aliqua extra os relinquitur. Terreſtrium autem poteſtatem ſe habere Chriſt* manifeſtauit in ſua reſurrectione, quando uitam noſtram reſurgendo reparauit, & in omnes homines terræ dominatum accepit, his uerbis à deo patre promiſſum: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Deniq; ſup cæleſtia etiam ſortitus eſt ſupereminentiam atq; poteſtatem in ſua ad cælos aſcenſione, & ſuper omẽs angelorum choros exaltatione: quemadmodũ in ipſo aſcẽſionis glorioſæ articulo conteſtatus ẽ diſcipulis ſuis, & ait: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Magna eſt itaq; Chriſti celſitudo & ſublimitas, etiã ſecundum humanitatem (nam ſecundum diuinitatem ſemper fuit & eſt æqualis patri, eandemq; cum patre & ſpirituſancto habens dominationem ſuper omnem creaturam) quam accepit ut homo à deo patre in præ

Oſee.13 · Pſalm. · Matt.

mium ſuæ humiliationis, ꝙ & cæleſtia & terreſtria & inferna illi etiam ut homini ſubijciantur. Aue Maria.

13. ¶Ero morſus tuus inferne, Ex loco ſuperius citato adducuntur hæc uerba, & pro themate præſentis ſermonis aſſumuntur. Qui diuidetur in duas partes. Prima de Chriſti deſcenſu ad inferos diſſeret, ſecundum primam quinti articuli fidei nunc declarandi particulam, ſcilicet, deſcendit ad inferna. Secunda uero de reſurrectione Chriſti faciet mentionem, iuxta ſecũdam eiuſdem articuli particulam, ſcilicet, tertia die reſurrexit à mortuis. Quantum ad primam partem deducendam, id in primis expedit cognoſcere, ꝙ circa deſcenſum Chriſti ad inferna, duo fuerunt quõdam errores pernicioſi & ſapientes hæreſim. Primus eorum, qui dixerunt quod Chriſtus ſecundũ animã non deſcendit ad inferna præſentialiter & realiter, ſed ſolum uirtualiter & ſecundum efficaciã atq; autoritatem: quia uirtute ſua liberauit animas ſanctorum patrũ à limbo, & ptãte ſua ſpoliauit infernum, deuicitq; principem tenebraꝝ, abſens tamẽ illinc, & realiter illic non ſubſiſtẽs. Qui error facile oſtenditur ſcripturæ ſacræ, & ueritati omino eſſe contrarius.
15. Dicit enĩ in Pſalmo Chrs ad patrẽ: Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno. Non autẽ ꝓprie dicit̃ eſſe aliquis non derelictus in inferno, niſi qui ibi aliquando p̃ſentialiter fuit, ſed non ꝑmanſit. Quẽadmodnm dicit̃ quiſpiã non derelictꝰ in carcere, qui prius quidẽ fuit carcere detẽtus, ſed poſtea inde liberatus. Similiter alibi etiam dicit Chrus ad
20. patrẽ: Domine, eduxiſti ab inferno animã meã. Quomodo aũt fuiſſet ab inferno educta Chri anima, ſi nũquã ibi ſecundũ p̃ſentiam ſubſtitiſſet? Sicut non recte dicerẽt aliquis eductus de puteo, niſi qui prius fuiſſet in puteo. Fuit igit̃ anima Chriſti re ipſa & nõ ſola uir-

tute in inferno. Deniq; in alio Pſalmo ſic ꝓpheta in ꝑ ſona Chr̄i, imo ipſe Chriſtus ad deum patrem loquit: Pſal. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes, multas & ma las (ſcilicet in acerbiſſima mea paſſione) & conuerſus uiuificaſti me, & de abyſſis terræ iterū reduxiſti me, ſcilicet in mea reſurrectione. Non autem potuiſſet Chriſtus uere dici reductus de abyſſis terræ ad hanc hominem habitationem ſuꝑ terrā, niſi prius fuiſſet in abyſſis, id ē, inferioribus & ꝓfundioribus partibus terræ. Sicut non dicit quis reductus de ſpelunca aut cauerna terræ ad ſuꝑiores terræ partes, niſi qui prius fuerit in ſpelunca & cauerna. Ergo Chr̄us illic atteſtat ſe fuiſſe prius in abyſſis terræ, antequā de illis reduceret. Præterea beatus Paulus ad Epheſios ſcribens, ait de Chriſto: Quod autem aſcendit, quid ē, niſi quia & deſcēdit Ephe. primum in inferiores partes terræ: id ē, ad inferos, ut dicit ibidem Gloſſa interlinearis: quoniam inferi ſunt ſub terra, & in inferioribus terræ partibus, ut omniū ē ſententia, ſacræ ſcripturæ penitus conformis. Atqui Chr̄us aſcendit in cælum non ſola uirtute, efficacia & autoritate, ſed ſecundum realem ꝑſentiam & tranſitū localem de hoc mundo ad patrem. Ergo etiam Chriſtus deſcendit primum in inferiores partes terræ et ad inferna, ſecundum realem animæ ſuæ præſentiam atq; exiſtentiam, et non ſola uirtute.

¶Secundus error aliquorū circa deſcenſum Chr̄i ad inferos, fuit quod anima Chr̄i uere et realiť deſcendit ad inferos: ſed quod ibidem ē paſſa pœnas infernales, illi inflictas ꝓ ꝑſolutione noſtrarū culparū. ut quemad modum in corpore paſſus ē dura flagella et tormenta ꝓ nobis, ita et in anima etiam pateret cruciatus in inferno ꝓ noſtra redemptione. Sed hæc aſſertio, prius ē abſurda et impia, atq; ſanctis ſcripturis aduerſa. Scri-

loſ.2. bit enim beatus Paulus ad Coloſſenſes, quòd Chrus cum deſcendit ad inferna, expolians principatus (ſcilicet infernales, ut dicit gloſſa) et poteſtates, traduxit cõfidenter, palam triumphans illos infernales principes ſecundum gloſſam) in ſemetipſo. In quibus uerbis beatus Paulus manifeſte ꝓhibet, ꝙ Chrs deſcendẽs ad inferna, expoliauit principes tenebrarꝶ: quia eripuit ſanctos patres de manibus eorꝶ, & triumphum uictoriæ de illis habuit. Quomodo ergo fuiſſet ſubiect⁹ pœnis infernalibus, ꝑferendis illic ab eo ſecundum animam?
u.2. Rurſum in Actibus apoſtolorꝶ, beatus Petrus de Chriſto loquens, ait: Quem deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo. Vbi ſolutos dicit beatus Petrus dolores inferni, cũ Chrus deſcendit ad inferos: quia ipm non læſerunt illi dolores, nec tetigerunt. Et quoniam impoſſibile erat ipm Chriſtum teneri ab inferno, conſequens eſt, ipum nullas ibi paſſum eſſe pœnas. Si enim paſſus illic fuiſſet aliquos cruciatus, iam fuiſſet Chriſtus detentus illic ab inferno. Et ita ex ꝑdictis uerbis beati Petri con-
ha.9. futat penitus erronea illa aſſertio. Inſup Zacharias ꝓpheta loquẽs ad Chriſtum, ait: Tu uero in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti uinctos tuos de lacu, in quo nõ erat aqua. In quibus uerbis affirmat Chriſtum ꝑ uirtutem ſui precioſi ſanguinis effuſi in cruce ꝓ noſtra redẽptione, eduxiſſe ſanctos patres de lacu inferni, in ꝗ non erat aqua refrigerij nec conſolationis, ob dilationem æternæ gloriæ, quam patiebant uſq; ad completam Chriſti paſſionem. Quia ergo per ſanguinem ſuum, in quo nouum teſtamẽtum ẽ confirmatum, Chriſtus eduxit uinctos de lacu, & etiam ſoluti ſunt dolores inferni quantum ad eos ſanctos patres: quia ampli
ne.13. us non languebant expectatione aduentus Chriſti ad

eos, ſicut iam diutius languerant cum quadam animi
afflictione: quoniam ſpes quæ differtur, affligit ani-
mam: quomodo igĩt anima Chriſti in inferno fuiſſet
paſſa dolores, quæ uirtute diuinitatis ſibi cõiunctæ eri
puit captiuos ex inferno? Cum etiam in Pſalmo dicat Pſalm
de Chr̃o ſpoliãte infernum, Qui educit uinctos in for
titudine, quomodo ipẽ ibi fuiſſet uinctus & detentus
in pœnis? Tenendum eſt igĩt firmiẽ cum ſacra ſcriptu
ra & catholica ueritate, ꝙ anima Chr̃i realiẽ ad inferos
deſcendit, cõtra primum errorem: & ꝙ ibidem nullos
paſſa ſit dolores aut cruciatus inferni, contra ſecundũ
errorem: quoniam ante mortem ſuam Chriſtus in cru
ce dixerat, Conſummatum eſt: quicquid ſcilicet ꝓ ſalu Iohã.
te humani generis pati debuerat, ſecũdum ſcripturas.
Et ergo nihil amplius reſtabat ꝑferendum poſt mor
tem ab eius anima. Quinimo deſcendit Chriſtus ſecũ
dum animam ad inferna, ad uiſitandum captiuos ſan
ctos patres, ꝗs illuſtrauit ꝑſentia ſuæ diuinitatis, & di-
uinæ uiſionis fruitiõe lætificauit. ut reuera fuerint ipſi
tunc in paradiſo, non quantum ad locum, ſed quantũ
ad gaudium felicitatis æternæ, ob diuinam præſentiã
quam clare perſpiciebant, ſecũdum illud uerbum Chri
ſti, ꝓmiſſum latroni in cruce: Hodie mecum eris in pa
radiſo. quod eo die etiam completum eſt, quando ani Luc.23
ma ſancta boni latronis ſeparata à corpore, fuit cum
anima Chr̃i in limbo, perfruens uiſione ſuæ deitatis.
Cum uero appropinquaret hora reſurrectionis Chri
ſti, omnes illos ſanctos patres eduxit Chr̃us ab infer
no, & liberauit eos à diuturna illa captiuitate, in q̃ diu
tius fuerant detenti captiui. Idipſum uero quod nunc
dictum eſt de deſcenſu Chriſti ad inferos, facto in po
tentia & uirtute, beatus Cyprianus in expoſitiõe ſym
boli declarat naturali quodam exemplo, in hunc mo

dum: Diuina natura in mortem per carnem deſcēdit, non ut lege mortalium detineretᷣ à morte, ſed ut per ſe reſurrecturus, ianuas mortis aperiret. Veluti ſi q̄s rex pergat ad gentem, in qua ꝓprios habeat captiuitatis uinculo alligatos: deuictaq́ꝫ ea gente, carcerem intret in quo uincti detinebāt, ſoluat catenas, uincula & clauſtra comminuat, & uinctos in remiſſionem educat: & eos q̄ ſedent in tenebris & in umbra mortis, luci ac uitæ reſtituat. Ergo dicitᷣ rex fuiſſe quidem in carcere, nō tamen ea conditione qua cæteri qui tenebantᷣ incluſi: ſed illi quidem ut pœnas ſoluerent, hic uero ut abſolueret pœnas. Hæc Cyprianus. Ex quibus uerbis conſtat, in deſcenſu Chr̄i ad inferos completum eſſe, quod in themate eſt aſſumptum: Ero morſus &c.

¶ Pro ſecunda parte p̄ſentis ſ̄monis deducenda; id p̄ſertim eſt hic annotandum, quòd reſurrectio Chriſti tertia die poſt mortem eius in cruce facta, multis eſt figuris in ueteri lege p̄monſtrata. Et primum p ipſum
Gen.37.39 ſanctum Ioſeph patriarchā, qui exſpoliatus ueſtib', fu-
.41. it à fratribus ſuis p inuidiam demiſſus in ciſternam ueterem, in qua nō erat aqua. Sed inde poſtea extractus & uenditus Iſmaelitis atq; in Aegyptum traductus, demum totius illius regionis obtinuit dominatum. Sic Chr̄us p ipſum Ioſeph figuratus, in mortem à Iudæis deductus & ſepulchro incluſus: inde potēti uirtute ſurrexit, & in toto mundo tenebris gentilitatis obuoluto, & p Aegyptum ſignificato, principatum per euangelij p̄dicationem eſt conſecutus. Secundo, eadem eſt figurata per Samſonem: quem cum Philiſtæi cogno-
Iudic.16. uiſſent intraſſe in Gazam eoꝝ urbem ad dormiēdum nocte, poſuerunt cuſtodes armatos ad portas urbis, ut Samſonem, cū uellet egredi urbe, occiderent. Samſon uero media nocte ſurgēs & ad portas urbis ueniens,

arripuit eas cum poſtibus,repagulis & ſeris earum, & detulit eas uſq; ad ſupercilium montis qui ꝓpinquus erat urbi,Sic ſane Chrus,cum in ſepulchro poſitum fe ciſſent cuſtodiri ſcribæ & Phariſæi per cuſtodes illic po ſitos,reſurgens à mortuis admiranda potentia,uictor mortis,attonitis & exterritis cuſtodibus,demum cæ- los aſcendit.Tertio, eadem Chri reſurrectio eſt figu- rata per Dauid innoxium & innocentem,ad cuius do mum Saul inuidia ſtimulatus in eum miſit ſatellites,q̃ illum enecarent,ut narrat primi Regum hiſtoria.Da- uid uero pmonitus periculi à Michol uxore ſua, filia Saul,effugit manus ſatellitum per feneſtram partis po- ſterioris domus. Alio quoq; tempore Dauid in ſpelũ- ca deſerti latitans cum ſocijs ſuis,& undiq; ab exercitu Saul circũdatus,ut nulla eſſet ſpes effugij:ipſo Saul ab- eunte cum exercitu ad occurrendum Philiſtæis hoſti bus,euaſit imminens periculum mortis.In utraq; au- tem hac hiſtoria,per Dauid intelligit Chrus:per do mum uero Dauid & ſpeluncã, Chri accipit ſepulchrũ. Per ſatellites uero Saul & eius exercitũ circunuallan tem Dauid in ſpelunca, intelligunt cuſtodes adhibiti ſepulchro,ne Chrus inde egrederet.Qui tamen impe dire non potuerunt glorioſam eius reſurrectionem di uina uirtute pactam. Quarto etiam figurata eſt Chri reſurrectio per Ionam,pphetam,piectum in mare,& à ceto ſiue balena tranſglutitum ſine læſione.In cuius uentre poſtquam fuerat tribus diebus & tribus nocti bus,euomuit eum cetus ſanum & incolumem in ari- dam. Inde pgreſſus in Niniuen ciuitatem magnam, ſua pdicatione conuertit Niniuitas ad ſalutarem pœ- nitentiam.Per Ionam autem figurat hic Chrus,& per uentrem ceti ſepulchrum Chri. In quo poſtquam iacu erat triuni dierũ & noctium aliquanta parte,rediuiuus

Matth.
1.Reg.
1.Reg.
Ionę.2.

ſurrexit,& totum mundum per ſuorū apoſtolorū p̄dicationem,ad fidem & ueri dei cultum reuocauit. Fuit præterea Chr̄i reſurrectio oraculis ꝓpheticis ſæpius p̄nunciata,& maxime in Pſalmis Dauidicis. Nā di-
m.3. cit ꝓpheta in perſona Chr̄i ad deum patrē: Ego dormiui & ſoporatus ſum,& exurrexi, quia dominus ſuſcepit me. Dormiuit enim & ſoporatus eſt Chr̄us per mortem,&deinde ſurrexit ad uitam immortalem.Et
lm.15. alibi:Nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Quia ſacrum Chr̄i corpus non eſt reſolutum in puluerem,ꝓpter acceleratam eius reſurrectionem.Rurſum
lm.70 in alio Pſalmo Chr̄us ad patrem ait:Et conuerſus uiuificaſti me. Viuificauit enim eū pater,quando ex morte ſuſcitauit eundem ad uitam immortalem. Inſuper
1.56. alibi:Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara,exurgam diluculo. Vbi nō ſolum p̄nunciatūr Chr̄i reſurrectio,ſed & tempus exprimit̄ quo erat futura,& poſtea facta eſt:ſcilicet diluculūm, quod eſt finis noctis p̄cedentis, & initium diei ſequentis. Nempe in diluculo ſiue aurora Chr̄us à mortuis ſurrexit, ut depellerer tenebras noſtræ uetuſtatis, & nouæ lucis atq; ui
rc.16 tæ ſplendorem nobis afferret.Quod etiam ex euangelio beati Marci aperte conſtat,ita ſcribentis:Surgēs Ieſus mane prima ſabbati(id eſt,die dominica,quæ fuit prima dies poſt ſabbatū)apparuit primo Mariç Magdalenæ.Proinde non ſunt audiendi, qui dicunt ipſum media nocte à mortuis reſurrexiſſe, quoniam contrariant ſanctæ ſcripturç.Demum,quòd tertia die à morte ſua ſurrexit à mortuis Chriſtus, p̄nunciatum fuit p
ce 6. Oſeam ꝓphetam,dicentem: Viuificabit nos dominus poſt duos dies,in die tertia ſuſcitabit nos. Nempe die tertia reſurgens Chriſtus, & nos uiuificauit per uitæ nouitatem aſſumptam:&nos reſuſcitauit,quia ſuò ex

emplo futuræ in nobis reſurrectiõis in noui∫imo die ſpem & fiduciam dedit, ut quod cognoſcamus pceſſiſ ſe in capite, ſperemus etiam ſubſecuturū in membris. Inſup in euangelio ſæpius ante paſſionem ſuam prædixit Chriſtus, ſe tertia die à mortuis ſurrecturū: & quo modo illud completum ſit, ſancti quatuor euangeliſtæ apertiſſime teſtantur. Itaq; ſtudeamus nunc à peccatis & à morte animæ ſic reſurgere, ut tandem ad uitam æternã reſurgere mereamur. Amen.

DE SEXTO ARTICVLO fidei, ſermo.

ASCendit ſup omes cælos. Ad Epheſios quarto capite hæc uerba beati Pauli de Chriſto ſcribunt, & nũc adducunt p declaratione ſexti articuli fidei, in ſymbolo apoſtolorũ contenti, & à beato Bartholomæo apoſtolo adiecti, qui eſt huiuſmodi: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram dei patris oĩpotentis. Naturale eſt cuiq; rei, ad ſuum regredi principium, unde prius habuit pgreſſum: & pfectio atq; complementum rerum in eo regreſſu ad ſuum exordium, conſiſtit: ut dicit Boethius in libro de conſolatione philoſophiæ in hoc carmine: S.Bart

Repetunt proprios quæq; recurſus. De cõſ.

Redituq; ſuo ſingula gaudent. lib.3.

Sic enim complet curſus ſolis diurnus & quotidianus, cum ab oriente p meridiem tendens ad occidẽtẽ, rurſum p ſeptentrionem recurrit in orientem, unde ſuũ inchoauerat motum. Et omnium cælorū atq; planetarum motus, pprius tunc cenſet completus, quãdo aſſidua uertigine circulariq; latione totum pcurrerint ſuũ

motus ſpatium,& in eum redierint pūctum,unde pri mum inchoata eſt eorū circunlatio. Quemadmodum & pfecta eſt circuli in ligno,plūbo aut ære deſcriptio, quando circunducto pede circini qui mouet, fit reditus ad idem pūctum,à quo inchoata eſt illa deſcriptio.
Eccl. 1. Et flumina(inquit ſapiens)exeūt à mari,& in mare denuo relabunt. Atqui Chriſtus dominus noſter,p ſuſceptam naturæ noſtræ diſpenſationem & incarnationis myſterium,exiuit à patre,& deſcendit de cælis in terram. ubi natus eſt ſecundum carnem,circunciſus,in tēplo oblatus,baptizatus,prędicauit,& miracula multa operatus eſt:deinde paſſus,crucifixus, mortuus,ſepultus eſt,& tertia die reſurrexit à mortuis. Conſummato igit omnino humanæ redemptionis ope,& pactis omnibus quæ ad noſtræ ſalutis rationem ptinebant: regreſſus eſt in cælum p glorioſam aſcenſionem,& ad patrem ſuum qui miſerat eū,rediјt,terris relictis. Hūc autem regreſſum ad ſuum principium unde pdierat, ſignificauit diſcipulis ſuis his uerbis: Exiui à patre,& ue
Iohā. 16. ni in mundum:item relinquo mundum,& uado ad patrem. Eundem quoq; completum Chriſti curſum, & reditum ad ſuum principiū unde pceſſerat,atq; ad ſupmum cælorū faſtigium,innuit diuinus ppheta in Pſal-
Pſalm 18. mo, dicens de Chriſto: A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius uſq; ad ſummum eius. Eccleſia etiam catholica in uno ſuorū hymnorū, quem deo læta concinit, eundem dominum à patre progreſſum in mundum p carnis aſſumptiōem, & eiuſdem regreſſum ad patrem p admirabilem aſcenſionem, inſinuat in hoc uerſu: Egreſſus eius à patre, regreſſus eius ad patrem: excurſus uſq; ad inferos, recurſus ad ſedem dei. Nunc igit ipſe ſol iuſtitiæ qui de ſeipſo uere dicit apud Iohan
Iohan. 8. nem, Ego ſum lux mundi, qui ſequit me, non ambulat

in tenebris,ſed habebit lumen uitæ.& de quo dicit beatus Iohannes in principio ſui euangelij,Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hũc mundum,ſuum pfecte curſum pegit. Nam à ſummo cælorũ throno ſuum exorſus motum,& curſum uſq; ad nos,etiam hic occaſum ſuum per mortem ſuſtinuit ad tempus. Verũ ab eo occaſu p glorioſam reſurrectionem remeans ad uitam,nunc ad ſuum orientem unde pceſſerat,& ad alta cælorũ regreſſus eſt.Non tamẽ deſinit unquam ſol iſte clariſſimus radios ſuæ benignitatis & gratiæ terris noſtris immittere,eosq; fidelium cordibus infundere.Aue Maria.

¶Aſcendit ſup omnes cælos. Ex loco prius citato adducta ſunt hæc uerba, & pro noſtri ſermonis themate aſſumpta. Qui in duas diuidet partes. Prima aſcenſionem Chriſti in cęlum declarabit, iuxta primam ſexti articuli nunc explicandi particulam.Secũda uero ſeſſionem ipſius Chriſti ad dexteram patris enodabit,iuxta ſecundam eiuſdem articuli particulam. Quãtum ad primam partem deducendam,legimus in ſacris literis aſcenſionem domini fuiſſe in ueteri teſtamento pfiguratam primum p Enoch ante diluuium, de quo dicit in Geneſi,quòd ambulauit cum deo, & non apparuit,quia tulit eum deus. Vbi dicũt doctores catholici,ut refert ibidem Nicolaus de Lira,q; Enoch pper excellentiam ſuæ uirtutis ſupra cæteros, fuit aſſumptus à deo & tranſlatus ſine morte in paradiſum terreſtrem,ubi ſemp ſubſtitit uiuens,& pſiſtet uſq; ad finem mundi & aduentum Antichriſti: contra quem ueniet cum Elia ppheta,ad detegendũ fraudes & dolos eius: interficietq; ab eo,& paulopoſt in fine mundi reſuſcitabit ad æternam gloriam,Secundo fuit etiam figurata p Eliam pphetam, pper eminentiam uirtutum ſu

Ephes. 4

Gen. 5

arum & ardẽtem zelum diuini honoris, raptum p tur
4.Reg.2. binem in cęlum. De quo dicit in quarto libro Regum, quod cum ſermocinaretur Elias cum Eliſeo diſcipulo ſuo, ecce ſubito currus igneus & equi ignei (id eſt, ſancti angeli apparẽtes in ea forma ad obſequium & ſub leuationem Eliæ) diuiſerunt utrunq: & aſcendit Elias p turbinem in cælum, ſublatusq; eſt etiam in paradiſum terreſtrem, ubi cum Enoch conſeruat in uita feliciter & placide, ut ſimul cum eo pdicationem faciat in mundo contra Antichriſtum, quemadmodum modo eſt dictum. Porro has duas figuras dominicæ aſcenſionis aſſignat beatus Gregorius in homilia euangelij de feſto aſcenſionis domini, his uerbis: Sicut autem Ioſeph à fratribus uenditus, uenditionem redemptoris noſtri figurauit, ſic Enoch translatus atq; ad cęlũ aereum Elias ſubleuatus, aſcenſionem dominicam uterq; deſignauit. Aſcenſionis ergo ſuæ dominus pnuncios & teſtes habuit, unum ante legem, & alium ſub lege, ut quandoq; ueniret ipſe, qui ueraciter cælos penetrare potuiſſet. Vnde & ipſe ordo in eorũ quoq; utrorunq; ſubleuatione, p quędam incremẽta diſtinguit. Nam Enoch translatus, Elias uero ad cęlum ſubuectus eſſe memorat, ut ueniret poſtmodum, qui nec translatus nec ſubuectus, cælum æthereum ſua uirtute penetraret. hæc Gregorius ibidem. Verũtamen quoniam nunquam figura accedet ad pfectiõem & dignitatem ſuæ ueritatis, in eadem homilia beatus Gregorius triplicẽ aſſignat differentiam inter raptum Eliæ in cælum, & Chriſti aſcenſionem. Primo, quia Elias raptus eſt in cælum aëreum, quod eſt terræ pximum: id eſt, in aerem, qui nomine cæli in ſcriptura ſæpe nuncupat: unde & uolucres cæli dicimus, qa in aere uolitant. Fuit enim in aerã ſublatus Elias, ut in ſecretam quandam

terræ regionem repente duceret (quemadmodum ait Gregorius in loco ſupradicto) ubi in magna iam carnis & ſpũs quiete uiueret, quouſq; ad finem mundi redeat. Chriſtus uero in cælũ æthereũ aſcendit: imo ut dicit in themate, ſup omnes cælos, & ut dicit ꝓpheta in Pſalmo, Aſcendit ſup cælum cæli, ſiue ſup cælos cælorum, & alta cælorũ omnium culmina ſua uirtute tranſcendit. Secundo, quia Elias p ſuum raptum mortem diſtulit, non tamen euaſit: quoniam in fine mundi cũ contra Antichriſtũ ꝑdicauerit, mortis debitum ſoluet, & deinde reſurget cum cæteris ad uitã immortalem. Chriſtus uero quia mortem non diſtulit, ipſam ſuperauit, eandẽq; reſurgẽdo conſumpſit. Nã ut ait Paulus, Chriſtus reſurgens ex mortuis, iã non morit: mors illi ultra non dominabitur. Itaque in corpore glorioſo & iam immortali, impaſſibili quoq; & incorruptibili, cælos aſcendit. Tertio, Elias quoniam purus erat homo, adhuc circũdatus corpore mortali, quod aggrauat & deprimit hoĩem, ꝓpria uirtute nõ potuit ſuſtolli in cælũ etiã aereũ: ſed indiguit alieno adiumento & angelorũ adminiculo, q̃d ei ſubminiſtratũ eſt per eq̃s igneos & currũ igneũ. Chr̃s uero deus & hõ, non egebat aliquo uehiculo aut adiutorio, ſed ꝓpria uirtute & agilitatis dote corpori ſuo glorioſo inſita ſuffultus, cælorũ alta culmina penetrauit. Neq; eñ putandũ eſt, ꝙ nubes illa clara quæ ſuſcepit Chriſtũ ab oculis diſcipulorũ cernentiũ ipm̃ aſcendentem, fuerit ipſi Chriſto tanquã neceſſariũ uehiculũ aut geſtatoriũ. Sed ad hoc tantũ officiũ atq; obſequiũ erat parata, ut ſubtraheret aſpectũ ipſi⁹ ab oculis diſcipulorũ. Porro eadem Chriſti aſcenſio ꝓpheticis etiam oraculis fuit p̃nunciata, & maxime in ſacris pſalmis Dauidicis. ut ibi, Aſcẽdit ſuper cherubin & uolauit, uolauit ſuper pennas uẽ

Pſal. 67

Roma. 6

Pſalm. 17

torum. Vbi ſup Cherubin aſcendiſſe dicit, quoniam ſup omnes choros angelorum per ſuam aſcenſionem eſt exaltatus & eleuatus De qua eleuatione etiã loquitur alius
Pſalm.8. Pſalmus in hũc modũ: Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. Siquidem glorioſa Chriſti humanitas, magnifice decorata dotibus immortalis gloriæ, ſuper omnes cælos per aſcenſionem eſt exaltata. Fuerat quidem ipſa in cruce exaltata ad ignominiam, irriſionem & contumeliam. Verum illa ignominia commutata eſt in gloriã tempore aſcenſionis Chriſti, nam tũc exaltatus eſt cũ honore, decore & glorificatione. De
Pſalm.20 qua exaltatione loquitur pſalmographus, dicens: Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus & pſallemus uir
Pſalm.56. tutes tuas. Et item in Pſalmo: Exaltare ſuper cælos deus, & in omnem terrã gloria tua. De eadem quoque aſcenſiõe celebre præconium edidit idem propheta in Pſalmo,
Pſalm.46 dicens: Aſcendit deus in iubilo, & dominus in uoce tubæ. Nam & apoſtoli uidentes aſcenſionẽ Chriſti, repleti ſunt iubilatione: & angelica eis tuba inſonuit, dicens:
Actu.1. Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælũ? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à uobis in cælum, ſic ueniet, quemadmodũ uidiſtis eũ euntem in cælũ. Vbi reditũ Chriſti ad iu-
Pſalm.67 diciũ denũciarunt. Et rurſum in Pſalmo, Pſallite deo, qui aſcendit ſuper cælũ cæli ad orientem. Vbi & locus ipſe aſcenſionis dominicæ annotatur, cũ dicit, ad orientẽ, id eſt, in monte Oliueti, qui ad orientalem urbis Ieruſalem plagam atque partem eſt conſtitutus. Demũ ipſa Chriſti aſcenſio glorioſe demum eſt peracta quadra-
Matth.28 geſimo die poſt præclaram eius reſurrectionem, ut te
Mar.16. ſtantur ſancti euangeliſtæ, & etiam beatus Lucas in Acti
Luc.24. bus Apoſtolorum. Vnde ſicut princeps miſſus à rege
Act.1. contra tyrannum inuaſorem & regni occupatorem, poſtquam illum animoſe deuicit atque proſtrauit, reuertitur cum ingenti triũpho & celebri uictoria ad ſuũ re

gem, à q̃ miſſus fuerat ad illam expeditionem: & ſubditos regis ereptos de manu tyrãni, ſecũ longo agmine ducit, in trophæum & memorabile ſignum uictoriæ. Sic ſane Chriſtus à deo patre miſſus in hunc mundum, ad expellendum dæmonem ſæuiſſimum tyrannum (qui totum genus humanum detinuit in miſera captiuitate) ab huius mũdi principatu, poſtquam per humilitatem crucis & patientiam ipſm deuicit, rediјt ad deũ patrem uictor glorioſus, & ſanctos patres limbo eductos ſecum ſubuexit in regna cælorũ, tanquam ſpolia manibus hoſtis erepta, quemadmodum ait beatus Paulus ſcribens ad Epheſſos, & ex Pſalmo ſcripturæ autoritatem adducens: Aſcendens (inquit) Chriſtus in altum, captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoib⁹. Epheſ. 4. Pſalm. 6
Fuit & ipſa Chriſti aſcenſio admiranda cæleſtibus uirtutib⁹ & choris angelicis, ꝓdeuntibus obuiã ipſi Chriſto triumphatori: quemadmodum cũ rex facit introitum ſuum poſt habitam uictoriam in ꝑcipuam regni ſui urbem, omnes ciues urbis illius, quiſq; in ſuo gradu & ordine, cum magno apparatu ueſtium & reuerẽtia occurrunt ſuo regi, ut honorifice ipſum recipiant. Itaq; angeli admirantes naturam humanam ſic in Chriſto deo adornatam ſtola immortalitatis & exaltatã, quæ prius adeo fuerat depreſſa, adinuicem dixerunt: Quis eſt iſte rex gloriæ? cum audiſſent ſibi eẽ dictum à ſupremis angelis, Attollite portas principes ueſtras &c. uſq; ad finem uerſus. Et reſponſum acceperũt, dominus fortis & potẽs, dñs potẽs in prælio. Et rurſum, Dominus uirtutum, ipſe eſt rex gloriæ. Similiter apud Iſaiam ponit interrogatio angelorũ facta Chriſto aſcẽdenti, hoc modo: Quis eſt iſte qui uenit de Edom, tinctis ueſtibus de Boſra? Et ſubiungit ibidem Chriſti reſponſio: Ego ſum qui loquor iuſtitiam, & propugna Pſalm. 2 Iſai. 63

tor ſum ad ſaluandum.ac cætera per modum dialogi ſubſequentia. Quare cõpletum & ueꝛ iã eſſe dinoſcit Pauli uerbũ,pro themate aſſumptũ: Aſcendit ſup &c.

Ephes.4. ¶Pro ſecunda parte expedienda, quæ de ſeſſione Chriſti ad dexterã patris eſt ꝓlocutura,id operæprecium eſt cognoſcere,ꝙ illa ſeſſio ad patris dexteram, non debet materialiter & corporaliter intelligi,quaſi deus pater corporeæ eſſet ſubſtantiæ,habens in ſe dexteram partem ſui corporis & ſiniſtram:& cum filius ſedeat ad dexteram patris, ꝙ pater conſiſtat ad ſiniſtram filij. Hæc enim omĩa phantaſmata à ueritate penitus aliena ſunt,& à diuina natura (quæ omnino incorporalis eſt & ſpũalis) ꝓrſus remota atq; ſeiuncta. quare in illis uerbis quærenda eſt ſpũalis intelligẽtia, & ſentiẽdum quód Chriſtus ut deus, dicitur eſſe in dextera patris,id eſt,in omĩmoda æqualitate cum patre, & in bonis ipſius patris,ſcilicet omnipotentia,ſapientia,bonitate ac æternitate omĩno patri conſimilis, ſic ꝙ ꝑ aſſumptam humanitatem non ſunt bona illa & naturalia filij dei attributa, quæ habet ab æterno à patre,quoquo modo diminuta. Secundum uero aſſumptam naturam humanam & ut homo, Chriſtus dicit ſedere ad dexteram patris:quia omĩum bonoꝛ cæleſtium & æternæ gloriæ habet excellẽtiſſimam & ſummam à patre participationem, ut nulla pura creatura ad tantam gloriæ cæleſtis altitudinem & eminentiam accedat,quantam habet Chriſtus ſecundum naturam humanam,ꝓpter unionem indiſſeparabilem eius cum uerbo dei. Siquidem in ſcripturis dextera pars eſt benedictionis & electorum, ſicut ſiniſtra eſt dãnationis & reproboꝛ.Chriſtus ergo ut hõ,qa ſummæ benedictionis eſt particeps, & electorum omnium atq; ſaluandoꝛ caput, & bonoꝛ omĩum gloriæ cæleſtis ple-

niſſimus, recte ad dexteram patris ſedere dicit, id eſt, omium à patre bonoꝝ in regno cęloꝝ plenitudinem, affluentiam & exuberantiam habere. Porro hæc ad dexteram patris Chriſti ſeſſio, eſt ſpũ ꝓphetico prænũciata in Pſalmo, ubi Chriſtus ad patrem ait: Notas mi- Pſalm.
hi feciſti uias uitę, adimplebis me lętitia cũ uultu tuo: delectationes in dextera tua uſq; in finẽ. id ẽ, ꝑpetuo & in æternũ, quoniã nunquã deſinet Chriſtus ad dextrã patris ſedere. Similiter in alio Pſalmo, Dixit dominus Pſal.10
domino meo (id ẽ, deus pater Chriſto filio ſuo) ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuoꝝ. Quinimo in euangelio Chriſtus ante ſuã mortem prædixit hanc ſeſſionem ad dextrã patris eẽ ſibi futuram, cum apud Matthæũ dixit Iudæis: Verum Matth.
tamen dico uobis, amodo uidebitis filiũ hominis ſedẽtem à dextris uirtutis dei. Et eam ipſam fuiſſe exhibitam atq; præſtitã poſt aſcenſionẽ, atteſtat̃ beatus Mar- Marc.
cus euangeliſta, dicens: Et dominus q̃dem Ieſus, poſtq̃ locutus eſt diſcipulis ſuis, aſſumptus eſt in cælũ, & ſedet à dextris dei. Idem etiã perhibet Apoſtolus, ita ſcri- Epheſ.
bens ad Epheſios de deo patre: Secundũ operationem potentiæ uirtutis eius, quã operatus ẽ in Chriſto, ſuſcitans eum à mortuis, & ſedere faciẽs in dextera ſua. Dicit autem ſedere Chriſtus, potius q̃ ſtare aut iacere, aut alio quouis modo ſe habere: quoniam ſedere, ipſius ẽ regnantis, & completo iam labore quieſcentis, ſecundum illud dictũ Sapientis: Rex qui ſedet in ſolio iudi- Prou.2
cij, omne malũ diſſipat intuitu ſuo. Chriſtus autem in cælum aſcendens, compleuerat iam uiæ ſuæ curſum, & labores omẽs ꝓ noſtra redemptione ꝑfecerat, accepto à patre regno cæleſti. Iure igit̃ iam requieſcens à laboribus, & regnans in cælo, ſedere in ſolio maieſtatis ſuæ dicit̃. Huic accedit, ꝙ iudicis, ut cum maturita-

te ꝓferat ſententiam, ē ſedere in tribunali, ad deſignā dam ſedatæ mentis atq; compoſitæ firmam conſtantiam. Chriſtus autem à deo patre conſtitutus ē iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ, ut ait beatus Petrus in actibus apoſtolorum. Et Chriſtus in euangelio ait: Pater non iudicat quenquā, ſed om̄e iudicium dedit filio, & poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Recte igiť ad iudiciariam hāc poteſtatem deſignandam, quā accepit Chriſtus à deo patre ſupér totum mundum, ſedere dicitur in cælo. Itaq; ſtudeamus ſic uitam nunc agere in terris ſecundum uiam uirtutis, ut tādem cum eo aſcendere in cælum, & conſidere mereamur in cæleſtibus. Amen.

ctu.10. ohā.5.

DE SEPTIMO ARTICVLO fidei, ſermo.

IPſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Ex Pſalmo nono deſumpta ſunt hæc uerba, in declaratione ſeptimi articuli fidei, contenti in Symbolo apoſtoloꝝ, & ibidē à beato Thoma apl'o adiecti, qui ē huiuſmodi: Inde uenturus ē iudicare uiuos & mortuos. Vbi ꝓ ſententiæ complemento intelligendum ē nomen ſubſtantiuum Chriſtus ex ſuperioribus articulis, de ipo ſecundū humanæ naturæ aſſumptionem locutis. Quod etiam nomen intelligi debet in relatiuo ꝓnomine ipe, poſito in principio noſtri thematis, ut hic habeať ſenſus: Ipe dominus & deus, ſcilicet Chriſtus, iudicabit orbem terræ in æquitate &c̄. Non ē autem hic oſcitanter pertranſeundū, quod beatus Cyprianus dicit circa principium expoſitionis iſtius articuli, in ſuo tractatu de expoſitione Symboli, in hūc modum: Sed priuſquam propheticis hæc clo

quijs prædicta doceamus, illud neceſſario arbitror ad monendum; quod iſta fidei traditio quotidie nos uult de aduentu iudicis eſſe ſolicitos, ut actus noſtros ita præparemus, ueluti reddituri imminenti iudici rationem. Hoc enim erat, quod & propheta dicebat de uiro beato, quia diſponet ſermones ſuos in iudicio. Hæc Cyprianus. Eandem etiam ſolicitudinem nobis ingerit beatus Paulus, & iudicij extremi mentionem animis noſtris obijcit cum tremore, cum ita ſcribit ad Romanos: Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti. Scriptum eſt enim: Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaque unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet deo. Hæc ibi. Idem etiam facit ipſe Paulus, in ſecunda ad Corinthios epiſtola ita ſcribens: Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus ſuademus. Hæc ibidem Paulus. Denique beatus Iacobus in ſua epiſtola canonica, etiam futuri iudicij diſtrictionem obijcit oculis fidelium, cum ait: Patientes igitur eſtote & uos, & confirmate corda ueſtra, quoniam aduentus domini appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Sed & beatus Hieronymus ſuper Matthæum, eundem iudicij diem aſſidue formidandum eſſe, ſuo docet exemplo, ita dicens: Quoties diem iudicij conſidero, toto corpore contremiſco. Siue enim comedam, ſiue bibam, ſiue aliquid aliud faciam, ſemper uidetur illa tuba terribilis inſonare auribus meis: Surgite mortui, & uenite ad iudicium. Idem etiam ad Cromatium & Heliodorum ſic ſcribit: Ego in ſcelerum meorum ia

Roma. 14.

2. Cor. 5.

Iacob. 5.

cens ſepulchro,& peccatorum uinculis colligatus, quotidie dominicũ illũ clamorem expecto: Hieronyme, ueni foras. ego deniq; omnia tuta timeo. Hæc ille. In quibus uerbis ipſe beatus uir, mundi contemptor, pœnitentia emaceratus,& uirtute omnimoda inſignis, fatetur ſe timere diem iudicij. Quid ergo facient peccatores, curis mũdi implicati, deſideria carnis ſequentes,& uanitatibus deditiꝰ nonne multo potiorem habent illũ diem timendi occaſiõem? Cuius perpetuam animo noſtro memoriam eſſe infigendam, etiam admonet beatus Gregorius, in homilia tricesimanona ſup euãgelia dicens: Præſentis temporis ſi qua eſt, ita eſt agenda lætitia, ut nunquam amaritudo ſequentis iudicij recedat à memoria. Hæc ille. Sicut ergo ex præcedentibus articulis ſpem debemus concipere & reſurgendi cum Chriſto, & aſcendendi in cælum: ita ex iſto iudicij extremi articulo debemus concipere timorem domini, ut his duabus alis, ſpe & timore bono, ſubnixi, ad cæli atria pernici uolatu feliciter perueniamus. Aue Maria.

¶Ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Ex loco ſuperius adducto ſumuntur hæc uerba ꝓ themate præſentis ſermonis. Qui in duas partes diuidet. Prima, de perſona & qualitate iudicis pertractabit. Secunda uero, de cõditione eorum qui iudicabunt. Quantum ad primam partem, occurrit nonnullis interdum hic ſcrupulus & addubitatio.
Naho.1. Scriptum eſt in Sophonia ꝓpheta: Non iudicabit deus bis in idipſum. ſed unuſquiſq; hominum in exitu uitæ ſuæ, cum anima ſeparatur à corpore, iudicatur à deo ad pręmium uel pœnam, ſecundum anteactæ uitæ opera, ut concordi ſententia dicunt omnes doctores catholici. Quare ergo pręter illud cuiuſq; ſingulare iudiciũ, ſup-

eſt adhuc aliud in cõſummatiõe ſeculi futuꝝ oĩm iudi
ciũ? Nonne tunc deus iudicabit bis unum & eundem,
imo om̃es & ſingulos homines? Huic dubitationi ad-
hibenda eſt reſponſio, deum cuiq; homini in ipſo exitu
uitæ ſuæ particulatim ſuum ferre iudicium ſecundum
præcedentis uitæ merita, ſecundum quod animæ ſolę
uſq; ad diem extremi iudicij uel gloriam æternam per
cipiunt, purgatis ſi quæ ſunt purganda: aut luunt ſup-
plicia gehennæ, neq; illud ab aliquo debere trahi in du
bium, cum dicat in cãtico Annæ matris Samuelis: Do 1.Reg.2
minus iudicabit fines terræ, id eſt, terminos & exitum
uitæ hominis, ſiue extrema eius opera, ut exponit be-
atus Auguſtinus in libro decimoſeptimo de ciuitate
dei. Similiter ad Hebræos dicit beatus Paulus: Statu-
tum eſt om̃ibus hominibus ſemel mori, & poſt hoc, Hebr.9
iudicium, ſcilicet particulare cuiuſq; in articulo mortis.
Attamen uniuerſale iudicium non debet idcirco cen-
ſeri ſuperuacuũ aut fruſtra fieri, qm̃ alio fiet modo &
ordine, quàm fuerit factũ prius cuiuſq; iudiciũ. Primo,
quia in extremo iudicio anima iudicabit cum corpore
tunc per reſurrectionem unito atq; coniuncto ſuæ ani
mæ, ut quemadmodum ſimul aut bona fecerunt ope
ra aut mala, ita ſimul recipiant aut præmium aut pœ-
nam. In iudicio uero particulari ſola anima iudicatur
ſecundum ſua merita, & corpus terræ redditur, atque
in puluerem reſoluit. Secũdo, qa tale iudicium quod
quiſq; ſuſtinet in exitu uitæ ſuæ, eſt ſingulare, & cuiuſq;
particulatim, atq; diuerſis temporibus: cũ ſcilicet ani-
ma nexu corporis diſſoluit, quod in diuerſis & diuer-
ſo tempore, & per longam rerũ ſucceſſionem. In con-
ſummatione uero ſeculi futuꝝ eſt uniuerſale iudiciũ,
& om̃ium hominũ qui fuerũt, & nũc ſunt, & poſt hæc
erunt, ſimul atq; in eadẽ iudicandi deductione atq; ex

ecutione,cũ dominus noſter de modo & forma hui-
Matth.25 us extremi iudicij loquens,dicat: Cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ & omnes angeli cũ eo,tũc cõgregabuntur ad ipm omnes gentes,id eſt,omes homines.Quinimo nec ſolum omium hominum erit ſimul illud iudicium,ſed & malorum angelorum, q etiam ibidem iudicabuntur ad gehennam:ut ſicut incẽtores fuerunt hominum ad malum & conſortes eorum in culpa,ita ſint & conſortes in pœna. Quod ex
Matt.25. his Chriſti uerbis ad reprobos proferendis, cõſtat:Ite maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Tertio,quia iudicium in exitu uitæ cuiuſq; hominis,eſt occultum & alijs hominibus incognitum,niſi dominus reuelare dignetur. Illud uero quod in conſummatione ſeculi fiet,erit omnibus manifeſtũ
Apoc.20. & notum. Quoniam ut dicitur in Apocalypſi, tunc libri aperti erunt,& conſcientiæ ſingulorum omnibus alijs in communi patebunt,& iudicabuntur omnes ſecundum id quod inuẽtum fuerit ſcriptum in libris eorum. ut per hoc cognoſcatur ab omnibus palam diuina iuſtitia atq; approbetur,quoniam omnes qui à dextris erunt iudicis,inuenientur ex operibus digni uita æterna:& qui à ſiniſtris,digni ſupplicio æterno. Quinimo cuiuſq; reproborum conſcientia ipſoſmet iudicabit & condemnabit, antequam iudex in eos proferet ſententiam. Et tunc electi omnes collaudabunt diuinam iuſtitiam omnibus patentem,dicentes quod ſcribitur in Pſalmo: Iuſtus es domine,& rectum iudici-
Psalm.118 um tuum. & illud etiam laudatorium canticum,quod ſcribitur in Apocalypſi:Laus,gloria & uirtus deo no-
Apoc.19 ſtro eſt,quia uera & iuſta ſunt iudicia eius. Liquet ergo,quod non ſine cauſa ordinatum eſt & cõſtitutum à deo,quod ſit unum iudicium uniuerſale poſt multa

particularia. Porro in hoc articulo fidei, qui nunc ex-
ponendus proponitur, ipſa iudicantis perſona innui-
tur atque includitur, cum dicitur: Inde (ſcilicet ab ipſo
cælo) Chriſtus eſt uenturus (in conſummatiõe ſcilicet
mundi) iudicare, ſiue ad iudicãdum, ſeu ut iudicet, Nẽ
pe in fine ſeculi de cælo deſcendet ad iudicandum or-
bem, quemadmodum angeli ſancti in ipſa aſcenſionis
hora denunciauerunt apoſtolis, dicentes: Hic Ieſus q Actuū
aſſumptus eſt à uobis in cælum, ſic ueniet quemadmo
dum uidiſtis eum euntem in cælum. Sic ueniet, inquã,
ad iudicium. Vt ſicut in forma humana glorioſa aſcẽ
dit ad cęlos, ita in eadem forma cum ingenti gloria &
maieſtate deſcendet de cælis ad faciendum iudicium,
& ut iudicet mundum. Et id certe eſt rationi conſen-
taneum. Nam uenerat prius in mundum in humilita-
te & magna exinanitione, atq; tũc iudicatus eſt ab ho
minibus ad mortem ignominioſam crucis. Nunc ue-
ro mutata rerum conditione, in illius abiectionis cõ-
mutationem imò remunerationem, ueniet cum glo-
ria & maieſtate, ut iudicet orbem terrarũ. Et hoc ipſum
ita futurũ prædixerat ipſe Chriſtus ante ſuam paſſionẽ
in euangelio, ut cum ait apud Matthęum: Filius homi Matth
nis uẽturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, &
tunc reddet unicuiq; ſecundum opera eius. Et apud
Lucam, de aduentu ſuo ad iudicium Chriſtus uerba fa Luce
ciens, ait: Tunc uidebũt filium hominis uenientem in
nube cum poteſtate magna & maieſtate. Cęterum ipſa
tota trinitas unus deus, pater, filius, & ſpũſſanctus, iu-
dicabit tunc orbem terrarũ poteſtate ordinaria atque
primaria autoritate. Sed illud iudiciũ exercebit Chri-
ſtus ut hõ, poteſtate delegata atq; commiſſa illi à deo
patre, quẽadmodũ ipſe phibet apud Iohannẽ, dicens: Johan
Pater non iudicat quenquã, ſed omne iudicium dedit

filio. Et paulopoſt eodem loco de patre loquēs ait: Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius homi
Dan.7. nis eſt: Danielis etiam myſterium illud acceptæ poteſtatis ſic exprimit: Aſpiciebā (inqt Daniel) donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Et paulopoſt, Aſpiciebam in uiſione noctis, & ecce cū nubibus cæli quaſi filius hominis ueniebat, & uſq; ad antiquum dierū peruenit, & in conſpectu eius obtulerunt eū. Et dedit ei poteſtatem & honorem & regnū, & om̄es trib⁹, populi & linguæ ipſi ſeruient. Et poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferet. & regnū eius, quod non corrūpetur. Hm̄oi uero poteſtas cæleſtiū, terreſtrium & infernoꝝ, accepta à Chriſto homine à deo patre, maxime manifeſtabit & innoteſcet in futuro iudicio, qñ om̄ia creata ſubijcient ſecundū ipſam rei exhibitionē ſub pedibus eius. Boni qdem & electi, per reuerentiā & ſpontaneā ſubiectionē in participatione regni cæleſtis: mali uero, ſiue homines ſiue angeli, per duram iudicij eius perpeſſionē, quo ferient etiā inuiti, & ponentur inimici eius ſcabellū pedū eius manifeſte atq; plenarie. Et qm̄ iudex debet in cauſæ diſcuſſione uideri & audiri ab ijs qui iudicandi ſunt, ut eis alternæ reſpōſionis det locus, ualde congruū eſt, Chriſtum in forma humana tūc apparere, quæ conſpiciat ab om̄ibus: quādo ut in principio eſt aſſumptū, ipſe iudicabit orbem terrę in ęquitate &c.

¶Pro ſecūda parte expedienda, uidendū ſupereſt, q in illo diſtricto iudicio ſunt iudicandi, & innuunt ꝑ poſtrema prę́ſentꝭ articuli uerba, ſcilicet uiuos & mortuos. Vbi uiuos uocat eos eccleſia ſancta & profeſſio fideliū, q inuenient adhuc uiui & reſidui in hac uita, in ipſo aduentu iudicis inſperato & inopinato. Illi tamē ante horam iudicij morient omnes, & ſtatim reſurgēt,

ut cũ alijs ante mortuis & tunc reſuſcitatis, compareant ad iudiciũ. Hęc enim eſt ſanctorũ doctorũ ſentẽtia, ſacræ ſcripturæ conformis, q̃ ſępi' atteſtatur omnes homines morti eſſe ſubiectos, & tãdem morituros. Scribitur enim in ſecũdo libro Regum: Om̃es morimur, & quaſi aquæ in terram dilabimur. Et Pſalmiſta: Quis eſt homo qui uiuet, & non uidebit mortem? Et in epiſtola ad Romanos dicit Apoſtol', ꝙ per unum hominem in om̃es homines mors pertranſijt. Idem quoq; ad Hebræos ait, ut ſupra eſt adductum: Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori. Et ita potius eſt ſentiendum, quàm aſſerendum ſecundum quoſdam, ꝙ illi qui inuenientur uiui in aduentu iudicis, ſine morte intermedia tranſibunt ad ſtatum immortalitatis, per ſolam immutationem de conditione corruptibilitatis ad incorruptibilitatẽ. Neq; hoc ſuum aſſertum, ꝓbare poſſent hi, qui ita ſentiunt, aut ſtabilire per hæc uerba Apoſtoli, in prima ſua epiſtola ad Theſſalonicenſes: Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, q̃ nos q̃ uiuimus, q̃ reſidui ſumus in aduentu domini, non præueniem' eos q̃ dormierũt. Neq; per ea quæ paulopoſt ſequũtur, Et mortui q̃ in Chriſto ſunt, reſurgẽt primi. Deinde nos q̃ uiuimus, q̃ relinq̃mur, ſimul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemꝑ cũ dño erimus. Hæc ibi. Nẽpe ibidẽ per eos qui uiuent tũc & reſidui erũt, intelligit Apoſtolus eos qui in fine mũdi & in aduentu iudicis inuenientur adhuc uiuentes. Et illos quidem dicit Apoſtolus eſſe rapiendos in aera, ſed non negat eos in illo raptu eſſe morituros, & paulopoſt reſurrecturos, q̃uis ibi non exprimat eos eẽ morituros: q̃d tamen aſtruũt omnes ſacri autores, locũ illũ Pauli exponentes, & recte quidem. Nam cũ ſit omniũ hominũ ſcd̃m catholicam fidem futura in cae

2.Reg. 14
Pſalm. 88
Roma. 5.
Hebr. 9
1. Theſ. 4.

ne reſurrectio, & non poſſit dici uere reſurrectio, niſi mors præceſſerit: eſt enim reſurrectio, iterata ad uitã immortalem corporis & animæ, morte prius diſſolutorũ, unio: q̃niam illi qui in aduentu iudicis inueniẽtur uiui, reſurgent à mortuis: alioquin non eſſet omnibus hominibus communis reſurrectio, neq; omnibus cõpeteret, q̃d eſt contra articulum fidei: conſequens eſt, illos eoſdem qui reſidui erũt in aduentu Chriſti ad iudiciũ in uita præſenti, eſſe morituros & ſtatim reſurrecturos. Mortuos autẽ uocat articulus pręſens eos, qui ante conſummationem ſeculi ſunt mortui, ab ipſo mũdi exordio uſq; ad finem eius. Nã & eos omnes à morte reſuſcitandos per reſurrectionem, iudicabit etiam ipſe Chriſtus. Scdm aliam uero expoſitionem, etiam aptam & conuenientem, in iſto articulo uiui dicũtur, qui erũt in ſtatu gratiæ & de numero electorũ: nam ui ta gratiæ uiuũt coram deo, & etiam uita gloriæ ſemꝑ uiuent, ipſi Chriſto (qui uera eſt uita imò & fons uitæ) per nexũ charitatis uniti perpetuo. Mortui uero dicũtur, qui in peccatis ſuis ab hac uita deceſſerũt ſine pœnitentia, ac de numero ſunt reproborũ: quoniam à deo (qui perpetua eſt & æterna uita) ſeparati ſunt per peccatũ, & morte peccati detenti. Itaq; cũ dicit in hoc articulo, ꝙ Chriſtus eſt uẽturus iudicare uiuos & mortuos, ſenſus eſt iuxta hanc ſecũdam interꝑtationẽ, ꝙ uẽtur⁹ eſt iudicare electos & reprobos, bonos & malos, iuſtos & iniuſtos, tã oues q̃ à dextris eius erũt, q̃ hœdos q à ſiniſtris erũt: ut ipſe domin⁹ noſter apud Matthæũ futuri iudicij modũ explicans, atteſtat. Verũtamen inter eos qui iudicandi ſunt, erũt & nonnulli propter excellentiam ſuæ uirtutis, qui etiam iudicabũt cũ Chr̃o mundum aſſeſſoria dignitate: quia aſſiſtent iudici, & aſſeſſores eius erũt in iudicio ſicut ſancti apoſtoli, ſecũ

dũ hanc Chriſti promiſſionem apud Matthæũ: In regeneratione cũ ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et beatus Paulus ad Corinthios ſcribit: Nonne & angelos iudicabimus? Et Salomon in libro Sapientiæ: Iudicabũt iuſti nationes, & dominabũtur populis. Neq; tũc beata uirgo Maria flectet genua ante iudicem, oſtendens illi ubera ad rogandũ pro peccatorib⁹: neq; beat⁹ Iohannes Baptiſta tũc etiam procũbet ad genua, ut intercedat pro hominibus, quemadmodũ pictores depingũt formam iudicij. Sed & beata uirgo & beatus Iohannes, tũc aſſidebũt ſupremo iudici, ut etiam iudicent mundũ tanq̃ aſſeſſores. Tũc enim amplius miſericordiæ non erit locus ſicut nunc, ſed ſolummõ iuſtitię. Itaq; nunc cum timore & tremore ſic noſtrã operemur ſalutem, ut tũc læti occurrere poſſimus iudici atq; ſecuri, atq; à dextris eius collocari. Amen.

Matth. 19.
1. Cor. 6.
Sapien. 3.

DE OCTAVO ARTICVLO fidei, ſermo.

Quàm bonus & ſuauis eſt domine ſpũs tuus in omnib⁹. Ex duodecimo cap. libri Sapientiæ ſumunt̃ hæc uerba, in declarationem octaui articuli fidei, in Symbolo apoſtolorũ contenti, & à beato Matthęo apoſtolo & euangeliſta adiecti, qui eſt hmõi: Credo in ſpm̃ ſc̃tm̃. In q̃ nominat̃ & exprimit̃ tertia in trinitate perſona, multis quidem interpoſitis articulis, poſt ſecũdam (ſcilicet filium dei) nominata: ut quęcunq; ad ad ip̃m Chr̃m etiam ſcd̃m humanitatem pertinent & conueniunt eidem q̃tenus homo eſt, uno contextu & continuo eidem ſine aliorũ articulorũ interpoſitione

S. Matth.

attribuerent. Eſt aũt hoc nomen ſpũſſanctus coniunctim ſumptum, ipſi tertiæ perſonæ in trinitate proprium & peculiare, neq; alicui aliarum perſonarum diuinarum neq; creaturarum conueniens, prout eſt unicum uocabulũ. Nempe deus pater, ſpiritus quidem eſt, id eſt, natura ſpiritualis & incorporalis. Et filius dei ſcd̃m deitatẽ etiam ſpiritus eſt, ſcd̃m eũdem ſenſum. Nam ut teſtat̃

2. Cor. 3. Apoſtolus ad Corinthios, Dominus, ſpũs eſt. et Chri-

Iohan. 4. ſtus apud Iohannem, ad Samaritanam mulierem: Spiritus eſt deus. Pater autem eſt deus, ſimiliter & filius eſt deus, ut iam dictum eſt. Eſt igit̃ pater ſpiritus, ſimiliter & filius eſt ſpiritus, ſcd̃m eſſentiam. Similiter &

Iohan. 17. pater eſt ſanctus, teſtante Chriſto apud Iohannem in hac ſua oratiõe: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, q̃s dediſti mihi. Similiter & filius dei eſt ſanctus, quẽadmodum dicit̃ in hymno angelico ipſi Chriſto, q̃niam tu ſolus ſanctus. Et ita diuiſim atq; ſeparatim illa duo nomina ſpiritus & ſanctus, tam patri quàm filio uere conueniunt, & in ſacra ſcriptura eiſdem attribuunt̃. Coniunctim uero & ſimul ſumpta, ſine intermedia coniunctione, nunquam illis poſſunt attribui. Nõ enim pater unquam dicit̃ ſpirituſſanctus, neq; etiam filius dici poteſt ſpirituſſanctus. Qm̃(ut iam dictum eſt, illa denominatio eſt perſonalis, & ſoli tertiæ perſonæ in trinitate conueniens. Inuenit̃ autem prædicta nuncupatio & in ueteri teſtamẽto ſępe, & in nouo frequentius, ipſi tertię in diuinis perſonę attributa. In ue-

Pſalm. 50. teri quidem, cum dicit̃ in Pſalmo: Et ſpm̃ſanctum tu-

Sapien. 1. um ne auferas à me. Et in libro Sapientię: Spirituſſanctus diſciplinę, effugiet fictum. Et eiuſdem libri capite

Sapien. 9 alio, in oratione Salomonis ad deum pro impetranda ſapientia: Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris ſpm̃ſanctum tuum de altiſ-

ſimis? Et in nonnullis alijs ueteris paginæ locis. In nouo uero teſtamento, in euangelijs & epiſtolis apoſtolicis ſępenumero ſic nuncupať ipſa tertia in trinitate perſona, ut apud Matthæum diciť de Chriſto: Ipſe uos baptizabit ſpũſancto & igni. Et apud eundem: Ite, docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpũſancti. Paulus itidẽ ad Romanos ſcribens, ait: Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpm̃ſanctũ qui datus eſt nobis. Et beatus Iohannes in prima ſua epiſtola, ait: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo: pater, uerbum, & ſpũſanct⁹: & hi tres unum ſunt. Sic & in multis alijs noui teſtamenti locis. Ex quibus manifeſtum eſt, hanc tertiæ perſonæ in trinitate appellationem, in ſacris literis eſſe uſitatam quàm frequentiſſime. Aue Maria. Matth. 3. Matth. 28. Roma. 5. 1. Joh. 5.

¶ O quàm bonus & ſuauis eſt domine ſpũs tuus in omnibus. Ex loco prius citato adducta ſunt hæc uerba ꝓ themate præſentis ſermonis. Qui in duas partes diuideť. Prima oſtendet, quid de ſpũſancto credendũ nobis eſt. Secũda, quomodo in terris per ſignà ſenſibilia manifeſtatus eſt & monſtratus ſpũſanctus. Quantũ ad primã partẽ expediendã, id nobis ante om̃ia de ſpũſancto credendum eſt, ꝙ eſt deus, patri & filio omnino æqualis, omnipotens, coæternus & æque perfect⁹. Et id contra Macedonianos hæreticos, aſſerentes ſpiritumſanctũ eſſe creaturã, patre & filio minorẽ, & utriuſq; ſuum: qui in concilio Conſtantinopolitano primo, ꝓxime ſubſecuto conciliũ Nicenum, dãnati ſunt & reprobati. Quòd aũt ſpũſanctus ſit deus & credi debeat, in primis conſtat ex Symbolo Athanaſij, ubi dicitur: Ita deus pater, deus filius, deus ſpiritusſanctus. Et tamen non tres dij, ſed unus eſt deus. Inſup apud Matthæum, dominus noſter iuſſit credẽtes & ad fidem cõ Matth. 28.

uerſos, eſſe ab apoſtolis baptizandos in nomine patris & filij & ſpũſſancti. Nullus autem in nomine creaturæ baptizandus eſt. Necq; in nomine cuiuſpiam aut angeli aut ſanctiſſimi hominis, debet cuiquam conferri baptiſmus, necq; in nomine ſancti Petri aut Pauli unquã fuit datus, ut oñdit beatus Paulus in prima ad Co-
Cor. 1. rinthios epiſtola. & tamen in nomine ſpũſſancti dat, alijs duabus diuinis perſonis ante nominatis: ergo ſpirituſſanctus ex eo innuit eſſe deus. Rurſum nunquam creatura in eadem nominatione, in gradu eodem, & in eodem ordine connecti ſolet aut debet deo creatori: quoniam illa nominatio plurium, per copulationem facta ſub eodem contextu, quandam æqualitatem & naturæ cõformitatem, atq; paritatem deſignat inter eos qui ſic nominant. Atqui ſpũſſanctus nominatur in ſcriptura per quandam copulationem atq; connexionem cum deo patre & filio, quorũ uterq; deus ẽ,
Matth. 28 ut in prædicto uerbo Chriſti ad diſcipulos: In nomine patris & filij & ſpũſſancti. Similit & in illo dicto beati Iohannis euangeliſtæ in prima ſua epiſtola cano-
Iohã. 5. nica, etiam ante adducto: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo: pater, uerbum, & ſpũſſanctus. Denique & in illo uerſu eccleſiaſtico, ſanctę trinitatis laudatorio, Gloria patri & filio & ſpũiſancto: & in iſto etiam uerſu eccleſiæ, ad præconium ſummæ trinitatis, Benedicamus patrem & filium cum ſanctoſpũ, laudemus & ſuperaltemus eum in ſecula. Ergo ſpirituſſanctus eo ipſo reuera deſignat eſſe deus. Præterea, beatus Paulus
Cor. 3. in prima ad Corinthios epiſtola, dicit: Neſcitis quia tẽplum dei eſtis, & ſpũs dei habitat in uobis? Si quis autem templum dei uiolauerit, diſpdet illum deus. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis uos. Vbi ex eo q ſpũſſanctus habitat in fidelibus, ſubinfert & conclu

dit ibi beatus Paulus, ꝙ ipſi fideles ſunt templum dei. Illa autem illatio nullam haberet efficaciam, niſi ſpirituſſanctus eſſet deus. Similiter in eadem prima epiſtola ad Corinthios dicit idem Apoſtolus: An neſcitis q̃niam membra ueſtra templum ſunt ſpũſſancti, qui in uobis eſt, quem habetis à deo, & non eſtis ueſtri? Empti enim eſtis precio magno. glorificate & portate deum in corpore ueſtro. Vbi poſtquam propoſuit corpora noſtra eſſe templum ſpirituſſancti, ſubiungit exhortando, ꝙ portemus deum in corpore noſtro. Quę exhortatio plane inſinuat & colligit, ſpm̃ſanctum eſſe deũ. Et ex his duobus beati Pauli locis iam adductis, beatus Auguſtinus in quarto libro de Symbolo ad catechumenos, comprobat contra infideles ſpm̃ſanctũ eſſe deum: quoniam ad nullum (inquit) quàm ad deũ, pertinet habere templum in anima & corpore hominis. Neq; homines unquam poſſunt dici eẽ templum ſpirituale alicuius puræ creaturæ, per inhabitationem ſpũalem, quę ſoli deo competit in anima hominis. Ad hęc, beatus Paulus in eadem prima ad Corinthios epiſtola, loquens de diuiſione gratiarũ ſanctiſpũs, ait: Diuiſiones uero gratiarũ ſunt, idem autem ſpũs. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus. Et diuiſiões operationum ſunt, idem uero deus, qui operat̃ omnia in omnibus. Ecce quem primo loco ſpm̃ dicit, ſecundo loco dominum nominat, & tertio deum: ut eum deſignet uerũ eſſe deum. Adde ꝙ beatus Petrus in actibus apoſtolorũ, reprehendens Ananiam de fraudato precio agri, ait illi: Anania, cur tentauit ſathanas cor tuum, mentiri te ſpirituiſancto? Non es mentitus homini, ſed deo. Vbi nec de patre nec filio fit ſmo, & ergo deus ibidem diſcrete ſumit̃ & perſonaliter ꝓ ſpirituſancto: & ex eis uerbis ꝓtinus infert, ꝙ ſpirituſ-

1. Cor. 6.

1. Cor. 12.

Actu. 5.

ſanctus eſt deus. Secundo de ſpirituſancto credēdum nobis eſt, ꝙ ꝓcedit æterna ꝓceſſione à patre & filio, & non à patre ſolum, ut pertinaciter aſſerunt & ſuſtinēt Græci, in illum errorem iam diutius ꝓlapſi: quia uoluerunt magis ſuo ſenſui credere quàm ſacris literis, ex quibus manifeſte colligit, ꝙ ſpirituſſanctus non à patre ſolum, ſed à filio æterna ꝓceſſione emanat. Apoſtolus
Roma. 8. enim ad Romanos ſcribens, ait; Si quis ſpm̄ Chriſti nō
Galat. 4. habet, hic non eſt eius. Et ad Galatas inquit: Miſit deus ſpm̄ filij ſui, clamantem in corda noſtra, abba pat. Spiritus autem Chriſti, dicit ſpirituſſanctus: & ſpiritus
Matth. 10 filij, quia à filio etiam ꝓcedit, ſicut apud Matthęum dicit ſpiritus patris, quia ꝓcedit à patre, in his Chriſti uerbis ad ſuos diſcipulos: Non em̄ uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquit in uobis. Inſup, poſt reſurrectionem Chriſtus ſpm̄ſctm̄ daturus apo-
Iohan. 20. ſtolis, inſufflauit in eos, & dixit: Accipite ſpm̄ſanctum, Quorū remiſeritis peccata, remittunt eis. Hoc autem corporalis flatus indicio Chriſtus ſignificauit, ſcdm ſacros autores & expoſitores, ꝙ à ſe ꝓcedit æternaliter ſpirituſſanct⁹, ſicut halit⁹ hoīs ab intimis exit eius præcordijs. Rurſum de ſpūſancto loquens Chriſt⁹ apoſto
Iohan. 15 lis ſuis, apud Iohannem, ait: Cum uenerit paraclitus, quem ego mittā uobis à patre, ſpm̄ ueritatꝪ. Vbi miſſurum ſe ſpm̄ſctm̄, ꝓmittit filius, & q̊d ante ꝓmiſerat, ſuo tempore, expleuit poſt aſcenſionem. Sed quomodo ſpm̄ſctm̄ mittet fili⁹ in terras, niſi per ꝓceſſionem ęternam ſpūſſanctus etiam ab eo ꝓcedat? quemadmodū deus pater dr̄ ſpm̄ſctm̄ mittere diſcipulis Chriſti, iuxta
Iohan. 16. illud euangelij uerbum: Cum uenerit ille ſpūs ueritatꝪ, quem mittet pater in noīe meo, ille uos docebit oēm ueritatem: quia ſpūſſanctus ab eo per emanationem æternam ꝓcedit & ꝓfluit. Demum de eodem ſpūſan-

ctó ad apoſtolos Chriſtus uerba faciens, ait: Ille me
clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uo-
bis. Atqui de eo q̃d Chriſti eſt, accipere non poterit
ſpūſſanctus, niſi ab eo q̃q; diuina proceſſione intelliga
tur proficiſci, ut ab eodem & ſubſtantiam accipiat &
ſapientiam. Ex his igit̃ & compluribus alijs ſanctę ſcri
pturæ locis euadit dilucidum, ſpm̃ſanctum etiam á fi-
lio ꝓcedere, ut & ad eum recte intelligant̃ dirigi uer-
ba pro themate aſſumpta: O quàm bonus & ſuauis eſt
domine ſpiritus tuus &c.

¶ Pro ſecunda parte huius ſ̃monis declaranda, in-
uenimus in ſacris literis ſpm̃ſanctū in nonnullis ſignis
ſenſilibus fuiſſe manifeſtatum in terris, q̃uis diuina ei⁹
ſubſtantia ſit incomprehenſibilis atq; inuiſibilis. Pri-
mo ſiquidem manifeſtatus eſt in ſpecie columbæ, qñ
ſuper Chriſtum baptizatū á beato Iohanne Baptiſta
in Iordane, deſcendit corporali ſpecie ſicut columba, Matth. Marc.
& manſit ſuper eum, ut ſinguli quatuor euangeliſtæ Luc.
ſcribūt. Quare autem in ea ſpecie uiſibili, ſcilicet colū- Iohan
bæ, tunc apparuit ſpūſſanctus, potius quàm in alia q̃-
cunq;, præclare oſtendit uenerabilis Beda in homilia
Euangelij, Matthæi tertio cap. conſcripti, q̃d legitur in
octauis Epiphaniæ, in hūc modum: Bene autem ſpūs
reconciliator, in columba (q̃ multum ſimplex eſt auis)
apparuit: ut & ſuę ſcilicet naturę ſimplicitatem, ꝑ hui-
us ſpeciem animalis oſtenderet, ſpūs eñ ſanctus diſci
plinæ, effugiet fictum. & eū in quē deſcender, mãſue- Sapien
tum, mitemq; ac miſericordię ſupernę pręconem mi-
niſtrumq; doceret mūdo eſſe uenturū: ſimul & omnes
qui ſua gratia eſſent renouandi, ſimplices ac mūdicor Ibidem
des doceret ingredi, iuxta quod ſcriptum eſt: Sentite
de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quęri
te illū: q̃niam in maleuolam animam non intrabit ſa

pientia,nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Hęc ille. Et certe q̃ colũba felle careat, q̃ nullũ ore aut unguibus lędat, q̃ non carnibus,ſed terrę frugibus paſcat & ſeminibus,& cęterę eius ꝓprietates,in loco iam citato à prędicto autore adductę,dilucide ꝓdunt bonitatem & ſuauitatem diuini ſpũs, eamq́ꝫ ſymbolo quodam apte repręſentant: nec minus indicant lenitatem
Matt.11 & manſuetudinem Chriſti,in quem deſcendit in hora baptiſmi,qui mitis eſt & humilis corde. Scdo monſtratus eſt ſpũſſanctus in ſpecie nubis lucidæ,in transfiguratione Chriſti,per tres euangeliſtas,Matthęum,Marcum & Lucam conformiter deſcripta. In q̃ tres diſcipulos ad ſacrũ illud ſpectaculum admiſſos,& uoce paterna deſuper audita attonitos, obũbrauit (ut ſanctũ dicit euangeliũ) nubes lucida. Quæ (ut omnes ſentiũt expoſitorȩs) deſignabat ſpm̃ſanctũ. Et recte quidem. Nam lucida nubes & lumen miniſtrat,& æſtũ ſolis refrigerat ac mitigat. Sic ſane ſpũſſanctus & lumen gratiæ ſuæ infundit cordib' hominũ, effugatq́ꝫ tenebras erroꝝ & uitioꝝ. Simul etiam æſtus & ardores cupiditatum noſtraꝝ,iracũdiæ,auaritiæ & carnalis concupiſcentię,refrigerat ac ſedat,cæleſtiq́ꝫ temperie & rore ſuperno perfundit nos & irrigat. Vnde ſicut legimus in
Dan.3. Daniele,Angelus domini deſcendit cum tribus puerꝭ Hebræis in fornacem,& excuſſit flammam de fornace,& fecit medium fornacis quaſi uentũ roris flantem. Ita cum nos torquent incendia libidinum,aut feruor iracundiæ,aut ardor auaritiæ: ſpũſſanctus à nobis inuocatus,ut nubes fulgida & imbrifera,ſuæ gratiæ rorem inſtillabit animis noſtris,& omnes illos æſtus placide reſtinguet. Tertio manifeſtatus eſt in terris ſpiritusſanctus ſenſibili ſigno per flatum Chriſti,quo poſt reſurrectionem inſufflauit in diſcipulos ſuos, & dixit

Matth.17 Marc.9. Luc.9.

illis,ut &ſuperius eſt adductum: Accipite ſpiritum ſanctum &c. Et tunc datus eſt illis ſpũſſanctus ad remittenda hominum peccata,& ad dandam illis abſolutionem à peccatis ſuis. Sicut enim flatus ille ſenſibilis à Chriſto proceſſit in apoſtolos,ita poteſtas remittendi peccata & abſoluendi,à Chriſto & ſpirituſancto ꝑ flatum illum deſignato,profluxit in apoſtolos & eorum ſucceſſores in ea poteſtate epiſcopos & ſacerdotes,qui (ut miniſtri Chriſti) remittunt peccata & abſoluunt. Quarto denique loco manifeſtatus eſt ſpirituſſanctus uiſibiliter in ſpecie linguarum ignearum, in die pentecoſtes deſcendentium ſuper apoſtolos & diſcipulos Chriſti, ad deſignandum quòd linguarum dona tunc acceperunt,ut per totum mundum prædicarent euangelium:&quòd feruida charitate inflammati fuerunt,ad euincenda omnia huius mũdi aduerſa, quemadmodum ſancta canit eccleſia in uno hymnorum feſti pentecoſtes:

Ignis uibrante lumine,
Linguæ figuram detulit,
Verbis ut eſſent proflui
Et charitate feruidi.

Et hæc manifeſtatio ſanctiſpiritus, fuit omnium patentiſſima & apertiſſima. Nam per eam loquebantur uarijs linguis apoſtoli magnalia dei,& tam rapido diuini amoris igne ſunt accenſi, ut nec uincula, nec gladios,nec carceres, nec denique mortem ipſam pertimuerint pro fide prædicanda. Quorum exemplo & nos ita ſtudeamus ſpirituiſancto præparare in nobis habitaculum,ut demum per eum ad æterna cæli atria perueniamus. Amen. Actu.2

culo fidei,ſermo.

CHriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradi dit pro ea. Ad Epheſios quinto capite ſcri bunt hæc uerba, & nunc aſſumuntur in de clarationem noni articuli fidei, in Symbo lo apoſtolorum contenti, & à beato Iacobo minore (qui frater fuit ſanctorum apoſtolorum Simonis & Iudæ) adie cti, qui eſt hmôi: Sanctam eccleſiam catholicam, ſan ctorum communionem. In quo articulo & cæteris ſequẽ tibus uſque ad finem, intelligendum eſt ex præcedentib' uerbum Credo. Non tamen præpoſitio in, repeti de bet nec reſumi aut intelligi ad hunc articulũ, nec ad ſe quentes, ſcd̃m opiniõem multorum doctorum, ad deſignã dum quod fides principaliter reſpicit deum cui credimus, & in quem credimus tanquam cauſam & primũ reue lationis autorem: quia illa præpoſitio in, tantum de bet in profeſſione fidei apponi ad nomina diuinarum perſonarum: ut, credo in deũ patrẽ, credo in Ieſum Chri ſtum, credo in ſpm̃ſanctum. Non autem ita dicendũ, Credo in ſanctam eccleſiam: quoniam illa deus non eſt, ſed à deo. Neque dicendũ, credo in ſanctorum com munionem, quia nec ipſa deus eſt, ſed tantum à deo: & ita de cæteris articulis ſubſequẽtibus. Sed in his oĩ bus intelligendum eſt hoc uerbũ credo, cum iſto uer bo infinitiui modi eẽ: ut hic habeat ſenſus, Credo ſan ctam eccleſiam catholicam eſſe, credo ſanctorum com munionem eſſe, & ita in cæteris. Qd̃ his uerbis aſtruit beatus Cyprianus in ſuo tractatu de expoſitiõe Sym boli apoſtolorum: Non dixit hic Symbolum, in ſanctam eccleſiam, nec in remiſſionem peccatorum, nec in carnis reſurrectionem. Si eñ addidiſſet in, præpoſitionem, una eademque uis fuiſſet cum ſuperioribus, in quib' de deitate factus eſt ſmo. Cæterum in illis qdem uocabulis,

Iacob. mi.

ubi de diuinitate fides ordinat, in deum patrem dicit, & in Ieſum Chriſtum filiũ eius, & in ſpm̃ ſanctum. In cæteris uero ubi non de diuinitate,ſed de creaturis ac myſterijs ſmo eſt,in præpoſitio non addit,ut dicatur in ſanctam eccleſiam , ſed ſanctam eccleſiam credendam eſſe,non ut in deum,ſed ut eccleſiam deo congregatã. Et remiſſionẽ pctõꝝ credendã eſſe,non in remiſſionẽ pctõꝝ:et reſurrectionẽ carnis,nõ in reſurrectionẽ carnis. Hac itaq; ꝑpoſitionis ſyllaba,creator à creaturis ſecernitur, & diuina ſeparant ab humanis. Hæc Cyprianus. Porro eccleſia diffinitur eſſe tota fidelium & in Chriſto regeneratorum congregatio,quæ corpꝰ eſt Chriſti myſticum,&Chriſtus ut homo,eius caput: ſicut dicit Apoſtolus,ſcribens ad Epheſios,ꝙ deus pater dedit Chriſtum caput ſuper omnem(id eſt,totam) eccleſiam. Vnde ſicut caput in totum corpus & membra influit uim uiuificam & ſpũs uitales,&ea uegetat, & ſi quod membrum non recipit influxum uitæ à capite,eſt emortuum & minime particeps uitæ,quia nõ cohæret nec connectit apte capiti:ita à Chriſto percipiunt omẽs fideles gratiæ ſalutaris diſtributionem & communicationem:& ſi quis deſtitutus eſt illa gratię participatione,non habet nexum ſpũalem cum Chriſto capite,nec eius ſentit uegetationem myſticã. Proinde recte dictum ẽ ex beato Paulo in themate,quod Chriſtus dilexit eccleſiam , tanquam ſponſus unicam ſuam ſponſam,eximio charitatis amore,& ſeipm̃ tradidit in mortem per crucem,pro ea redimẽda atq; uiuificanda, Aue Maria,gratia plena &c.

Ephe.

Ephe.

¶Chriſtus dilexit eccleſiam,& ſeipm̃ tradidit ꝓ ea. Ex loco prius adducto ſumpta ſunt hæc uerba pro ſermonis huius themate. Qui in duas diuidetur particulas, Prima declarabit priorem noni articuli nunc ex-

plicandi partem,ſcilicet:ſanctam eccleſiam catholicā. Secunda uero poſteriorem eius partem enodabit,ſcilicet ſanctorum communionem. Pro prima parte deducenda id ſummopere conſiderandum,q in priore illa parte huius noni articuli,quæ eſt, ſanctam eccleſiam catholicam:innuuntur aliquę proprietates ſiue cōditiones ipſius eccleſiæ,quę magnam oſtendunt eius dignitatem & excellentiam.Quarum prima ē,q quoniā ſingulariter ſiue in numero ſingulari dr̄ hic eccleſiam,& non pluraliter eccleſias:denotat̄ ipſius eccleſię unitas,& q una eſt eccleſia uniuerſalis Chriſti,non plures,extra quam non ē ſalus. Et q̇cunq intra ſinū huius unius eccleſiæ continentur per fidem & bona opera,ſalui fiunt. Qui uero gremium eius derelinquunt, & extra uagantur per hęreſes,errores & ſchiſmata, ſalutem conſeq nequeunt,ſed pręcipitantur in abyſſum damnationis æternæ. Hæc autem unitas eccleſiæ,in ſacris literis & figurata eſt myſtice, & per ſpm̄ſanctum enunciata. Figurata quidem primum per arcam Noę, quæ unica erat & ſingularis,facta ad ſalutem eorum à diluuio,qui in ea conſiſtebant. Et ſoli quidem illi q in ea continebant̄, ſalui facti ſunt ab illo cataclyſmo & inundatione aquarum.Quicunq uero extra arcā erāt homines,ſimiliter beſtiæ & uolucres, perierunt ſubmerſione. Sic ſane quicūq continent ſe in ſinu eccleſię per fidem & bonos mores,ſequendo eccleſiæ inſtituta ſancta & mandata,ſunt in uia ſalutis. Et quicunq eam deſerūt per hæreſes,errores,& praua dogmata,demergunt̄ in profundum damnationis. Secundo ipa eccleſiæ unitas figurat̄ per unam domum Hebręorū, in qua
Exodi.12. (ut ſcribitur in Exodo)iuſſus eſt manducari agnus paſchalis. Cum em̄ filij Iſrael erant exituri de Aegypto, inter cætera quæ præcepit dominus per Moyſen de ri

tu manducandi agni paſchalis: & illud tunc expreſſit, ꝙ agnus ille in una domo mãducari debuit. Per quod deſignabat, ꝙ ſacratiſſimum euchariſtiæ ſacramẽtum, figuratum per illum agnum, in unitate eccleſiæ ẽ acci piendum: & non ab ijs qui ab eccleſia ſunt diuiſi per ſchiſmata, excommunicationem aut hæreſes. Tertio eadem eccleſiæ unitas figurata ẽ per domum Rahab in urbe Iericho, quæ prius occultauerat exploratores ipſius Ioſuæ, quãdo à rege Iericho quærebant ad mor tem. Et pro illa occultatione hãc habuit ſalutarem re tributionem, ꝙ qñ caperetur urbs Iericho: quicũq; pa rentes, cognati & familiares eius continerent in ipſius Rahab domo, fierent ſalui cum omnibus bonis in illa domo contentis, & non interficerent gladio. Qđ & fa ctum eſt, ut narrat ibidem ſacra hiſtoria. Per quod p̃figuratum eſt & ſignificatum, quod quicunque intra ſinum eccleſiæ ſe continent, ſaluant à gladio iræ & furoris domini. Qui uero extra eius gremium uagantur, æterna morte feriunt: ſicut omnes habitatores ur bis Iericho, exiſtentes extra domum Rahab, quando capta ẽ illa urbs à filijs Iſrael, gladio illorũ cæſi ſunt. Pro phetice uero denunciata eſt hæc unitas & ſingularitas eccleſiæ, per Salomonem in canticis, cum ait ibidem: Vna eſt columba mea, perfecta mea: una matri ſuę, ele cta genitrici ſuæ. Vbi nomine columbę, ad literam in telligit & deſignat eccleſia dei: quę etiam ſępe aliâs in ſacra ſcriptura dr̃ columba, ob ſuam ſimplicitatem & manſuetudinem, ut alibi dicit Chriſtus ſponſus ad ec cleſiam ſuam ſponſam: Surge, propera amica mea, co lũba mea, formoſa mea, & ueni. Et paulo poſt in eodẽ cap. Veni columba mea, in foraminib⁹ petrę, in cauer na macerię, & in alijs pleriſq; locis. Secũdo eccleſia in iſto articulo denominat alia ꝓprietate pręclara, cum

Ioſu. 2.
Ioſu. 6.
Canti. 6
Canti. 2
Ibidem

dicitur ſancta, id eſt, pura & munda ab omni inquinamento erroꝶ & uitioꝶ. Nō quidem, ꝙ ſemper talis fuerit, quoniam prius fuerat inquinata ſpurcitijs, & ſordibus idoloꝶ & multorum ſcelerꝶ: ſed ꝙ ab omnibus iſtis contaminationibus fuerit emundata & purificata per ſanguinem Chriſti, & ſacrū baptiſma, atq; alia eccleſiæ ſacramenta, quemadmodū teſtať Paulus apo-
Epheſ. 5. ſtolus, ita ad Epheſios ſcribēs: Viri, diligite uxores ueſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam, & ſeipſū tradidit pro ea (quod pro themate huius ſmonis ex hoc loco eſt ſumptum) mundans eam lauacro aquę in uerbo uitę, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Hęc Paulus ibidem. Et tanta quidem ſanctitatis exhuberantia, eccleſia ſic à Chriſto ſanctificata, refulget, ut nunquam poſſit ipſa tota in fide aut moribus deuiare à recto aut aberrare. Quod cum ex multis ſacrę ſcripturę locis, tum ex illo
Canti. 4. Canticoꝶ uerbo manifeſtū euadit, quod dicit Chriſt⁹ ſumma ueritas ad ipſam eccleſiā, ut ſpōſus ad ſuā dilectā ſpōſam: Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te. Cū integra autem & oīmoda pulchritudine, & cuiuſcūq; maculę carentia, quam Chriſtus perhibet ſuę eccleſię ineſſe: non ſtat aliqua deuiatio in fide aut moribus, neq; ulla à recto exorbitatio. Eſt igiť ipſa eccleſia Chriſti omnino indeuiabilis. Inſuper ipſe Chriſtus ad beatum Petrū uerba faciens de ſua eccleſia, ait: Et portę inferi non prçualebūt aduerſus eam. Portę autem inferi ſunt hęreſes & peccata, bonis aduerſantia moribus, q̄ deducūt ad inferos, & per q̄ ad ęternā damnationem fit introitus. Ex hac igiť pollicitatione Chriſti planū eſt, ꝙ eccleſia ſancta nunq̄ decumbet ad exorbitatiōem à fide & bonis moribus. Preterea aſcē

ſurus ad patrem Chriſtus, promiſit fidelibus ſuis perpetuam ſui cũ eccleſia aſſiſtẽtiam, his uerbis: Ecce ego uobiſcũ ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. Quinimo & ſe rogaturũ patrem promiſit, ut mitteret ſpm̃ſanctũ, qui maneat nobiſcũ in ęternũ. Quomodo aũt cũ hac Chriſti pręſentia ꝑpetua, et ſpiritusſancti pręſidentia ſuper eccleſiam, poſſet locũ habere in ipſa error fidei aut morum? Matth.28 Iohan.14

¶Demũ tertia eccleſię proprietas hic expreſſa, eſt ꝙ eſt catholica, id eſt, uniuerſalis: quoniam per totum orbem diſperſa atque diffuſa, omnes homines, cuiuſcũꝗ ſint nationis, regionis aut gentis, complectit, quocunq; etiam tempore ſubſtiterint. Siquidem appellatiōne gręca, eccleſia dr̃ catholica, id eſt, uniuerſalis, quia uniuerſum genus hoĩm concernit et cõtinet, q̃d ad deum per fidem conuertit. Vnde Gregorius in homilia euangelij dominicę in ſeptuageſima de Chr̃o loquẽs, ait: Qui habeat uineam, uniuerſam ſcilicet eccleſiam, quæ ab Abel iuſto uſq; ad ultimũ electum qui in fine mundi naſciturus eſt, quot ſanctos protulit, quaſi tot palmites miſit. Hęc ille. Hanc igit eccleſiam tanquam matrem noſtram ſpũalem debemus amplecti, honorare & colere: quoniam tanti eam factam audimus, ꝙ (ut in themate dictum eſt) Chriſtus dilexit eccleſiam et ſeipſum &c.

¶Pro ſecũda parte deducẽda, q̃ ſecũdam huius noni articuli declaratura eſt particulam, ſcilicet ſanctorũ communionẽ: id ante omnia eſt dinoſcendũ, ꝙ in hoc loco per ſanctorũ communionem debemus hic intelligere, ſacramentorũ eccleſię (q̃ reuera etiam ſingula, ſancta ſunt) participationem ſiue communicatiõem, ſic ꝙ per iſtam partem huius noni articuli, profitemur nos credere, eſſe in eccleſia ſanctorũ ſacramentorũ par

ticipationem atq; perceptionem, fidelibus à deo ordinatam. Quibus ſane ſacramentis, ſeptenario numero diſtinctis, & à Chriſto inſtitutis, ipſa eccleſia ſuffulta ſolidatur, muniturq́;, & uelut quibuſdam monilibus p̄ cioſis tanquam ſponſa decoratur & adornatur. Itaq; per hunc partialem fidei articulum ſummopere tenēdum, obligantur omnes fideles ad credendum, quód ſit ſacramentum baptiſmi in eccleſia, ſacramentum etiam confirmationis, euchariſtiæ, pœnitentiæ, ſacramētum itidem ordinis, matrimonij, & extremæ unctionis: quorum communione & participatione rite facta ſanctificant fideles, quiſq; pro ſuo gradu & ſtatu, atq; uniuntur deo per gratiam. Et q̄cunq; unum ex his ſeptem ſacramentis eccleſiæ, abnegat aut improbat, infidelis eſt habendus: quoniam non credit integre nec perfecte communionem ſanctorum, uti debet: & hūc articulum fidei non recipit, ad quem tamen recipiendum, à deo & à ſancta eccleſia diſtricte obligatur. Porro quamuis omnibus & ſingulis eccleſiæ ſacramentis commune ſit & conueniens nomē communionis, q̄a unumquodq; illorū unit nos quodammodo, ſcilicet p̄ gratiam, ipſi deo: tamen idem communionis nomen per quandam excellentiam peculiariter conuenit ſancto euchariſtiæ ſacramento, quod ut inter omnia ſacramenta maxime eſt ſanctum & ſanctificans, quia in ſe uere continet ſanctum ſanctorum, dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, ita & inter cætera maxime unit nos deo, per realem corporis Chriſti ſumptionem: & longe amplius nos ei coadunat, coniungit & ſociat, q̄ quodcunq; aliud ſacramentum. Dicit em̄ Chriſtus in
Iohan.6. euangelio: Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Et qui mā ducat me, ip̄e uiuet propter me. Idip̄m autē quod nūc

dicitur, comprobat ſanctus Dionyſius in tertio capit. ſui libri de eccleſiaſtica hierarchia, oſtēdens ibidem, ꝙ nomen communionis om̄ibus eccleſiæ ſacramētis cōmune, ipſi ſacramento euchariſtię, ꝓpter rationem ſupradictam excellentius & peculiariter conuenit. Cui aſtipulatur & Damaſcenꝰ in quarti ſui libri de fide orthodoxa cap. decimoquarto, dicens de ſacramento euchariſtiæ: Dr̄ & communio, & eſt reuera: quia cōmunicamus per ip̄m Chriſto, & participamus eius carnē & ſanguinē, & quia communicamus & unimur inuicem per illam. Nam quia ex uno pane participamus omnes, unum corpus Chriſti (ſcilicet myſticū) & unus ſanguis, & inuicem membra efficimur, concorporati Chriſto exiſtentes. Hæc ille. Itaqꝫ per hunc fidei articulum, quo profitemur nos credere ſanctoꝝ communionem, aſtringimur omnes etiam ad credendum præſertim, ꝙ in eccleſia eſt ſacramentum ſanctum euchariſtiæ: continens ſub ſpecie panis uerum Chriſti corpus, & ſub ſpecie uini precioſum eius ſanguinē, & ſub unoquoqꝫ iſtorum eſt & diuinitas & anima Chriſti & corpus eius & ſanguis. Et qui hoc negat ſacramentū, infidelis eſt, & negans hunc fidei articulum. Studeamus igitur omnes ſanctorum communionem ita credere & hic percipere, ut tandem ad æternæ gloriæ cōmunionem ualeamus peruenire. Amen.

DE DECIMO ARTICVLO fidei, ſermo.

REmittuntur uobis peccata ueſtra propter nomen eius, ſcilicet Chriſti, de quo ſuperior factus eſt ſmo. Ex primæ epiſtolæ canonicæ beati Iohannis apoſtoli, ſecundo cap. deprompta ſunt hęc uer

S.Simon ba, in declarationem decimi articuli fidei, in ſymbolo apoſtolorum contenti, & à beato Simone adiecti: qui eſt, Remiſſionem peccatorum. Per quem articulum quiſq; fidelium profitetur ſe credere, remiſſionem peccatorum eſſe in eccleſia ex dei miſericordia: qui lõge pronior eſt ad miſerẽdum & dandam ueniam peccatorum, quàm ad damnandum & iudicandum peccatores. Hęc autem peccatorum remiſſio, primarie & præcipue à deo emanat, tanquam primo autore hui' beneficij in homines ex ſua bonitate: & qui per uirtutem ſuam immenſam, habet poteſtatem om̃imodam relaxandi peccata, ſicut per Iſaiam prophetam conteſtatur, dicẽs: Ego ſum, ego ſum ipẽ, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nõ recordabor. Et præſertim ex bona dei uoluntate, & beneficentiſſima in homines eius bonitate, proficiſcitur hęc promptitudo & gratia remittendi hominum peccata, tanquam ex huberrimo quodam fonte benignitatis. Quod ipẽ deus per Iezechielem loquens, ſic affirmat: Nunquid uoluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus deus, & non ut conuertatur à uijs ſuis, & uiuat? Et paulo poſt in eodem loco: Et quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem peccatoris, dicit dominus deus. Reuertimini & uiuite. Quinimo ſicut bonus & benignus medicus, maxime om̃ium affectat ſanitatem ægroti: & pro uiribus elaborat, ut reſtituat ipſi languido integram incolumitatem: ita & deus ipẽ pientiſſimus animarum medicus, uult om̃es homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, & exinde ad dandam peccatorum remiſſionem tanquam congruam medicinam maxime eſt propenſus. Neq; ſolũ adeſt ipſi deo hæc optima uoluntas remittendi peccata hominum, ſed etiam om̃imoda poteſtas præſtandi

Iſai. 43

Iezech. 18.

Ibidem.

1. Timo. 2

hoc gratiæ donum. Sicut enim nullum fuit morborũ genus, quod ſolo uerbo Chriſtus non curauerit, cum diuerſaretur in terris, q̃ & mortuos ſolo uocis imperio reuocauit ad uitam, cæcos illuminauit, ſurdos fecit audire & mutos loqui, leproſosq́ mundauit: ita nullũ eſt peccatorum genus uſq; adeo horrendũ, & tam frequenter repetitum, quod non aboleat dei miſericordia immenſa. Quam ita magnificat ipſe propheta in Pſalmo, loquens de deo. Qui propiciatur om̃ibus iniquitatibus tuis, q̃ ſanat om̃es infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam, q̃ coronat te in miſericordia & miſeratiõibus. Et paulo poſt in eodem Pſalmo: Quantum diſtat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniq̃tates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe, quoniã ipſe cognouit figmentum noſtrum. Neq; ſine cauſa ad iectum eſt in themate, ꝙ hominibus remittuntur peccata propter Chriſti nomen: quoniam ip̃m conſtituit deus mediatorem dei & hominũ, & aduocatum ꝓ nobis, ut in nomine eius petentes peccata noſtra remitti, nunquam patiamur repulſam. Quemadmodũ ipſe Chriſtus in euangelio poſt reſurrectionem ſuam dixit diſcipulis ſuis, ꝙ oporteat in nomine eius prædicari pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in om̃es gentes. Et in actibus apoſtolorũ dicit beatus Petrus, ꝙ in nomine eius debent om̃es remiſſionem peccatorũ accipere. Quod & beatus Iohannes confirmat in prima ſua ep̄la canonica, dicẽs: Sed & ſi q̃s peccauerit, ad uocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtũ: & ip̃e eſt propiciatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris aũt tantũ, ſed etiam pro totius mundi. Hæc autem om̃ia debent nobis ſuggerere firmã fidutiam cõſequendi remiſſionem peccatorum in hoc articulo ꝓ

Pſal. 102.
Ibidem.
1. Johã. 2
Lucę. 24.
Actu. 2.
1. Johã. 2

poſitam: Aue Maria gratia plena &c.

Joh. 1. ¶ Remittũtur uobis peccata ueſtra propter nomē eius. Ex loco ſupius adducto deſumpta ſunt hæc uerba pro præſentis ſmonis themate. Qui in duas diuidetur particulas. Prima oſtendet, quomodo & quib' uijs pctõꝝ remiſſio nobis cõceditur. Scda, quõ nos diſponere debemus ad conſequendam peccatorũ remiſſionem. Pro prima parte declaranda in primis eſt præmittendũ, duos eſſe pernicioſos errores contra hunc articulũ remiſſionis peccatoꝝ. Primus eſt eoꝝ, q putant magnitudinem & multitudinem ſuorum peccatorum tantam eſſe, ut nunq̃ illoꝝ remiſſionem conſeq poſſint. In quã exiſtimationem inducunt à ſathana, inijciente illis laqueum deſperationis, ita ut quiſq; eorũ dicat cum Cain: Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ue-

Gene. 4. niam merear. Veꝝ qui illa agitantur tentatione, protinus ſe debent conuertere ad conſiderationem magnitudinis diuinæ miſericordiæ, quæ longe eſt copioſior q̃ quæcunq; hoīm iniquitas. Quamuis eñ ſup numeꝝ arenæ maris & guttaꝝ totius æquoris, & ſtellaꝝ cæli atque capillos capitis, eſſent alicuius multiplicata peccata, adhuc tamen non debet diffidere de obtinenda peccatoꝝ ſuoꝝ remiſſione: quoniã omia illa peccata quantumcunq; multa & magna, ſunt finita, & certo quodã numero, licet nobis incognito, comprehendunt. Miſericordia autē domini, immenſa eſt & infinita atq; copioſior, idcirco numeroſior, q̃ quæcunq; iniquitas humana. Ex iſto autē immenſo diuinæ miſericordiæ pelago procedit (ut iã dictũ eſt) beneficium remiſſionis peccatoꝝ: ex quo quantũcunq; haurias, nunq̃ totum illud mare poteris exhaurire & euacuare: infinitũ eñ eſt, & inexhauſtũ ſemper manet. Eſt eñ deus (ut ſancta canit eccleſia) cuius miſericordiæ non ē nu-

merus. Ad hunc igitur ſalutarem fontẽ miſericordiæ alacriter accurrant omẽs, quoniã efficax eſt & potens ad omẽs maculas peccatorũ à nobis detergẽdas. Nẽpe in hoc fonte ablutus eſt Dauid à grauibus ſuis peccatis, & Manaſſes rex Iuda, à ſpurcitijs & inquinamentis ſuis. In eodẽ quoq; fonte & Maria Magdalena, q̃ fuerat in ciuitate peccatrix, effecta eſt tota mũda: & beati Petrus & Paulus etiam emundati ſunt à ſuis culpis, & in uniuerſum omẽs, qui poſt uitiorũ ſordes redierunt ad gratiã. Hic deniq; eſt fons uiuus, & fons aquæ uiuæ ſalientis in uitã æternã. Secundus error male ſentientiũ de remiſſione pctõrũ, eſt eorũ, qui dicũt prolapſos poſt baptiſmũ in aliquod graue pctm̃, non amplius eſſe recipiendos ad pœnitentiã: nec eis eſſe locũ ueniæ apud deũ, nec ipſos eſſe poſſe participes remiſſionis pctõrũ. Et hi uocantur Nouatiani, ſic dicti à primo illius erroris & hæreſis autore Nouato, qui uoluit apoſtolicã ſedẽ inuadere cõtra ſanctũ Corneliũ. Sed reiectus à ſummo pontificatu iudicio eccleſiæ, ſuſcitauit hanc hæreſim, q poſt baptiſmũ prolapſis nõ datur remiſſio peccatorũ à deo. Verũ hæc praua Nouati & aſſectatorum eius doctrina, nititur occludere huberrimũ fontẽ diuinæ miſericordiæ pctõribus, ex diuina tamen benignitate ſemper & ubiq; omñibus patentẽ. Clamat em̃ ipſe pater miſericordiarũ & deus totius conſolationis ad nos per Iezechielẽ prophetã: Quacunq; hora ingemuerit peccator, omñium pctõrũ eius non recordabor. Et per Ieremiã ad animã multis irretitã peccatis & ſæpius relapſam, ut eam reuocet in uiã rectã, ait: Tu autẽ fornicata es cũ amatoribus multis, attñ reuertere ad me, & ſuſcipiam te. Inſuper beato Petro interroganti apud Matth. an ipſe fratri peccanti deberet dimittere uſque ſepties, rñdit dñs: Non dico tibi uſq; ſepties, ſed

2. Reg. 12

& 24.

2. Par. 33.

Luc. 7.

Iezech. 1

Ierem. 3

Matth. 1

uſq; ſeptuagies ſepties, id eſt, toties quoties contigerit pctõrem duci pœnitudine ſuoꝶ pctõꝶ, etiã ſi millies
Reg. 12. 14. in eadẽ aut diuerſa ſit relapſus peccata. Sed nonne David poſt impetratã remiſſionẽ de adulterio & homicidio à ſe perpetrato, incidit poſtea in pctm̃ ſuperbię et elationis, cũ iuſſit totũ ſui regni populũ numerari? et illius tñ peccati impetrauit ueniã etiã à deo: ut ultimũ caput ſecũdi libri Regũ enarrat. Ex quo ſumitur efficax argumentũ, q deus nunq̃ claudit gremiũ miſericordię ſuæ etiã ſæpius relapſis, dũmodo ex toto corde ad eũ conuertantur. Neq; debet quiſq̃ ponere menſurã, aut certã metã conſtituere diuinæ miſerationi, ſicut faciunt Nouatiani, qui ſuperba appellatione ſe catharos (id eſt, mundos) uocabant, quaſi poſt baptiſmũ ſuſceptũ in nullũ incidiſſent pctm̃, cũ tñ grauiſſimo laborarent uitio hæreſis et ſchiſmatis. Porro ad conſequẽdã pctõꝶ remiſſionẽ, beatus Auguſtinus in primo libro de ſymbolo ad catechumenos, cap. ſexto, tres uias exprimit multũ conuenientes et accõmodas, cũ ait ibidẽ: Propter om̃ia peccata baptiſmus inuentus eſt: propter leuia, ſine quibus eſſe non poſſumus, oratio inuenta. Quid habet oratio? Dimitte nobis debita noſtra, ſicut et nos dimittimus debitorib⁹ noſtris. Semel abluimur baptiſmate, quotidie abluimur oratiõe. Sed nolite illa cõmittere, pro quibus neceſſe eſt ut à Chriſti corpore ſeparemur, quod abſit à uobis. Illi eñ quos uidetis pœnitentiã agere, ſcelera cõmiſerunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania: inde agunt pœnitentiã. Nã ſi leuia peccata ipſoꝶ eſſent, hęc quotidiana oratio delendo ſufficeret. Ergo tribus modis dimittũtur peccata in eccleſia: in baptiſmate, in oratione, in humilitate maioris pœnitentiæ. Hæc Auguſtinus ibidẽ. In quibus uerbis idẽ ſanctus doctor tres uias aperit et mo-

dos,quibus hoĩes conſequuntur remiſſionem pctõꝝ. Primus modus eſt p baptiſmũ, cuius ſuſceptiõe om̃ia peccata prius contracta abolentur,non ſolũ origina le pctm̃ ex ipa natiuitate à parẽtibus cõtractũ,ſed etiã oĩa pctã actualia ſiue uenialia ſiue mortalia,añ baptiſmũ cõmiſſa.Et hęc oĩa pctã remittũt his q baptiſmũ ſuſcipiũt,nõ ſolũ quãtũ ad culpã et maculã animæ:ſed etiã quantũ ad om̃em pœnã pro illis peccatis ex diuinæ iuſtitiæ legibus debitã, ſic q; om̃is illa pœna ſimul cũ culpa aboletur uirtute paſſionis dominicæ, ex qua baptiſmus ſuã ſumit om̃imodã efficaciã. Et hæc eſt pfectiſſima et cõpletiſſima pctõꝝ remiſſio, quantũ ſcilicet ad culpã et pœnã:ut non ſine cauſa dictũ ſit in ſymbolo Niceno,quod in officio miſſæ poſt euangeliũ decantatur,ex inſtituto eccleſiaſtico: Confiteor unũ baptiſma in remiſſionẽ pctõrũ. Secũdus aũt mod⁹ cõſequendi remiſſionem pctõꝝ,à beato Auguſtino ſuperius aſſignatus, eſt per deuotã prolationẽ oratiõis dominicæ,præſertim quantũ ad illã particulã,Et dimitte nobis debita noſtra,ſicut et nos dimittimus debitorib⁹ noſtris.Per quã leuia et uenialia peccata, ſine quibus hæc uita non poteſt agi,abolentur:ſicut et per ſuſceptionẽ aquæ benedictæ,per confeſſionẽ generalem in principio miſſæ,per benedictionẽ epiſcopi, per tunſionẽ pectoris cũ hac oratione: Deus,propicius eſto mihi pctõri,et alijs pijs obſequijs,deo ex hũilitate cordis exhibitis. Tertius uero modus conſequendi remiſſionẽ pctõꝝ,eſt per confeſſionẽ ſacramentalẽ ſacerdoti factã,et ſatisfactionẽ illi ſubiunctã in foro pœnitentiæ.Et hic modus eſt pro grauibus et mortalibus peccatis,poſt baptiſmũ perpetratis contra dei præcepta, indigentibus ſatisfactoria pœnitentia etiã magna ad eoꝝ expiationẽ,Et in his duobus poſtremis modis ſę Luc. 18.

pe habet remiſſio pĉtõꝝ quantũ ad culpã, non tamen ſimul quantũ ad pœnã: quoniã pro pœna poſtea ẽ ſatisfaciendũ per bona opera. Ex quibus conſtat nec id eſſe, quod pro themate eſt aſſumptum: Remittuntur uobis peccata ueſtra etc.

¶ Pro ſecunda parte deducenda, quæ declaratura eſt quomodo nos diſponere debeamus ad obtinendã pĉtõꝝ remiſſionẽ: id noſcere debent om̃es, ꝙ ad cõſequendũ ſanitatis beneficiũ in ęgroto, non ſufficit peritia, ars, & induſtria medici, ordinantis quæ ſunt utilia ad recuperandã ſanitatẽ: ſed inſuper requiritur ipſius ægroti ſolicitudo & cura, ꝙ diſpoſitũ ſe reddat et ſolicitũ ad reparationẽ ſuæ ſanitatis: ꝙ aduocet medicũ, obediat ei, et faciat quæ ordinauerit medicus. Ita ad ſanandos animi morbos per remiſſionẽ pĉtõꝝ, quæ ẽ efficaciſſima medicina tollens om̃em mentis languorẽ, non ſufficit ꝙ deus ipẽ (qui eſt optimus animæ medicus) ſit paratiſſim⁹ et om̃ino prõptus ad exhibendã illã medicinã: ſed pterea neceſſariũ ẽ, ꝙ pĉtõr ſe pparet et diſponat ad huiuſmodi medicinã rite ſuſcipiendã: ut qui ſponte ſua et uoluntarie contraxit morbũ pĉtĩ, etiã ultro et libenter atq; ſolicite perquirat antidotũ et medelã cõtra hunc languorẽ. Quoniã ut ait beatus Auguſtinus ad unũquenq; noſtrũ: Qui creauit te ſine te, nõ iuſtificabit te ſine te. Itaq; ut quis recte diſponatur ad obtinendã pĉtõꝝ remiſſionẽ, primũ requirit ſedula diligentia ad eã à deo petendã ſyncero mentis affectu et deuota oratione, cũ propoſito emendationis uitæ in futurũ: et diſplicentia uitæ pteritæ in pĉtis trãſactæ: quoniã (ut autor eſt beatus Auguſtinus) quẽ ueteris uitæ non pœnitet, nouã non poteſt inchoare. Neq; ſi quis piculoſo et graui morbo corpori laboraret, minante interitũ ægroto niſi mature ei ſuccurratur, ille cũ om̃i diligentia curaret aduocari medicũ, et reme

diū ſine aliqua cunctatione adhiberi morbo lœtifero, nec id procraſtinaret negocium. Quod igitur impigre faciunt homines pro moribundo et mortali corpore, cur idē non agunt pro anima immortali et imagine dei inſignita, quando lœtaliter eſt pc̄tis ſauciata? Om̄i itaq; mora poſthabita, debet pc̄tor à deo aſſidue et ſedulo petere remiſſionē pc̄toꝝ, quia ille unus et ſolus eſt medicus, qui languenti animæ poteſt illud medicamentū adhibere. Clamate itaq; indefeſſe ad deū: Vide humilitatē meā et laborē meū, et dimitte uniuerſa delicta mea. Auerte faciē tuā à pc̄tis meis, et om̄es iniquitates meas dele. Ego dixi, dn̄e miſerere mei: ſana animā meā, quia peccaui tibi. et conſimiles preces dicat, in pſalmis paſſim contentas. Secundo requirit, q̄ pc̄tor om̄ium pc̄toꝝ ſuoꝝ ſimul remiſſionē petat, et non aliquoꝝ ſolū, aliis retentis: in quibus adhuc uelit perſeuerare. Nā deus ip̄e nunquā unum pc̄tm̄ ſine aliis etiā om̄ibus dimittet, teſte beato Auguſtino, q dicit impiū eſſe et nefariū, à deo dimidiā ſperare ueniā: cū quoſcunq; ipſe ſanauerit ſecundum corpus, om̄ino et integre ſanauerit, nullo prorſus relicto morbo. Et à Maria Magdalena non ſex eiecit dæmonia, uno relicto, ſed ſeptē eiecit, q̊t dæmoniis uexata fuerat. Et ab homine legionē dæmonum in ſe habēte, totam expulit legionē, et ne unum quidē ex tanta multitudine in eo dæmonium reliquit, ut oſtenderet ſe integre uelle hominibus leuamen et gratiā præſtare. Quod ſi quis quinq; haberet uulnera lœtifera corpori ſuo illata, q̊rum quatuor ſanari curaret à chirurgico, et quintum omnino negligeret, nullamq; illi adhiberet curā: quid illi prodeſſet illoꝝ quatuor uulneꝝ curatio? nonne ex quinto illo uulnere ſic neglecto tandem interiret? Ita ſane om̄ium debemus pc̄toꝝ noſtroꝝ à deo remiſſionē expetere, ſicut paulo ante ex libro pſalmoꝝ dictū

Pſalm. Pſalm. Pſalm. Mar. 1 Matth. Marc. Luc. 8

Pſalm.24. eſt:Dimitte uniuerſa delicta mea,& om̄es iniquitates
Pſalm.50. meas dele. quoniam ipſe deus uel omnium nobis dabit remiſſionem pc̄tōrum,uel nullum om̄ino dimittet nobis pc̄tm̄, neq; unquam remittet unū ſine alijs peccatis. Tertio deniq; ad obtinendam pc̄tōrum remiſſionem à deo,requiritur diligens cautela,& firmum etiam propoſitum non relabendi in pc̄tā,quorum remiſſionem expetit. quemadmodum ægrotus ad conualeſcētiam tendens,debet adhibere magnam cuſtodiam,ne poſt recuperatam ſanitatem relabatur in morbū priſtinum:quoniam relapſus ille deterior eſt priore morbo,& ſæpe deducit ad mortem. Sic & Chriſtus poſtq̄ dixit de homine ſanato à dæmonio, q̄ ſpūs ille immūdus aſſumpſit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe,& ingreſſi rurſum illum hominem inhabitabant ibi,ſubiūgit:Et fiunt nouiſſima illius peiora prioribus. Audien-
Matth.12. dus itaq; nobis eſt ſedulo Eccleſiaſticus,dicēs:Fili,pec-
Eccle.21. caſti?non adijcias iterum . ſed & de priſtinis deprecare,ut tibi dimittantur. Et ſic facientes,conſequemur remiſſionem peccatorum , & deniq; uitam æternam. Amen.

DE VNDECIMO ARTICVLO fidei,ſermo.

OMnes quidem reſurgemus. In primę epiſtolæ ad Corinthios cap.decimoquinto ſcribuntur hæc uerba in declarationem undecimi articuli fidei, in ſymbolo apoſtolorum contenti, & à beato Iuda Tha-
Thad. dæo apoſtolo adiecti: qui eſt huiuſmodi, Carnis reſurrectionem. In quo articulo profitemur nos credere futuram eſſe carnis (id eſt,corporum noſtrorum) reſurrectionē in nouiſſimo die & cōſummatione ſeculi. Si-

gnanter enim in hoc articulo adiungitur id nomē car nis,ad inſinuandum ꝙ reſurrectio ipſa noſtrorum erit corporum,&non animarum noſtrarum:ſi proprie lo quendum ſit, quãuis ipſa corpora ſine ſuis animabus nequaquã reſurgẽt. Nam reſurrectio proprie eſt eius quod mortuum fuit,ad uitam reuocatio. Anima autẽ noſtra quando per mortem naturę ſeparatur à corpo re,non interit ſecundum ſuam eſſentiam &ſubſtanti-am, ſed permanet ſuperſtes etiam poſt ſeparationem à corpore,cum ſit ſecundum ſuam naturam immorta lis,ſicut teſtatur dominus noſter cum ait ad diſcipulos ſuos:Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autem non poſſunt occidere. Et in Pſalmo dicit Pro- Matth. Pſalm. pheta de iuſtis: Viuent corda(id eſt,animæ) eorum in ſeculum ſeculi.Et in libro Sapientiæ dicitur:Iuſtorũ au Sapien tem animæ in manu dei ſunt, & non tanget illos tor-mentũ mortis.Quomodo autem eſſent animæ iuſto-rum in manu dei,ſi ipſæ ſimul interirent cum ſuis cor poribus?Itaq; ſolum corpus noſtrum ſiue caro noſtra morte interit & emoritur, atq; diſſoluitur ſecundum ſubſtantiam ſuam per mortem,atq; redigitur in pulue rem, ſecundum dei ſententiam prolatam in Adam & Gen. in totam ſuam poſteritatem:Quoniam puluis es,&in puluerem reuerteris.Non igitur dicuntur proprie ani mæ noſtræ reſurgere, quoniam non præceſſit earum mors: ſed corpora noſtra emortua rurſum ad uitã ſuſ citabuntur & reſurgent,ſuis tamen animabus iterum unita,quoniam ſine animabus nulla reſurgent corpo ra.Idcirco ad denotandum ꝙ reſurrectio ipſa proprie ipſorum erit noſtrorum corporum,adiunctum eſt in hoc articulo,carnis reſurrectionem.Ipſa autem carnis reſurrectio,eadem eſt quę in ſymbolo Niceno dicitur reſurrectio mortuorum:quoniam ratiõe ſuorum cor

porum ipſi homines mortui etiam dicentur reſurge-re, quoniam poſt mortem reuocabunt ad uitam, p ite ratã ſuarũ animarũ ad ppria corpora coniũctionem & unionem. Porro quod in themate ex beato Paulo dicitur, nos omnes reſurrecturos: intelligendum eſt de ijs, in quibus non eſt cõpleta reſurrectio & iam facta. Nam qui per ſpecialem gratiã & prærogatiuam iam reſurrexerunt ad uitam immortalem & perpetuã, nõ ſunt iterum in fine mundi reſurrecturi: ut Chriſtus dominus noſter, & ſacratiſſima eius mater uirgo Maria, quæ in corpore iam glorificato & anima, cæleſtibus atrijs eſt inuecta, & in ſedibus regnat æthereis, quemadmodum pie confitet & teſtatur eccleſia in hac oratione de eius aſſumptione: Veneranda nobis domine huius diei ſolennitas opem conferat ſalutarem, in qua ſancta dei genitrix mortem ſubijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: id eſt, non potuit in morte detineri, nec corpus eius uinculo mortis ppetuo colligari, quia rurſum paulo poſt reſuſcitatũ eſt ad uitam perpetuam: & per hoc ipſa beata uirgo quæ autorem uitæ peperit, mortis nexibus eſt abſoluta & liberata. Similiter ſancti patres qui cum Chriſto reſur-
Math. 27 rexerunt, ut teſtatur Matthæus, credũtur reſurrexiſſe ad uitam immortalem, neq; poſtea ſubijſſe mortẽ ſecũdum opinionem aliquorum doctorum: quoniam (ut ait Gregorius in homilia euãgelij, quod legitur in die ſancto paſchæ) ipſi non fuiſſent ueri teſtes reſurrectionis Chriſti, ſi nõ etiam reſurrexiſſent ad uitam immortalem, ſicut ipſe Chriſtus. Iſti ergo, & ſi qui alij tales ſunt (ut & de beato Iohanne euangeliſta nonnulli ſentiũt) non reſurgent iterũ, quia iam ſemel reſurrexerunt ad uitam æternam. Aue Maria gratia plena &c.

Cor. 15. ¶Omnes quidem reſurgemus, Ex loco prius citato

deprompta ſunt hæc uerba,in materiam præſentis ſermonis de reſurrectione mortuorum. Qui in duas diuidetur particulas. Prima, ipſam mortuorum reſurrectionem multipliciter comprobabit. Secunda,qualitatem & conditionem reſurgentium paucis declarabit. Pro prima parte deducēda id in primis eſt præmittendum, ꝙ in principio naſcentis eccleſiæ magna fuit difficultas inducendi animos hominum in credulitatem iſtius articuli, de reſurrectione futura mortuoꝝ. Nam ipſi diſcipuli Chriſti,qui ſæpius ab ipſo ante ſuam paſſionem audiuerant,ꝙ tertia die poſt paſſionē reſurgeret à mortuis,poſtquam iam ſurrexerat,& eis ſe exhibuit rediuiuum: ualde tardi fuerunt & difficiles ad credēdum eius reſurrectionem, ut aliquos eoꝝ & ſtultos & tardos corde ad credendum appellauerit: & aſcenſurus in cælum, exprobrauerit incredulitatem illoꝝ & duritiam cordis. Proinde ꝑ quadraginta dies ſeipm̄ p̄buit eis uiuum in multiꝫ argumentis,ut firmiꝰ radicaret in mentibus eoꝝ fidem de ſua reſurrectiōe. Similiter cum beatus Paulus Athenis in areopago p̄dicaſſet Chriſtum,& inter cætera annunciaſſet aſſiſtētibus,ꝙ deus ſuſcitauerat Chriſtum à mortuis: cum audiſſent quidam ex eis reſurrectionem mortuoꝝ, palā & publice (ut refert beatus Lucas) irridebant beatum Paulum,tanquam p̄dicantem aliquid friuolum & uanum,quia exiſtimabāt id factu eſſe impoſſibile,quòd mortui reſurgerent ad uitam immortalem, innitētes illi dicto Philoſophi,ꝙ impoſſibile eſt,corruptum idē numero redire ad exiſtentiam. Quod intelligit Ariſtoteles de impoſſibilitate naturali: quia illud natura fieri nequaquam poteſt,ꝙ ſemel corruptum reuertat̃ iterum in nouam exiſtentiam. Secundum diuinam uero uirtutem (cui nihil difficile eſt, & nihil impoſſibile) id

Luce.24
Marc 16.
Actu.1
Actu.17

poſſibile eſt, ꝙ corruptum idem numero reuertaẗ ad eſſe & ad ſubſiſtentiam. Ipſa autem mortuoꝝ reſurrectio quam pdicamus, diuina fit uirtute. Ad ſtabiliendam igitur & corroborandam fidem huius articuli de mortuoꝝ reſurrectiõe, ipſa & ueteris & noui teſtamẽti multiplici teſtimonio eſt corroboranda. Et primũ
Iſaię.26 p illud uerbum Iſaię: Viuent mortui tui, interfecti mei reſurgẽt. Expgiſcimini & laudate qui habitatis in puluere. ubi de mortuis, imo & ad mortuos loquẽs, eoꝝ reſurrectionem uocat expgefactionem, ſicut & hominum mortem ſcriptura plerunq; appellat dormitionem ſiue obdormitionem, quemadmodum in illo lo
Pſalm.40. co pſalmi: Nunquid qui dormit, non adijciet ut reſurgat? quod etiam eſt ualidum teſtimonium de futura mortuoꝝ reſurrectione. Sicut enim naturaliẗ dormitionem ſequiẗ excitatio à ſomno, ita mortem hominũ
Ezec.3. ſubſecutura eſt reſurrectio. Inſup apud Iezechielẽ poſt deſcriptam gñalis hominum reſurrectionis formam & modum, hęc ſubiũguntur uerba domini ad homines: Hæc dicit dominus deus, Ecce ego apiam tumulos ueſtros, & educam uos de ſepulchris ueſtris populus meus, & inducam uos in terram Iſrael: & ſcietis quia ego dominus, cũ apuero ſepulchra ueſtra, & eduxero uos de tumulis ueſtris popule meus: & dedero ſpm̃ meũ in uobis, & uixeritis: & requieſcere uos faciam ſup humum ueſtram. Præterea, Daniel teſtificaẗ eandem ue
Danie.12 ritatem, dicens: Et multi de ijs qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in uitam æternam, alij in opprobrium ſempiternum. Vbi particula multi, tantundẽ ualet ſicut omẽs, quemadmodum & in pleriſq; alijs ſacræ ſcripturæ locis. Non enim aliquoꝝ dormientium in terræ puluere, erit reſurrectio, & aliquoꝝ non, ſed omium in uniuerſum. Ad hæc Iob aptiſſimum pfert

de futura reſurrectiōe teſtimonium,cum ait de ſeipõ: Scio eñ ꝙ redemptor meus uiuit,& in nouiſſimo die Iob.19 de terra ſurrecturus ſum:& rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo deum ſaluatorem meũ. Quem uiſurus ſum ego ipſe,& oculi mei conſpecturi ſunt,& non alius, Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quid hoc teſtimonio aptius aut certius adduci poteſt?Sunt & in Pſalmis & alijs libris ueteris paginæ teſtimonia complura idem atteſtãtia,Quæ cauſa bre uitatis ꝑtermittentes,ad nouum tranſimus teſtamentum,ut ex eo etiam eiuſdem rei ꝓferamus teſtificationem.Et primum in euangelio dominus noſter futurã comprobat reſurrectionem contra Saducæos eam negantes,cum ait apud Matthæũ: In reſurrectione neꝗ nubẽt,neꝗ nubent̃:ſed erũt ſicut angeli dei in cælo.Et Matth. apud Lucam contra eoſdem ait Chriſtus: Filij huius Luc.20 ſeculi nubunt & traduntur ad nuptias.Illi uero qui digni habebunt̃ ſeculo illo & reſurrectione ex mortuis, neꝗ nubent,neꝗ ducent uxores,neꝗ ultra mori poterunt. Aequales enim angelis ſunt:& filij ſunt dei,cum ſint filij reſurrectionis.Inſuꝑ apud Iohannem dixit do Iohã.5 minus ipſe Iudæis:Nolite mirari hoc:quia uenit hora, in qua oẽs qui in monumentis ſunt, audient uocem filij dei:&ꝓcedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem uitæ:qui uero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Sed & beatus Paulus in prima ad Corinthios epiſtola multis argumentis aſtruit futurã oĩum hominum reſurrectionem: & primum ipſius Chriſti exẽ 1.Cor.15 plo,qui reſurrexit à mortuis,ut nos etiã à morte reſurrecturos eẽ in ſe comprobaret. Inquit eñ ibidem Paulus: Si eñ Chriſtus ꝑdicat̃ ꝙ reſurrexit à mortuis, quomodo quidã dicunt in uobis,quoniã reſurrectio mortuorꝫ non eſt?Si autem reſurrectio mortuorꝫ non eſt,

neq; Chriſtus reſurrexit. Si aũt Chriſtus nõ reſurrexit, inanis eſt ꝑdicatio noſtra, inanis ẽ & fides ueſtra. Et reliqua, in eãdem ſententiã continuo conſequentia. Quibus concordat Auguſtinus, in fine primi libri de ſymbolo ad catechumenos dicens: Credimus etiã reſurrectionem carnis, quæ ꝓceſſit in capite. Caput eccleſiæ, Chriſtus: eccleſia, corpus Chriſti. Caput noſtrũ ſurrexit, aſcendit in cælũ. Vbi caput, illic & membra. Hæc ille. Eodem quoq; in loco, ꝑ naturalẽ quandam ſimilitudinem de grano in terram iacto, declarat Apoſtolus futuram reſurrectionẽ: quoniã ſicut nudũ granum tritici uel hordei ſeminat̃ in terra, & ibi mortuũ fit atq; corrumpit̃, ſurgit tamen ex eo multiplex fructus & copia grani uiuentis, & ueſtiti palea, & culmo ſubnixi: ita corpus hominis mortuũ imponit̃ terræ, & reſoluit̃ in puluerẽ, diuina uero uirtute idem reſuſcitabit̃ integrũ & immortale in conſummatione ſeculi. Eodẽ etiã
1.Cor.15. in capite quomodo ſit futura mortuorum reſurrectio, non ſubticet, cũ ſcribit eã eſſe futuram in momento et in ictu oculi & in nouiſſima tuba. Canet enim (inqt) tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Deniq; in prima
1.Theſ.4. ad Theſſalonicenſes epiſtola, eandem aſtruit reſurrectionis fidem, dicens: Si enim credimus ꝙ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & deus eos qui dormierũt, ꝑ Ieſum adducet cum eo. Et paulo poſt: Quoniam ipſe dominus in iuſſu & in uoce archangeli & in tuba dei deſcendet de cælo. Et reliqua ſequentia. Ex quibus omibus cõſtat id uerum eſſe, quod in themate eſt aſſumptũ: Omnes quidem &c.

¶Pro ſecunda parte deducenda, quæ declaratura ẽ ſecundum conſtitutum prius ordinem, qualitatem & conditionem reſurgentiũ: id ſcire primũ oportet, ꝙ duæ ſunt qualitates ſiue ꝓprietates eorum qui reſurgẽt, & bo

nis & malis communes. Prima eſt immortalitas:quo niam tam iuſti quàm iniuſti reſurgẽt in anima & cor pore immortali, et nunquã poſtea mortẽ ſentiẽt, nec mori poterunt. Iuſti quidẽ, ut immarceſcibilẽ in corpo re et anima ꝑcipiant gloriam regni cæleſtis: iniuſti ue- ro, ut ꝑpetuã ſuſtineant pœnam et interminabilẽ in ge hẽna ignis. Et tunc (ut ait beatus Iohannes in Apoca lypſi) optabunt ipſi mori, ut tã grauia euadant ꝑ mor tẽ ſupplicia: ſed mors fugiet ab eis, ut ꝑpetuo ꝑdurent in pœna et ſine fine. Quod et Auguſtinus aſtruit in 3, lib. de ſymbolo ad catechumenos, dicẽs: Reſurgẽt bo ni, reſurgẽt mali: ſed boni, ut ſempiterna beatitudine ꝑfruant: mali, ut ꝑpetuo igne puniant. Ibi diſcernet fi- delis ab infideli, ut accipiat fides ꝓmium, et ꝑfidia ſup plicij obtineat locum. Hæc ibi. Secunda ꝓprietas futu ra; communis et bonis et malis, eſt incorruptio, id ẽ, integritas om̃ium mẽbroꝝ corporis, ſine ulla futura eoꝝ conſumptione aut diminutiõe. Nam (ut ait Apo ſtolus) mortui reſurgẽt incorrupti. Et boni quidẽ illã 1. Cor. 1 habebunt incorruptionẽ, ut ſicut eoꝝ membra fuerũt inſtrumẽta uirtutum in hac uita, ita et ſingula retribu tionẽ gloriæ æternæ atq; ꝓmium ſuum habeant in cæ leſti regno. Mali uero reſurgẽt incorrupti, ut ſicut mẽ bra ſuoꝝ corpoꝝ exhibuerunt in miniſterium immũ ditiæ et iniquitatum: ita in illis recipiant retributionẽ ſuoꝝ maloꝝ, et puniãt in inferno ęterno ſupplicio: ſic ꝙ neq; ꝑ ignem æternum, neq; tormenta intolerabi- lia, unquam illa membra neq; eoꝝ corpora cõſument neq; diminuent, ſed ſemꝑ durabunt ad ſuſtinendã pœ nam intolerabilem. Veruntamen ꝑter has duas ꝓprie tates, bonis et malis futuras communes in reſurrectĩ one, ſunt aliæ quatuor ꝑclaræ ꝓprietates, quas in cor poribus ſuis glorificatis habebunt ſoli iuſti, uocanturq; à

ſacris autoribus dotes corpo॰ glorificato॰. Reprobi uero in ſuis corpibus habebūt omino oppoſitas cōditiones, ad ipo॰ ignominiam &confuſionem. Prima illa॰ ꝑprietatum eſt agilitas: qua, depoſita omni ponderoſitate terreſtri qua nunc aggrauamur, corpora iuſto॰ erunt agilia, & transferent cum mira facilitate & alacritate ad omnem locum leuiſſimo motu, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, & in omem aliam differentiam poſitionum, ad nutum ipſius animæ ſine aliqua difficultate aut defatigatiōe. Et ꝑ hanc qualitatem agilitatis, Chriſtus in corpe ſuo glorioſo aſcendit ad cælos. Et in aduentu Chriſti ad iudicium, iuſti rapient in nubibus ſimul obuiam Chriſto in aera (ut ſcribit beat⁹ Paulus
1. Theſ. 4. in prima ad Theſſalonicenſes epiſtola) ꝑ hanc agilitatis dotem atq; efficaciam. Malo॰ uero corpa ponderoſa erunt, & deprimentſuo pondere ad infernū. Secūda ꝑprietas corpo॰ glorificato॰, eſt claritas eximia, qua ſup ſolem fulgebunt ſancto॰ corpa poſt reſurre
Marc. 9 ctionem. ſicut in transfiguratione Chriſti reſplenduit facies eius ſicut ſol, & ueſtimenta eius facta ſunt alba
Matth. 13. ſicut nix. Vnde dominus apud Matthæum de ſtatu futuræ uitæ loquens, ait: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eo॰. Et Salomon in lib. Sapientiæ ait:
Sapien. 3. Fulgebunt iuſti, ꝑ dotem ſcilicet claritatis: & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, ꝑ uirtutem agilitatis modo declaratam. Malo॰ uero corpa erunt obſcura & tenebroſa, ut qualitas corpo॰ in ipſis rñdeat q̄litati animarum ipſorum. Tertia corporum iuſtorū in reſurrectione ꝑprietas, eſt impaſſibilitas: ꝑ quam ſuæ immortalitati & incorruptibilitati habebunt coniunctam uim impaſſibilitatis, ut nec igne, nec aqua, nec ferro, aut alio quouis modo unquam deinceps lædi poſſint. Oportet enim corruptibile hoc, ut ait Paulus,

induere incorruptionem, & mortale hoc induere im mortalitatem. Et paulo poſt de corpore noſtro loquēs idem Apoſtolus, ait: Seminaṫ in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminaṫ in infirmitate, ſurget in uirtute. 1.Cor.15
Reproboꝶ autem corpora ediuerſo erunt paſſibilia, & aſſidue affligenṫ ꝑpetuo ignis inferni ardore, ſentientq́ʒ acerbiſſimum pœnaꝶ dolorem. Demum quarta ꝓprietas corpoꝶ glorificandoꝶ, erit ſubtilitas: per quam poterunt quæcunqʒ corpora ſolida penetrare, & ꝑ ea tranſire ſine impedimento. Sicut Chriſtus ſurrexit à mortuis clauſo ſepulchro, intrauit etiam ad diſcipulos ſuos poſt reſurrectionem ianuis domus clauſis, & aſcendit ad cælos ſine cæloꝶ corporalium diruptione aut confractione. Damnatoꝶ uero corpora groſſitiem habebunt & denſitatem, huic ſpũali uirtuti contrariam. Veꝶ ſtudeamus hic diligenter à uitijs reſurgere ꝑ bonoꝶ operum ſtudium, ut tandem reſurrectionem ad gloriam conſequamur. Amen.

DE DVODECIMO ARTIculo fidei, ſermo.

IBunt iuſti in uitam æternam. Matthæi 25. cap. ſcribunṫ hęc uerba, & nunc hic aſſumũtur in declarationem duodecimi & poſtremi articuli fidei, in ſymbolo apoſtoloꝶ cõtẽti, & à ſancto Matthia apoſtolo adiecti: S.Matthias.
qui eſt huiuſmodi, Vitam æternam. In quo ꝓfitemur nos credere, ꝙ ſit uita æterna, & nunquam finem habitura. Non quidẽ in hoc mundo, ubi ꝑ ꝓtoplaſtoꝶ peccatum introducta mors, late graſſaṫ, & in omnes homines habet imperium: ſed in futuro ſeculo, ubi mors ultra nõ erit, neqʒ dominatum illic habet. Exulſat eñ ibi mors, quoniam (ut ait dominus apud Lucam) ꝗ di Luc.20.

gni habebunt illo ſeculo, mori ultra non poterunt. Id circo hæc uita æterna, in ſymbolo Niceno dicit uita uẽturi ſeculi. Dicit autem uenturum ſeculum, duratio poſt hanc temporaneam & mortalem uitã futura, ſiue animarum à corpore ſeparatarum, & ante diem extremi iudicij immortalem in regione cœleſti uiuentium uitam: ſiue tranſacto die poſtremi iudicij, iuſtorum omnium, qui anima rurſum corpori unita, terram uiuentium perpetuo incolent. Nempe & animarum beatarum à corporibus ſeiunctarum uita, ſimilit & iuſtorum per extremam reſurrectionem glorificandorum, longe alterius eſt gñis, ſortis & conditionis, quàm ſit hæc noſtra mortalis uita, quã in hoc ſeculo triſti & ærumnoſo agimus, & ad alterum ſpectat ſeculum: nobis quandiu hic degimus, ignotum & incognitum per experientiam, firma tamen fide creditum & tenendum, Porro naturale eſt omni animali, diligere uitã & exhorrere mortem: hinc quantum poſſunt, omnia ſuam defendunt uitam, atque ea refugiunt quæ mortem eis poſſint inferre, & id quidem naturali quodam instinctu inclinationeque genuina ipſis indita ac inſita, ut ne minimus quidem ſit uermiculus aut muſca, quæ ſui conſeruationem quantumcunque poteſt non procuret, & inferentia interitum non auerſet. Et aliqua quidem hic uiuentium animalium, breuiſſimam habẽt uitam, ut ephemerã, id eſt, unius diei, aut annuã ſiue unius anni. Alia uero ſatis longo protractam tempore, ut homines & animalia bruta perfecta, & tamen morte tandem claudunt uiuẽdi ſpatium, ut & Mathuſalem, qui inter
gene.5 omnes homines diutiſſime ſcribit uixiſſe, ſ. DCCCC. LXIX. annis, etiã mortuus refert. Demũ aliqua animalia etiam homine diuturniorem habent uitam, ut ceruus & cornix. Morte tamen illa tandem intercipit & deficit. Hæc autem omnia diuerſa hic uiuendi curri-

tula, ſunt ueſtigium quoddam & tenuis imago illius æternæ uitæ, quæ habet in cælo ſine fine & interitu: & ergo non poſſunt attingere ad pfectionem aut dignitatem ipſius uitæ ppetuæ, quia dũtaxat ſunt temporaria. Si igit̃ tantope affectant homines uitam hanc occiduam, tranſitoriam, caducam & deciduam: quæ quantumcunq; extendat̃, tandem finiet̃: cur non magis aſpirant ad uitam illam ſempiternam, nullo claudendam fine? Certe media quærunt hic homines ſtudioſe, quibus pducant & in longum ptrahant hanc uitam, in q̃ eſt aſſidua pgreſſio ad mortem, Cur igit̃ media nõ quærunt & uias, quibus perueniant ad uitam æternam, nulla unquam morte terminandam? Erigant igit̃ omnes corda ſua generoſo conatu, ut hanc æternam acquirant uitam, quæ eos & beatos efficiet, & æternæ felicitatis hæredes. Aue Maria.

¶Ibunt iuſti in uitam æternam. Ex loco prius citato deprompta ſunt hæc uerba, in p̃ſentis ſ̃monis materiam. Qui in duas partes diuidet̃. Prima aliquas conditiones & pprietates huius æternæ uitæ declarabit. Secunda uero, quibus ad eam uijs eſt perueniendum, ediſſeret. Pro prima parte in primis annotandum eſt illud beati Auguſtini uerbum, quod in 4. lib. de ſymbolo ad catechumenos ait, de uita æterna loquens: Quantum, inquit, ſit illud bonum quod pmittit deus ſanctis ſuis, quis explicet uerbis ſuis? Facilius tñ poſſumus dicere, in illa uita ęterna qd ibi nõ ſit, q̃ qd ibi ſit. Nõ ẽ ibi mors, nõ eſt ibi luctus, nõ ẽ ibi laſſitudo, nõ ẽ infirmitas, nõ eſt fames: nulla ſitis, nullus æſtus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla mœſtitia, nulla triſtitia. Ecce diximus quid ibi non ſit. Hæc ille. Quæ omnino conformia ſunt, & rñdentia quantum ad ſententiam, ijs uerbis quæ in ſacra Apocalypſi dicunt̃ de iu- Apoca.

ſtis, æternæ uitæ ſortitis participationem: Non eſurient, inquit, neq; ſitient amplius, nec cadet ſup illos ſol, neq; ullus æſtus, & abſterget deus om̃em lachrymam ab oculis eoꝝ. Et rurſum in penultimo eiuſdem libri
Apoca.21. capite dr̃ de eiſdem conſecutis uitam æternam: Et abſterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Hæc ibi. In his om̃ibus dictum quidem eſt, quid nõ ſit in uita æterna. Verum ut aliquantulum etiam dicat (quoniã ad plenum id dici non poteſt) quid ibi ſit bonorũ, reſpiciendũ nobis erit ad ea quæ in hac uita expetunt, & conducunt bona hominibus: & inuenient illa longe excellentius & locupletius haberi in altera uita, quæ huic tranſitoriæ uitæ eſt ſucceſſura. Primo ſiquidem ad hanc mortalem uitam agendam requirit & expetit uictus cõueniens, ſcilicet cibus & potus corporalis, ad ſubleuandam naturæ noſtræ indigentiam. In æterna autem uita cibus eſt & potus ſpũalis, quo reficiuntur beati indeficient & aſſidue. De cibo quidem illo dicit apud Lucã:
Luce.14. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Et dominus ad paſſionem iturus, dixit diſcipulis ſuis: Et ego
Luce.22. diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ, ut edatis & bibatis ſup menſam meam in regno meo. Verũ cibus iſte & manducatio om̃ino ſpũaliter debet accipi, ſcilicet, p ppetua refectione ſanctorũ, pcedente ex clara dei uiſione & fruitione æterna, quí eſt panis uiuus om̃es in cælo reficiens. De potu uero regni cæleſtis loquit Propheta in Pſalmo, dicens de ſanctis
Pſalm.35. æternæ uitæ conſortibus ad deũ: Inebriabunt ab hubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. O felix ebrietas, mentem non alienans, ſed in deũ rapiens: non impellens ad uitia, ſed dei dulcedine

corda replens. Secundo, in hac uita expoſcit & exigit ueſtimentum ſiue amictus decens & honeſtus, ꝓ integumento corporis, ſecũdum ipſius ꝑſonæ decentiam & qualitatem, ad arcendum frigus & tegendam nuditatem. In æterna autem uita ſunt immortalitate ueſtiti ciues æternæ patriæ, & amicti lumine ſicut ueſtimẽto, ut ait Propheta. De quibus dicit Chriſtus in Apocalypſi: Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Et continuo ſubiungit: Qui uicerit, ſic ueſtiet ueſtimẽtis albis, & non delebo nomen eius de libro uitæ. Et in ſequenti capite deſcribunt uigintiquatuor ſeniores, ante thronum dei (ꝑ quos totus ſanctorum cœtus intelligit) circumamicti ueſtimentis albis, & in capitib' eorũ coronæ erant aureæ. Deniq; alibi deſcribunt electi & iuſti, ſtantes ante thronum dei, & in conſpectu agni, & palmæ in manibus eorũ. Hæc certe ſunt ſpũalia ſanctorum indumenta, quę nulla uetuſtate atterun tur, nec temporis diuturnitate ueteraſcent unquam. Pſal.10 Apoc.3 Apoc.4 Apoca.

Tertio, in hac uita expetit domus conueniens, ꝓ qualitate ſtatus & conditionis ꝑſonę, ad inhabitationem & ꝓtectionem. Et illa cum habet, plerunq; incendio conſumit hic aut uetuſtate concidit. In ęterna uero uita habet domus ampliſſima om̃ium ſanctoꝝ capax, & magnifica atq; ſplendida. Nam adornata eſt om̃i lapide ꝑcioſo, adornata etiam auro, & conſtrata uitro mũdo & perlucido, ut deſcribit beatus Iohannes in Apocalypſi. Quę om̃ia ornatum ſpũalem uirtutum & decorem glorię ſanctorum inſinuant, una cũ ꝑpetua mãſione in illa domo domini, à qua nunquam excident. Apoc.21

Quarto poſtulat in hac uita ſanitas, una cũ pulchritudine & cęteris bonis conditionibus intrinſecis corporis: ut fortitudine, agilitate & reliquis. Quę tamen omnes qualitates expetibiles hominibus, morbo ple-

runq; hic depduntur, aut ſenio contabeſcunt, aut morte intereunt. In ęterna autem uita ppetuo durat optima ſanctorum habitudo, quorum tantus eſt decor & ſpecioſitas, ut & ſolem, lunam & ſtellas ſuo exuperēt ſplendore, refulgentq; tanquam ſol rutilus in regno cęlorum, neq; unquam emarceſcet hic uigor & agilitas. Quinto, ad hanc uitam commode agendam exquruntur etiam diuitię & opes, prædia & poſſeſſiones, in emolumentum & adiumentum diſponendę & gubernandę domus. Sed hę euanidę ſunt: diripiunt interdū à furibus, aut tollunt à pdonibus, & morte au[...]erunt. In uita autem ęterna ampliſſimę ſunt certiſſimęq; diuitię ac copioſę, iuxta illud uerbum Pſalmi: Gloria & diuitię in domo domini. Eſt enim beatitudo, ut ait Boethius, ſtatus omnium bonorū aggregatione pfectus. In regno autem cęlorum uera eſt beatitudo, & bonorum omniū affluentia, cum ſecuritate poſſidendi ea in ęternum ſine amiſſiōe aut diminutiōe. Eſt etiam ibidem & ſatietas animi, quę in bonis huius m[...]di nō inuenit. Sexto, ut hilarit & iucūde tranſigat hęc uita, expetit honeſta ſocietas, cum qua quis cōuerſet & cōuiuat familiarit. Nam teſte Seneca, nullius boni ſine ſocio iucunda eſt poſſeſſio. Verum hęc ipſa interdum diſſeparat intercedente lite, aut p locorum intercapedinem, aut certe per mortem. In regno uero cęlorum optima eſt & copioſiſſima bonorum ſocietas, dei ſcilicet & ſanctorum angelorum, atq; omnium beatorum. Quanta putas illic eſt felicitas, intereſſe choris angelorum, cœtibus patriarcharum & pphetarum, atq; apoſtolorum conſortio? Quid itidem glorię eſt, illic uerſari inter agmina ſanctorum martyrum, inter cuneos cōfeſſorum, & choros ſacrarum uirginum: & qđ omnium eſt potiſſimum, à dei & ſacratiſſimę uirginis

[Margin: Pſalm. cxi. — Boet. 3. li. de conſ.]

Mariæ ſocietate nunquam diſſeparari? Certe hęc nos debent magnopere incitare ad deſiderandum uitam ęternam, ut huiuſmodi conſortio poſſimus pfrui. Septimo, ad uitam hanc temporalem honeſte traducendam, expetit & requirit honeſta actio, quam quis exerceat, et qua occupet quiſq; ſecundum ſuam uocationem, ne ocio obtorpeſcat et elangueat. Alij enim negociationem ſequunt, alij adminiſtrationem ciuilem, alij uero functionem eccleſiaſticam. In uita autem ęterna una eſt omnium et continua operatio, iugis ſcilicet dei contemplatio, et eiuſdem laudatio, ſecundũ illud pphetę dictum in Pſalmo: Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſalm. Ad hęc igit ſeptem bona iam dicta, quinimo et multo plura in cęlo repoſita aſpiremus, ut ſimus de numero eorũ, de quibus in themate dictum eſt: Ibunt iuſti in uitam ęternam.

¶ Pro ſecunda parte deducẽda, id pſupponendum eſt, q; parum pdeſt ipſius ęternę uitę bona cognoſcere, niſi et uia aperiatur, per quam ad tanta bona ſine errore perueniatur. Si quis autem ad ciuitatem aliquã opulentiſſimam et bonorum omnium pleniſſimam uult peruenire, debet uiam rectam à principe illius ciuitatis conſtitutam tenere, per quam alij priores ad ipſam feliciter peruenerunt. Huiuſmodi igitur uia, p quam omnes iuſti pertigerũt ad ciuitatem ſupernam Ieruſalem et ad ęternę uitę domum, nunc paucis eſt aperienda. Prima ſane huius uiæ pars atq; præcipua, eſt mandatorum dei obſeruatio, atteſtante ipſa ſumma ueritate in euangelio Matthæi, cum ait: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Matth. Quibus uerbis oſtendit, eos qui perambulant ſemitam mandatorum dei, haud dubie eſſe peruẽturos ad uitam æternam: quod

& ꝓpheta in Pſalmo aſtruit, dicens: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Sed quoniã idipſum ex nobis facere non poſſumus, ſed diuinæ gratiæ ad hoc indigem' adiutorio, debemus aſſidue cũ eodem propheta clamare ad dominum: Deduc me in ſemita mandatorum tuorum, quia ipſam uolui. Secundo uero loco requiritur cautio ſolicita ad declinandũ à uia uitiorum, quę interdum uidetur uicina uię uirtutum, & decipit incautos: qui putantes tenere uiam rectam, aberrãt ab ea & feruntur in deuia. Eſt enim uia iuſtitiæ admodum arcta atq; anguſta, uia uero iniquitatis lata & ampla, & cunctis ſtatim obuia, ſeſe offerens ultro. Quod & Chriſtus in euangelio nos ſalubri-
Mat. 7. ter docuit, dicens: Arcta eſt uia quæ ducit ad uitam, & pauci ambulant per eam: quàm lata eſt, inquit, & ſpatioſa uia quæ ducit ad perditionem, & multi ambulãt per eam. Ea autem uia quæ ad perditionem ducit, ea ipſa eſt quæ etiam ducit ad mortem æternã. Nam perditio mors æterna eſt. Vnde ſicut per hunc articulum ultimum aſtringimur ad credendũ, quòd eſt uita æterna, huic temporali ſuccedens: ita ex oppoſito etiam obligamur credere, quòd ſit mors æterna pro impijs & peruerſis, cum dicat euangelium, quòd ibunt qui a
Matth. 25 ſiniſtris erunt in ſupplicium æternũ: à qua morte æterna ſiue damnatione perpetua, nos ſua benignitate liberet dominus deus noſter: quoniam ipſa omnia habet mala bonis æternæ uitæ oppoſita, & longe plura quàm uerbis poſſet quis explicare. Tertio, ad tenendam uiam quæ perducit ad uitam æternam, exigitur refrenatio proprię concupiſcentiæ & deſideriorum carnalium. Nempe dominus in euangelio dicit, quòd regnum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Violenti autem ibi dicuntur, qui ſibi ipſis uim in-

ferunt ad edomandas ſuas prauas cupiditates,& malis deſiderijs ſuis animoſe reſiſtunt. Quod faciendum eſſe admonet ipſe ſapiens,dicens:Poſt concupiſcentias tuas non eas,& à uoluntate tua auertere,Et beatus Petrus in prima ſua epiſtola canonica ait: Obſecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abſtinere uos à carnalibus deſiderijs,quę militant aduerſus animam. Cui concordat beatus Paulus, dicens ad Romanos: Si ſecundum carnem uixeritis, moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quarto, ad uiam capeſſendam, quæ ducit uiatorem ad uitam æternam,oportet mundum contemnere cum ſuis blādimentis & delicijs. Quod & beatus Iohannes apoſtolus in ſua prima epiſtola canonica monet, dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Nam mundus tranſit,& concupiſcentia eius:ueritas autem domini manet in æternum. Si quis diligit mundū, nō eſt charitas patris in eo. Q̄d & Hieronymus cōfirmat,his uerbis:Impoſſibile ē trāſire de delicijs ad delicias,&hic replere uentrē,&ibi replere mētē. Si ergo noſtræ ſaluti recte uolum⁹ cōſulere,ſtudeamus omnia ſaluti noſtræ aduerſantia ſuperare:laboremus ſeminare hic in lachrymis,ut cum exultatione metamus:ſatagamus hic flentes mittere ſemina bonarum operationum, ut tandem ueniamus cum exultatione ad uitam æternam. Amen.

Eccle. 1
1.Petri.
1.Joh.
Psalm.

EIVSDEM IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENSIS,

doctoris Theologi, & canonici Carnotenſis, de præceptis decalogi, ſermones.

ET PRIMO DE DICTIS DEI PRAEceptis diligenter obſeruandis, ſermo.

CVSTODITE præcepta mea, et facite ea. Leuitici uiceſimo ca. ſcribuntur hęc uerba, & hic aſſumũſ ad exhortationẽ faciendam, ꝙ debeant oẽs p̃cepta dei in uniuerſum & in generali cuſtodire ac adimplere. Ad q̄d prōpte faciendum, nos debet inducere hæc conſideratio in primis, ꝙ ſecundum dictamen rectæ rationis & ius naturale, filius debet obedire patri, & eius pręcepta cuſtodire. Inobediēs enim filius & rebellis in patrem, eſt ſecundum ſanctionem iuris exhæredandus. Nos autem omnes ſumus filij dei per creationem, quoniã ab eo conditi ſumus. Etiam ſumus filij dei per adoptio-

nem, quoniã per filiũ dei redempti ſum⁹ & liberati ab æterna perditione. Vnde & deum quotidie uocamus in oratione dominica patrem noſtrum, ex ipſius Chriſti doctrina & inſtitutione. Debemus igitur libenter dei patris noſtri mandata obſeruare. Alioquin ut infideles & degeneres filij eijciemur domo paterna, ſcilicet regno cælorũ: & priuabimur hæreditate, bonis & obedientibus filijs parata. Secundo, ad idem nos debet inducere & hęc cõſideratio, ꝙ boni ſerui officiũ ẽ, obſequioſe obedire domino ſuo, & quæ iuſſa ſunt ei à domino, diligenter exequi. Quis enim paterfamiliâs uellet in domo ſua habere aut perferre ſeruum recalcitrantem ſibi & contumacẽ, & contẽnentem mandata domini ſui? Certe ſi quis talem haberet ſuum, ſtatim extruderet eũ domo ſua. Nos aũt omẽs ſui ſumus dei altiſſimi, & debitũ ſuitutis ei debemus aſſidue impendere. Ipſe aũt deus eſt dominus noſter, & quidem ſupmus atq; domin⁹ dominantiũ. Et hoc nomine frequẽtiſſime in ſcripturis nominat, atq; noſipſi nomine ſuorum appellamur. Debemus igit & hac ratione etiam dei mandata ſuare, ut tanquam ſerui obediẽtiam deo & domino noſtro præſtemus, illi à nobis debitã multipliciter. Alioquin ut ſerui nequam & inutiles, eijciemur à domo cæleſti, & pijciemur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Vnde per Malachiam ꝓphetam clamat ad nos deus: Filius honorat patrẽ, & ſuus dominũ ſuũ. Si ergo pater ego ſum, ubi eſt honor meus? Et ſi dñs ego ſum, ubi eſt timor me⁹? dicit dñs exercituũ. Tertio ad dei pcepta diligenter implẽda, nos debet inducere etiã hęc cõſideratio, ꝗd miles ſm diſciplinam militarẽ debet obedire ſuo capitaneo, ſuo regi, & principi militiæ. Quòd ſi defecerit à rege & trãſfugerit, ad eius hoſtẽ capitalem, nõ ſolũ ex-

Matth. Luce. 11.

Matt. 15. Mala. 1.

autorādus eſt, ſed ut reus criminis læſæ maieſtatis, eſt capite plectendus. Deus autem rex noſter eſt, & nos omnes eius milites in hac militia, de qua ſcribit Iob: Militia eſt uita hominis ſuper terrā. Præcepta igi⁊ militiæ noſtræ, nobis à rege noſtro p̄ſcripta debem⁹ ſuāre, &non facere pactū cū ſathana inimico regis noſtri, per tranſgreſſionē mādatoꝝ dei. Alioquin erademur de numero militū regis, & priuabimur ſtipendio ęternæ gloriæ, ꝑpter noſtrā inobedientiā. Quarto ad idē faciendū nos debet incitare & hæc ratio, ꝙ diſcipulus debet iure naturali & ex debito iuſtitiæ obedire ſuo p̄ceptori, & libenter eius mandata ac iuſſa capeſſere, nā ab eo doctrinā accipit & diſciplinā. Et ꝑteruus diſcipulus inſurgens in ſuū magiſtrū, uirga debet & ferula uapulare, aut extra ſcholā detrudi, &eijci conſortio bonoꝝ ſcholaſticoꝝ. Deus aūt magiſter noſter eſt, q tradidit nobis &quotidie tradere non deſinit per ſcripturam ſanctā, per prælatos & p̄dicatores, doctrinam eorū quæ credere debemus &facere, deſcriptā in euangelio, epiſtolis apoſtolicis, & alijs ſacræ ſcripturæ libris. Vnde Chriſtus apud Matthæū, ait: Vnus eſt magiſter ueſter in cælis. Debemus igi⁊ ut boni diſcipuli, obedire tanto & tali magiſtro, ſcilicet deo, & lectionem noſtrā decē præcepta continentē, bene ſcire memoriꝫ, & practicare per opera. Aliâs ut ignaui diſcipuli & deſides, atq; irreuerentes in præceptorem, extrudemur à ſchola, & feriemur uirga diuinæ indignationis. Aue Maria.

Job 7

Matt. 23.

¶Cuſtodite p̄cepta mea, & facite ea. Ex loco prius adducto deſumpta ſunt hæc uerba ꝓ themate p̄ſentis ſmonis. Qui in duas partes diuidet. Prima oſtēdet in gn̄ali, quomodo decē dei pręcepta cuſtodire & facere debemus. Secūda, quæ utilitas nobis proueniet ex ob

ſeruatione præceptorum dei,declarabit paucis. Pro prima parte abſoluēda,debemus primo cuſtodire dei pcepta corde & animo,bono ſcilicet affectu illa amplectendo,&grata atq accepta habendo,quia à deo totius bonitatis fonte &conditore noſtro ſunt tradita,à quo nihil niſi bonū pcedit.Idcirco illa debemus exiſtimare nobis eſſe ualde bona,ſalutaria & utilia,atq ad noſtram ſalutē & utilitatē eſſe nobis à deo data. Cū enim de ſanctis dei pceptis habet talis exiſtimatio apud nos atq opinio,ex huiuſmodi ſentētia &iudicio afficimur uehementius & alacrius ad illa ope complenda, incitamurq acrius & inducimur pio affectu ad diligentiorē illorum obſeruationē. Huius aūt oppoſitū ad ſuū interitum faciunt,qui animo recalcitrant &obmurmurant contra dei pcepta,quia ipſa contradicunt & obſiſtunt prauis ſuis deſiderijs. Vt ppenſus ad libidinem & illecebras carnis,dicit apud ſe,& interdum apud alios: Vellē q deus non phibuiſſet fornicationē & adulteriū, quia tunc poſſem impune & ſine peccato fornicari &adulteriū cōmittere.Et inhians alienis bonis rapiendis,hęc ſecū animo uoluit: Vtinā deus phibere furtū ſupſediſſet & rapinā,quia tunc poſſem p meo nutu rapere bona aliorum,ac aliena uſurpare, & ita deſiderio meo ſatisfacere. Verum hi p tales affectus ſiniſtros grauiter peccant: quia plane oſtendunt illud eis diſplicere, quod diuinæ placet maieſtati,& quod p ipſorum ſalute eſt recte ordinatum. Dolent itidem q p diuina pręcepta tanquam quædā repagula, cohibent à ſuis prauis deſiderijs. Secundo debemus dei mandata cuſtodire ore,non ſolū illa iugit habendo in memoria mētis noſtræ ,ſed etiā uerbo alijs pferendo, ut à nobis diſcant dei mandata,qui noſtræ directioni ſunt cōmiſſi:quēadmodum parentes debent filios ſuos inſtruere in dei

mandatis ꝑlati ſuos ſubditos, & dñi ſuos ſuos & ancil
las, & magiſtri ſcholarꝫ ſuos ſcholaſticos. Et ſi in hoc
fuerint negligẽtes ij qui ſupiores ſunt autoritate, & nõ
curauerint ſuos ſubditos docere dei mãdata: inde red
dent rationem coram deo, & rei tenebunť coram tri-
bunali Christi: quoniam ex negligentia ipſorꝫ ſunt cau
ſa illorꝫ malorꝫ, quæ filij, ſerui, ſubditi & ſcholaſtici cõ
Deute. 6 mittunt ex ignorantia mandatorꝫ dei. Vnde Moyſes
de ꝑceptis dei loquens ad populũ Iſrael, dicit: Erunt
uerba hæc, quæ ego ꝑcipio tibi hodie, in corde tuo, &
narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedens in domo
tua, & ambulans in itinere, dormiens atq; conſurgẽs.
Et ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua, eruntq; & mo-
uebunť inť oculos tuos, ſcribesq; ea in limine & oſtijs
domus tuæ. Hæc ibi. Ecce q̃ diligenter admonuit &
multifariam ſanctus iſte legislator, ꝙ aſſiduam debea
mus & iugem habere mandatorꝫ dei memoriã ac re-
cordationẽ, ne unquã à nobis obliuione intercidant
ac elabanť: debeamus itidẽ curã habere, ut edoceamus
ea filios noſtros ſecundũ carnẽ aut ſpm̃. Tertio, debẽt
om̃es mandata dei cuſtodire ope atq; effectu, ea ꝓ ui
ribus exequendo, & opi mancipando. Nõ eñ ſufficit
ad ſalutẽ tenere mente & memoria dei mandata, aut
illa ore ꝓferre, ac nominare recto ordine, ſed inſuper
oportet eadem ope exequi. Nempe ſcientia & notitia
mandatorꝫ dei ſine opibus, aggrauat peccatũ homi-
nis: & magis peccat ea ſciens & non faciens, quã illa
Iacob. 4. ignorans & non faciens, cũ dicat beatus Iacobus, ꝙ ſci
enti bonũ facere & non faciẽti, pctm̃ eſt illi. Et alibi di
cit dominus noſter, ꝙ ſuus qui cognouit uoluntatem
domini ſui, & non ſe ꝑparauit, & nõ fecit ſecundũ uo-
lũtatem eius, uapulabit multis. Qui aũt nõ cognouit,
& fecit digna plagis, uapulabit paucis. Et beatus Petrꝰ

In ſecũda epiſtola dicit de ſcientibus dei mandata, nõ tamen illa facientibus: Melius erat illis nõ cognoſcere uiam iuſtitiæ, quàm poſt agnitiõem retro cõuerti ab eo, q̃d illis traditum eſt, ſancto mandato. Tales etiã re phendit Chriſtus apud Lucam, dicens: Quid uocatis me dñe domine, & nõ facitis quæ dico? Siquidem ut ait beatus Gregorius, Probatio dilectiõis, eſt exhibitio opis. Et beatus Iohannes in prima ſua epiſtola ait: In hoc ſcimus q̃niam cognouimus deum, ſi mandata eius cuſtodimus. Qui eñ dicit ſe noſſe deũ, & mãdata eius nõ cuſtodit, mendax eſt, & in hoc ueritas nõ eſt. Hæc ibi. Et de talibus ſcribit beatus Paulus ad Titum: Cõfitentur ſe noſſe deum, factis autem negant. Quarto debemus dei mandata facere ꝑmpte & hilariter atq; uoluntarie, et nõ inuito aut renitente animo. hilarem enim datorem diligit deus. Et nõ expetit à nobis obſequia coacta, aut inuoluntarie et quaſi reclamante corde noſtro et reſiliente facta. Quis enim eſt dominus in hoc toto mundi ambitu, qui uelit ſibi exhibẽri ſeruitium à famulo, præſtãte obſequium inuito animo et ore obmurmurante, et quaſi ex neceſſitate, ac ſi eſſet coactus ui ad præſtandum tale ſeruitium? Nemo ſane. ſed requirunt omnes ꝙ à ſeruis et ancillis ſuis exhibeat̃ ſibi obſequm ꝑmpto aĩo, et alacri atq; ſpontaneo et læto. Qđ igitur ipſi domini à ſuis requirunt ſeruis, hoc idem et deo om̃ium domino impẽdant in mã datorum eius executione. Quinto debemus dei mandata facere diligenter, et cum ingenti cura et ſolicitudine atq; uigilantia, nõ oſcitanter, nec pigre, nec ignauiter. Sicut enim homines odio habent ſeruos pigros deſides, et ſterrẽtes in multum diei tẽpus: et diligũt impigros famulos, uigiles et alacres: ita ſane et deus ipſe inertes e; ſecordes animos hominũ odio ꝑſequitur;

2. Petri. 2
Luc. 6.
1. Joh. 2.
Tit. 1.
2. Cor. 9

qui in parabola euangelica ſeruum inutilem et pigrũ
Matth.25 denunciauit proijciendum in tenebras exteriores, ubi
erit fletus et ſtridor dẽtium. Vigilantes uero ad opus
bonum & ad ſui talẽti multiplicationem, ꝓhibuit eſſe
inuitandos humaniſſime ad æternæ glorię pceptionẽ
et poſſeſſionẽ. Sexto debemus facere mandata dei in
tegre et pſeueranter. Nõ enim ad ſalutẽ ꝓdeſt aliqua
facere mandata dei, & aliqua tranſgredi: ſed oportet
quenq; omnia decem præcepta dei ſimul facere, cũ di
Iacob.2. cat beatus Iacobus: Quicunq; totam legem ſeruaue-
rit, offendat autem in uno, factus eſt omniũ reus. Qui
eñ dixit, Nõ mœchaberis: dixit &, Nõ occides. Quod
ſi nõ mœchaberis, occides autem, factus es tranſgreſ-
ſor legis. Hæc ibi. Neq; etiam ſufficit ꝓ aliquo tempo
re uitæ mandata dei ſuare, & ꝓ reliquo tempore ea-
dem præuaricari, ſed oportet ea ꝓ toto tempore uitæ
cuſtodire inuiolata. Quoniam ut dicit dominus in
euangelio, Qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſal-
Matth.10 uus erit. Sint itaque ſeduli omnes ad idipſum, ſecun-
24. dum thema in principio ꝓpoſitum: Cuſtodite præce-
pta mea, & facite ea.

¶Pro ſecunda parte huius ſermonis deducenda, cõ
ſiderandum eſt, ꝙ multæ ꝓueniunt utilitates illis, qui
ſtudioſe mandata dei cuſtodiunt. Quarum prima eſt,
ꝙ p adimpletionem eorum cõſequunt̃ ſalutẽ animæ
& ſanant̃ à morbis ſpũalibus, ſcilicet prauis cõcupiſcẽ-
tijs & actibus, qui reddunt animam morbidam. Ipſa
autẽ præcepta dei, ſunt tanquam quædam malagma
ta, emplaſtra & cataplaſmata, quæ ſupponuntur hul-
ceribus animæ ad eorum curationem: qm̃ ſunt quæ-
dam retinacula, quibus coerceantur prauę noſtrę con
cupiſcentiæ & paſſiones immoderatæ, ne ſine freno p̃
cipitentur & corruant in omne ſcelus & nefas. Quare

ſicut ægrotus debet credere medico & obedire, imo & ſequi eius præcepta & ordinationes, alioquin exponitur p̄iculo mortis: ita & omnis homo ut languidus ex corruptione naturæ, inducta p̄ Adæ prçuaricationē, debet obedire deo ut animarum medico, qui ſanxit iſta decē prçcepta, tanquam decē medicamēta cōtra languores animæ: ut prçceptum Non occides, cōtra impetuoſum iracundię tumultum: iſtud prçceptū, Non mœchaberis, contra effrenes libidinis impetus: illud uero prçceptum, Non furtum facies, contra oēm ęſtum auaritię. Et ita de cęteris dei mandatis ſentiendum, ꝙ ſunt medicinę quędam animarum. Secunda utilitas ē, ꝙ ex obſeruatione præceptorum dei, homo conſequitur inhabitationē dei in animo ſuo p̄ gratiā atq; immanſionē, Quod magnum eſt homini bn̄ficiū, priuilegium, & prærogatiua, habere ſcilicet dei amorem, & illum hoſpitem atq; in corde ſuo habitatorē. Tale aūt munus prçſtatur homini p̄ obſeruationē mādatorum dei, ſicut ipſe dominus noſter p̄hibet in euāgelio Iohannis, dicēs ad diſcipulos ſuos: Si quis diligit me, ſmonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Certe rex terrenus magnum exhiberet alicui amoris & familiaritatis beneficium, ſi dignaretur uenire ad hoſpitium alicuius uiri pauperis & plebeij, & manſionem facere in domo ipſius. Quanto maius eſt bn̄ficium, ſi deus ipſe rex regum dignetur intrare cordis noſtri cubiculum, & ſuam maieſtatem ad tantam ſubmiſſionem inclinare? Hoc autē bonum conſequit̄ homo p̄ mandatorum dei cuſtodiam. Tertia uero utilitas homini p̄ueniens ex adimpletione prçceptorum dei, eſt ꝙ exinde ſingularē habet cum deo amicitiam, & amicus dei efficitur, ſecundum illud Chriſti uerbum Johan

Ioh.15. ad diſcipulos ſuos: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio uobis. Quod autē tunc ſuis dixit diſcipulis, intelligi debet eſſe dictum & omnibus poſteris, diſcipulatū Chriſti amplectentibus. Quare et nobis ipſis idē dictum eſt uerbū, ꝙ amici ipſius dei erimus, ſi mādata eius cuſtodierimus. Atqui non paruum id ē munus et donum, eē dei amicū, atq; deo amicitia et familiaritate coniūgi: qn̄quidē apud hoīes id magni muneris habetur loco, ſi quis regi terreno ſit amicus & familiaris, et gratiam apud principem huius mundi ſit conſecutus, cum tamē gratia et amicitia principis mundani poſſit facile mutari, ipſius autē dei amicitia nunq̄ dep̄ditur ab homine, niſi per ſuam culpam & ignauiam, & quoniam illam prius à ſe abiecit. Quarta utilitas proficiſcens ex obſeruatione præceptorum dei, eſt ꝙ per eam conſequitur ingreſſum in uitam ęternam, quiſquis ſtuduerit per uiam mandatorum dei ambulare. Perducit enim illa ambulatio recta ad patriam felicitatis æternæ, ſecundum illud uerbum Chriſti, q̄d reſpondit adoleſcenti, inquirenti ab eo, quid faciendo

Matth.19 uitam æternam poſſideret: Si uis (inquit) ad uitam ingredi, ſerua mandata. Et apud Lucam, cuidam legiſperito recenſenti præcepta dei in lege Moyſi ſcripta, re-

Luc.10. ſpondit Chriſtus: Hoc fac, & uiues. Magnus itaque eſt fructus & profectus, ex dei mandatis plene obſeruatis progrediens, ingredi ſcilicet ad uitam, non quidem temporariam aut certorum aliquot annorum: ſed iugem, æternam ac perpetuam, quæ nullo claudatur termino temporum, nec ulla morte intercipiatur. Elaboremus itaque omnes ſolicite, uigilanter & accurate mandata dei ſic cuſtodire ac facere, ut demum hac uia ad æternę uitæ participationem poſſimus peruenire. Amen.

DE PRIMO PRAECEPTO dei,ſermo.

SI uis ad uitam ingredi, ſerua mādata. Matthæi 19.capite conſcribuntur hęc uerba, & magnā declarāt neceſſitatē obſeruādi mandata dei, quoniā ſine il lis æternā uitam non poſſimus conſe qui. Oſtēdunt eadem uerba, etiam ma gnam utilitatem prouenientem ex illorum obſeruati one: q̄m ipſa ſunt uia compendiaria & recta, perducēs nos ad regnum cælorum. Cum enim quidam adole ſcēs (ut ſcribit Matthæus) interrogaſſet dominum no ſtrum, quid faciendo uitam ęternā poſſideret: reſpon dit illi Chriſtus p̄dicta uerba in themate propoſita, ad oſtendendum ꝙ rectus callis & iter ſine errore ducens ad cæleſte regnum, eſt diligens cuſtodia pręceptorum dei. Similiter cum apud Lucam, quidam legiſperitus interrogaſſet à Chriſto eandem quæſtionem, quomo do ſcilicet ad æternam uitā perueniret: reſpondit illi Ieſus, In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Cūq; ille enumeraſſet p̄cepta decalogi ſcripta in lege domi ni, ſubiunxit Ieſus: Hoc fac, & uiues: illa reſponſione ſi gnificās, quòd completio mādatorum dei perducit fi deles ad uitam perpetuam. Quapropter (ut ait Iohan nes Gerſon in prima parte ſui operꝫ tripartiti, cap. 4.) ad hæc præcepta ſcienda & intelligenda, tenetur qui- libet per ſe uel alium diligētiam apponere, pro conſer uatione uitæ ſpiritualis, quātum pro uitæ corporalis ſuſtentatione poneret: & eo maiorē, quo immortalis anima eſt corpore p̄ſtantior, ſine quorum notitia nul lus poteſt conueniēter pctā uitare, aut ab eis reſurge- re: & quorum ignorātia ex deſidia proueniens, nō ex-

Matth.

Lucę.1

cuſat, ſed accuſat & condemnat. Hæc ille. Ex quibus uerbis conſtat, ꝙ parẽtes debẽt eſſe ſoliciti ad docendum filios ſuos & filias ipſa dei præcepta in principio ætatis puerilis, ut inſtituãtur à primo æuo ad bene uiuendum. Quòd ſi fuerint negligẽtes ad hoc ipſi parentes, & filij agãt ex ignorãtia præceptorum dei peruerſa, reddent rationem pro illis, quoniam per ſuam incuriam ſunt cauſa damnationis & interitus eorum. Diffinit aũt pceptũ decalogi, eſſe imperiũ dei obligãs nos homines ad faciendum ea quę pręcipit, & ad euitandum ea quę prohibet. Ex qua diffinitione dignoſcuntur eẽ duplicis gñis & modi pręcepta, ſcilicet quędam affirmatiua, quę pręcipiunt aliquid eẽ agẽdum, & per affirmationẽ explicãtur: ut unum deum eẽ colẽdum, ſabbatum eẽ ſanctificandum, et parẽtes honorandos. Alia uero ſunt præcepta negatiua, quæ prohibent aliquid ut malum, & negatiue enunciãtur: ut non eſſe aſſumendum nomen dei in uanum, non committi debere homicidiũ, nec furtũ, nec fornicationẽ, & ita de cęteris ſubſequentibus. Et tã hæc quàm illa ſunt diligenter obſeruãda, tanquam leges quædam à deo inſtitutæ, pro republica fidelium in hac uita rite gubernãda. Nempe uidemus in omni republica ciuili certas conſtitui leges ad tranquillam illius gubernationem, imo & in diſciplina ac arte militari & nautica & literaria, quinimo & agricultura, certas haberi leges. Quid ni igit in republica eccleſiaſtica & fideliũ deo militantiũ, certæ erunt leges ac conſtitutiones ad honeſte uiuendum? Sunt autem præcepta decalogi decem, his comprehenſa uerſibus:

Vnum crede deum, nec iures uana per ipſum.
Sabbata ſanctifices, & uenerare patres.
Non ſis occiſor, fur, mœchus, teſtis iniquus:

Viciniq; thorum,resq; caueto ſuas.

Quorum unumquodq; ſigillatim per ordinem poſteà explanabitur. Aue Maria gratia.

¶Si uis ad uitā ingredi, ſerua mādata. Ex loco prius citato deprompta ſunt hæc uerba in themate præſentis ſermonis. Qui in duas partes diducetur. Prima pars declarabit primum præceptum decalogi, et quo modo à nobis ē obſeruādum. Secunda uero manifeſtabit gñali quodā modo, qui ſunt ipſius primi præcepti trāſgreſſores. Quantum ad primā partē expediendam, id in primis ē tenēdum, quòd primum præceptū nos obligat præſertim ad tria, ſecundum tres uirtutes theologicas, ſcilicet fidē, ſpem et charitatē. Primo nos aſtringit arcte ad credēdum in unum deū uiuum et uerum, om̃ium autorem ac ſaluatorē hominum, contra idololatrarum errorem, ponentium plures eſſe deos ac diuerſos, & exiſtimantium lapidibus et lignis ineſſe deitatis uirtutem: qui toto orbe fuit exploſus p prædicatiōem apoſtolorum et uirorum apoſtolicorum. Neq; id ſolum credere debemus p iſtud primum præceptum, ſed et omnia reliqua de deo, in Symbolo apoſtolorum contenta, ſcilicet duodecim articulos fidei, ut ſynceram et integram de deo fidem habeamus, per quam ſalui efficiamur. Quinimo et reliqua omnia etiam in Symbolo non contenta, quæ Eccleſia nobis ꝓponit eē credēda, ut om̃ino conformemur fidei Eccleſiæ, et credamus quicquid ipſa credit, et ad quod credēdum ipſa nos obligat et obſtringit. Et gñatim quicquid in ſacra ſcriptura cōtinetur, debemus credere uerum eē, et deo reuelāte atq; autore primario compoſitum. Eſt enim fides ipſa in anima tanquam character quidam et ſignaculum, quo diſtinguuntur milites et filij dei ab infidelibus à deo alienis: quēadmodum mi-

lites alicuius principis portāt eius inſignia in ueſtibus et armis ſuis, p quæ inſignia cognoſcuntur ad illū principem pertinere, et diſtinguuntur ab aliorum principum militibus. Porro ut hæc credulitas in deum, et fides quæ p hoc primum dei mandatum pcipitur, integra obſeruetur et ſyncera à quolibet, oportet ſummo pere deuitare oēs hæreſes, et dogmata praua atq; erronea, ſacræ ſcripturę et ſanctæ matri Eccleſię contraria: quemadmodum admonet beatus Paulus Hebręos, cum ait: Doctrinis uarijs et pegrinis nolite abduci. Oportet etiā non patefacere aures nouitatibus ſectarum, et nouis adinuētionibus peſtiferorum dogmatum inducētium in pniciosos errores. Neq; etiam moueri nimium leui et uana credulitate in res ſupſtitioſas, ut q non ſit bonum ſignum, ſi quis calceum pedis ſiniſtri poſuerit in pede dextro, aut quòd quis mane p uiam obuiauerit lepori aut uetulæ, aut quòd exeundo domum offenderit pedem ſuum ad limen domus, aut q coruus crocitauerit ſup tectum domus, aut q mus roſerit nocte calceos alicuius, & cæterà omnia ad gentilitatem pertinētia. Hæc enim omnia & ſimilia corrumpunt ueram fidem, & ſupſtitionem inducunt: quoniam adhibetur illis fides, quibus non eſt adhibēda: prouenitq; huiuſmodi ſupſtitio ex defectu ueræ fidei in deum & uano quodam timore, quo putāt homines ſubeſſe piculum, ubi tamē nullum eſt. Secundo obligat nos primum pceptum ad ſpem noſtrā totam in deum collocandā, & ad habēdum in eo plenariam fiduciam, & oīmodam confidentiam in bonitate & magna miſericordia eius, q poſſit & uelit nos ſaluare, & ad hoc tradat nobis media apta, & pſidia neceſſaria ac utilia, quēadmodum ait propheta in Pſal-
Pſalm.67 mo: Deus noſter, deus ſaluos faciendi: & domini, do-

mini exitus mortis:id eſt, deus noſter poteſtatem habet nos ſaluādi:& ipſius etiā eſt, & in poteſtate ipſius conſtitutum,nos liberare à morte æterna. In omni p̄terea tribulatione & neceſſitate debemus p ſpem firmā ad ip̄um recurrere,& adiutorium dei requirere,ponētes in eo hāc animi noſtri fiduciā, q̄ nō derelinquet nos ſine auxilio:qm̄(ut ait Eccleſiaſtic') Nullus ſperauit in deo,&derelictus eſt.Clamemus itaq; ad dominum in anguſtia poſiti,cum Propheta:Da nobis auxilium de tribulatione,quia uana ſalus hominis. Audiamus etiā attentis auribus dicentē eundem Prophetā: Sperate in eo om̄is congregatio populi,effundite corā illo corda ueſtra, deus adiutor noſter in æternum. Et rurſum in Pſalmo: Beatus cuius deus Iacob adiutor eius,ſpes eius in domino deo ipſius,qui fecit cælū & terrā,mare & omnia quæ in eis ſunt. Summopere autem cauendum eſt hic,ne quis p̄cipuam ſuā fiduciā reponat in hominibus & principibus huius mūdi, ſed audiat admonentem Prophetā: Nolite confidere in principibus,nec in filijs hominum in q̄bus non eſt ſalus. Cui concordat Ieremias Propheta,dicens: Maledictus homo q̄ confidit in homine,et ponit carnem brachium ſuum,et à deo recedit cor eius. Non etiā confidendum eſt in diuitijs huius mundi,quoniam caducæ ſunt et fallaces,ut teſtatur ſapiens,cum ait: Qui confidit in diuitijs ſuis,corruet. Et Chriſtus apud Marcum ait:Filioli, quàm difficile eſt confidētes in pecunijs,in regnum dei introire. Tertio obligat nos hoc primum p̄ceptum ad charitatem in deum habendam,eum'q; ſuper omnia diligendum. Q̄d ſatis explicatur in euangelio Matthęi ubi ſcribitur, cum unus phariſæorum legis doctor interrogaſſet dominum noſtrum, tentans eum:Magiſter,q̄d eſt mādatum magnum in lege? Cui

Eccle.

Pſalm.

Pſalm.

Pſal.14

Ierem.

Proue.

Marc.1

Matth.

reſpondit Ieſus: Diliges dominum deũ tuum ex tota corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. In quibus tribus particulis oſtenditur modus, quo deum amare debeam'. Ex toto inquam corde, i. affectu animi: ut ad deum habeam' præcipuum affectum noſtrum, non ad diuitias, honores mundi aut carnis delicias. Ex tota etiam anima, id eſt, uolũtate noſtra, quæ in regno animæ quaſi regina pſidet, ut totam uolũtatem noſtram conuertamus ad placendum ei, & ad faciẽdum ſuum beneplacitum. Deniq; ex tota mente noſtra, id eſt, intellectu, debemus deum diligere: ut & cogitationes noſtras & ſmones & quicquid mente comprehendimus, conuertamus ad laudem & honorem dei, omnem itidem ſcientiam noſtram & doctrinam, induſtriãq; mentis & peritiam referamus ad nominis eius glorificatiõem. Porro ubi hoc mandatum de dilectione dei à deo per Moyſen exprimitur, adiũgitur

[Deute. 6] iſta particula, ex tota fortitudine tua. apud Marcũ aũt

[Marc. 12.] [Luc. 10.] adijcitur, Ex tota uirtute tua: & apud Lucam apponitur hæc particula, Ex omnibus uiribus tuis. Quæ tres particulæ uocabulis diuerſæ, eandem rem deſignant, & quartã conſtituunt particulam ad perfectã dei dilectionem requiſitam, ſcilicet q; eum diligamus ex tota fortitudine, uirtuteq; & uiribus tã corporis quàm animi, & omnes uires noſtras applicemus ad ei obediendum, obſequendum & complacendum: ad ipſum etiam honorãdum, colendum deuota oratione, & cultu debito ſummæ & excellẽtiſſimæ eius maieſtati. Et ſic facientes, perueniemus ad uitam æternã, iuxta aſſumptam thematis noſtri propoſitionem: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata.

¶ Pro ſecunda parte deducenda, paucis oſtendendum eſt in generali, qui ſunt huius primi mãdati trãſ-

greſſores. Et primo loco ſunt illi, qui conſuluntincan tatores, inuocatores dæmonum, ſortilegos & magicos ſiue uiros ſiue mulieres, ad inueniendum rem perditam uel ad ſciendum furem qui furatus eſt bona eorũ: quoniam huiuſmodi uenefici, phytonici & habentes ſpiritus familiares, habent pacta cum dæmonibus atque commercium, & per eos dant ſua reſponſa, abnegaruntque fidem. Non debet autem Chriſtianus recurrere ad miniſteria dæmonum, qui ſunt fallaciſſimi. Vnde in ueteri lege legitur dominus diſtricte prohibuiſſe acceſſum ad eos, qui magicis utuntur artibus, ut in Leuitico: Nõ declineris ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſcitemini, ut polluamini per eos. Ego dominus deus ueſter. Et deinceps: Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi mei. Et in pleriſque alijs ſacræ ſcripturæ locis. Similiter qui conſulũt aſtrologos ad ſciendũ futura ex iudicio ſiderum, & qui obſeruãt dies & horas ad aliquid faciendum tanquã fauſtos uel infauſtos: faciunt contra iſtud primũ præceptum, quia curioſi ſunt & ſuperſtitioſi, tẽdẽtes ad quãdam infidelitatem, quia credũt quæ non debent credere. Secundo, cõtra iſtud præceptum peccãt illi (ut dicit Gerſon in prima parte operis tripartiti, exponẽs iſtud pręceptum) quod urgẽte infirmitate aut neceſſitate aliqua, ex conſilio diuinatorum aut ſortilegorũ utũtur pomis inſcriptis aut breuibus indiſcrete latis chartulis, ſiue ſchedulis collo ſuſpẽſis, aut characteribus aut alijs quibuslibet uanis credulitatibus: quaſi ipſe deus non eſſet uſquequaque bonus, potẽs & ſapiens ad eis ſuccurrendũ, quantũ ſit eorum neceſſitatibus expediens. Nempe tales, deo derelicto ad quem primũ deberent recurrere, confugiũt ad uana quædam & ſuperſtitio

Leuiti.

Leuiti.

ſa,adinuētiōe dæmonū excogitata,q̃bus adhibēt fidē firmā,& exinde alligāt ſe pc̄tō infidelitatis. Cæterũ de bēt fideles in neceſſitate aliq̃ aut infirmitate conſtituti,naturali induſtria & uia remediū ſibi q̃rere,q̃ liberētur ab anguſtia opprimēte: reliquū uero diuinæ ꝓuidentiæ debēt committere,quia ipſi cura eſt indeficiēs de nobis,ſecundū hoc beati Petri uerbū: Omnem ſolicitudinē ſitis proijcientes in deum,qm̄ ipſi cura eſt de nobis. & ſcd̄m illud dictū prophetæ: Iacta in domino curā tuā,& ipſe te enutriet, & non dabit in æternū fluctuationē iuſto. Qd̄ q̃ fecerit, derelictus non remanebit. Tertio tranſgrediūtur iſtud præceptū,q̃ irretiti laqueo ſathanæ,cadūt in barathrū deſperationis,reputātēs diuinā miſericordiā eſſe minus ſufficientē ad remittēdum pc̄tā ſua,quorū mole & enormitate deterrētur. Tales ſiquidē ꝑſimiles ſunt ipſi Cain,dicenti ad dominū:Maior eſt iniqtas mea quàm ut ueniā merear. Similes etiā ſunt infelici Iudæ proditori,q̃ pœnitētia commiſſæ traditionis ductus, poſt redditos triginta argēteos abiēs,laqueo ſe ſuſpendit. Qui ſi recurriſſet ad fontē miſericordiæ Chriſtum,impetraſſet haud dubie ſui pc̄ti ueniā. Peccāt etiā & illi contra hoc præceptū,q̃ tanquā diffidētes de diuina prouidētia, quaſi minus eſſet ſufficiēs ad ſubminiſtrāda eis uitæ præſentis neceſſaria, anxiam gerūt ſolicitudinē & nimiā pro acquirēdis huius mundi bonis. Quos Chriſtus apud Matthæū reꝑhendit, pariter & docet exemplo liliorū agri & fœni & uolatiliū cæli,abijciendam eſſe nimiam illam curam neceſſariorum corporis,diffidentiæ in deum coniunctā, Similiter & illi peccāt contra hoc præceptum,qui per impatiētiam murmurant contra deum. Quarto,contra iſtud præceptum faciunt,qui nimium habent amoris affectum ad homines, uolētes

Petri.5. Gen.4 Matth.27 Matth.6.

potius deũ offendere quàm hominibus diſplicere. Cõ tra quos clamat propheta: Quoniam dominus diſſipa uit oſſa eorũ qui hominibus placent: confuſi ſunt, quo niã deus ſpreuit eos. Et beatus Paulus ad Galatas ſcri bens, ait: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſ ſem. Et Adam primus parens noſter quare cecidit, & totam poſteritatem ſuam pertraxit in ruinam? Quia obediuit uoci uxoris ſuæ pluſquam uoci dei, qui pro- hibuerat ei eſum fructus de arbore ſciẽtiæ boni & ma li. Hinc dominus apud Matthæum dicit: Qui amat pa trem ſuum & matrem ſuam pluſquam me, non eſt me dignus. Et qui amat animã ſuã plus q̃ me, non eſt me dignus. Et in uniuerſum, quicunq; inordinato amore præfert creaturam creatori, eſt præuaricator huius p̃- cepti. At noſipſi ſic ſtudeamus deum colere & ſuper omnia diligere, ut tandem ad æterna cæli gaudia eo largitore ualeamus peruenire: quoniam ut ait beatus Auguſtinus, ſola dilectio diuidit inter filios regni & fi lios perditionis. Nam dilectio dei uſque ad odium ſui, conſtituit filios regni. Et dilectio ſui uſq; ad odiũ dei, facit filios perditionis æternæ. A qua, ſua pietate nos liberet deus omnipotens. Amen.

Pſalm.

Galat.

Gene.

Matth.

DE SECVNDO PRAECEPTO dei, ſermo.

NOn aſſumes nomen domini dei tui in uanũ. Exodi uiceſimo cap. ſcribuntur hæc uerba, & nunc aſſumuntur ad de clarationem ſecundi præcepti decalo gi, quod omes inducit ad honorificen tiam diuini nominis in eo ipſo, ꝙ per iuramentũ non aſſumatur in teſtimonium pro re leui & futili: qa hui- uſmodi teſtificatio facta in re uana & inutili per no- men dei, uergit & tendit ad irreuerentiã nominis ipſi⁹

morale chret. 415

dei. Et idcirco in ſacra pagina tā ueteris q̃ noui teſtamenti, uana deieratio ſiue iuramentū per dei nomen & per creaturas, ſæpius prohibetur, etiā cū adiectione & expreſſione pœnæ, quā incurrunt leuiter & uane iurantes. Siquidē in Exodo poſt uerba in themate adducta, continuo ſubiūgitur: Nec em̄ habebit inſontē (id ē innocentē, & à pœna abſolutū) domin⁹ eū, qui aſſumpſerit nomen domini dei ſui fruſtra: id eſt, in uanū & pro nihilo, ſiue pro re nullius ponderis & momenti.

Exodi. 20

Similiter in Deuteronomio dicit dominus per Moyſen ad populū Iſrael: Non uſurpabis nomen domini dei tui fruſtra, quia non erit impunitus, qui ſuper re uana nomē eius aſſumpſerit. Inſuper Eccleſiaſticus hoc ſalutare cuiq; fideliū dat documentum: Iurationi non aſſueſcat os tuū. multi em̄ caſus in illa. Nominatio uero dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus ſanctorū non admiſcearis, q̄m non eris immunis ab eis. In q̄bus uerbis maxime dānat ſapiens aſſiduitatē & aſſuefactionem iurandi, q̃ apud aliquos tm̄ inualuit, ut uix unā proferant ſententiā ſine iuramento & nominatione dei aut alicuius ſanctorꝝ. Qui in excuſationem ſui pcti̅, dicunt ſe non poſſe abſtinere à tali genere & modo loquendi. Sed id dicēdo, ſeipſos potius accuſant ꝑ hoc, ꝙ propter aſſuefactionē conuerterunt prauā cōſuetudinē quodā modo in naturā, & ea cōſuetudo nō excuſat aut alleuiat malū, ſed potius aggrauat & adauget, ob frequentē ipſius iterationē. Alij uero uolentes iuſtificare ſuā cauſam, id allegant, ꝙ ſic iurando uolūt exornare ſuū ſermonē, putantes iurationē eſſe elegantiā & ornatū locutionis humanæ. Sed à ſathana ad id dicendū ſunt perſuaſi, q̄m frequens iuratio eſt elegantia diabolica, & quā in ſchola ſua docet dæmon inimicus noſter: & quicunq; illā quærūt linguæ ſuæ uenuſta

Deute. 5.

Eccle. 23.

rem,ſunt eius diſcipuli & ſcholaſtici, & omino alieni à ſchola Chriſti & ſpũſſancti. Itaq; arrectis auribus audiant qui ſunt huiuſmodi, ipſum Eccleſiaſticũ in eodẽ loco dicentẽ: Omis iurans & nominans, in toto à pctõ non purgabitur. Vir multũ iurans, implebitur iniquitate: & non diſcedet à domo illius plaga. Et deinceps: Loquela multũ iurans, horripilationẽ capiti ſtatuet: & irreuerentia illius, obturatio auriũ. In nouo uero teſtamento Chriſtus iurationẽ indiſcretã & leuẽ, atq; irreuerentiæ plenã, prohibet diſtricte, cũ ait apud Matthæũ: Ego aũt dico uobis, non iurare omino: neq; p cęlũ, quia thronus dei eſt: neq; per terrã, quia ſcabellum eſt pedũ ei⁹: neq; per Hieroſolymã, quia ciuitas eſt magni regis: neq; per caput tuũ, quia non potes unũ capillũ albũ facere aut nigrum. Sit aũt ſermo ueſter, eſt eſt, non non. Qđ aũt his abundantius eſt, à malo eſt. Hęc ibi. Quibus omino concordat beatus Iacobus, in ſua epiſtola canonica dicens: Ante omia aũt fratres mei, nolite iurare neq; per cælum, neque per terram, neque aliud quódcunque iuramentum. Sit autem ſermo ueſter, eſt eſt, non non, ut non ſub iudicio decidatis. Ecce doctrinam ſacræ ſcripturæ nobis amplectendam. Aue Maria.

Eccle. 23 · *Eccle.* · *Matth.* · *Iacob.*

¶Non aſſumes nomen domini dei tui in uanũ. Ex loco prius citato deſumpta ſunt hęc uerba, pro themate præſentis ſermonis, qui in duas partes diuidet. Prima, quomodo intelligendũ eſt hoc præceptũ: & quãdo licitũ aut illicitũ eſt iurare, declarabit. Secunda uero, qui trãſgrediũtur hoc præceptũ, manifeſtabit. Pro prima parte deducẽda, id in primis eſt hic conſiderandũ, ꝙ circa materiã iuramenti concernentẽ hoc ſecundũ præceptũ, duo ſunt errores, omino inter ſe oppoſiti. Primus eoꝝ, qui dicũt ꝙ in nullo caſu licitũ eſt iura

re,& ꝙ oḿe iuramentũ quacũq; ex cauſa fiat, eſt illicitũ. Et hi plane hæretici innitũtur uerbis Chriſti, Matthæi quinto poſitis, & prius adductis, ſimiliter & uerbis beati Iacobi ſupra dictis, ſed male intellectis. In utroq; eñ illorũ locorũ, non prohibet̃ ſimpliciter oĩe iuramentũ, ſed ſolũ iuramentũ ſine cauſa debita factũ. Etiã in illis uetat̃ iuramentũ per creaturã ſolũ, per q̃d honor creatori debitus, attribueret̃ creaturæ, & nõ iuramentũ per nomen dei debita ex cauſa factũ. Et idcirco hæc hæreſis etiã hodie pullulans, eſt ſæpius dãnata in concilijs generalib⁹ Eccleſiæ, & p̃ſertim in concilio Conſtantienſi contra Iohannẽ Vuiclef. Neq; id immerito. Nã iuramentũ ipſi deo attribuit̃ ſæpenumero in ſacris literis, ut in Geneſi: Per memetip̃m iuraui, dixit dominus ad Abraã, quia feciſti hanc rẽ, & non pepciſti filio tuo unigenito propter me, bñdicã tibi & multiplicabo ſemen tuũ. Similiter in Pſalmo, Iurauit dominus & non pœnitebit eũ, tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedec. Et alibi: Iurauit dominus Dauid ueritatẽ, & non fruſtrabit̃ eũ: de fructu uentris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. Et in alijs pleriſq; locis. Nullũ aũt pc̃m̃ aut actus pc̃ĩ deo attribuit̃, q eſt ſumme bonus, & in quem pc̃m̃ cadere non poteſt. Igit̃ iuramentũ de ſe & ſimpliciter non eſt illicitũ. Præterea, præcepit deus filijs Iſrael, ꝙ exigente cauſa legitima, iurarẽt per nomen eius, & non per nomina idolorũ, & iuramẽta ſibi facta p̃cepit ſeruari in Deuteronomio, cũ ait p Moyſen ad populũ Iſraeliticũ: Dominũ deũ tuũ timebis, et per nomen eius iurabis. Et rurſum: Reddes autẽ domino iuramenta tua. Nullũ aũt actũ pc̃ĩ p̃cipit deus, ſed prohibet oĩno. Nõ eſt igit̃ iuramentũ oĩe pc̃m̃. Inſuper per Ieremiã declarãs dominus q̃d populus Iſrael facere debeat, inter cætera dicit, ad eũ lo-

Gene. 22
Pſalm. 109
Pſalm. 131
Deute. 6
Nume. 30.
Ierem. 4.

quens:Et iurabis,uiuit dominus, in ueritate et in iudi cio et in iuſtitia. Vbi tres exprimunť conditiones obſeruandæ ad hoc,ꝙ iuramentũ ſit licitũ et rectũ,ſcilicet ꝙ fiat in ueritate, et non cũ falſitate aut fallacia: in iudicio, id eſt, cũ diſcretione et p̃meditatione per rationem ante facta:et in iuſtitia,id eſt,in æq̃tate et non inique.Similiter dicit Propheta in Pſalmo,ꝙ q iurat proximo ſuo et non decipit, habitabit in tabernaculo domini.Et etiã in alio Pſalmo:Rex uero lætabiť in deo, laudabũtur omnes q iurant in eo. Per pc̃m aũt non habeť ingreſſus in cælũ, neq; aliqs per pc̃m laudẽ mereť,ſed uituperiũ.Non igiť omnis q iurat,peccat: neq; om̃e iuramentũ eſt pc̃m. Poſtremũ, ad confirmationẽ fœderis initi aut pacis inter diſſidentes, præſtať licite iuramentũ ab utraq; parte de conſeruanda integre pace facta.Etiam licite iudex exigit iuramentũ in iudicio ab his q illi præſentanť, ꝙ dicent ueritatẽ de his,ſuper qbus interrogabũtur.Et tales etiã licite iurant, ꝙ ueraciter ad interrogata reſpondebũt. Similiter q de nouo aſſcribũtur alicui cõmunitati, ut in uniuerſitate aut eccleſia collegiali aut cathedrali, licite p̃ſtant iuramentũ,ꝙ ſeruabũt iura et ſtatuta illius communitatis ad quã aſſumunť Ex qbus omnibus conſtat,hũc errorẽ et ſacris literis, et rectæ rationi, et laudabili conſuetudini eſſe contrariũ ac penitus explodendũ. Secũdus uero error,priori ex aduerſo repugnãs,eſt eoꝝ,qui putant et facto mõſtrant, in om̃i caſu et ꝓ quacũq; cauſa et re,ſiue leui ſiue graui,eſſe iurandũ ſine aliquo diſcrimine: qm̃ (ut dicũt) iuramentũ eſt pro aſſertione ueritatis eoꝝ q̃ dicũtur,et ad inducendã fidẽ atq; credulitatẽ eoꝝ q̃ proferũtur:qm̃,inquiũt, ſi non iurarent, non crederenť eis. Veꝝ id dicentes, maxime derogant diuino honori:et inhonorãt nomẽ eius,q̃d pro re minima

Pſalm.14
Pſalm.

et uulgari aſſumũt in teſtimoniũ:et ita faciũt q uilipẽ
dat nomen domini, q̃d tam irreuerenter et ſine cauſa
legitima paſſim in ore ſic leuiter iurãtiũ audit. Enimuero
illud non eſt conueniens mediũ aſſerendi ueritatem,
et inducendi fidem alijs, q̃d cedit in ipſius dei inhonoratione.
Cæterum hic error ſatis eſt ſupra reprobatus
in principio hu' ſermonis, per teſtimonia ſacræ
ſcripturę, prohibentia leue et indiſcretũ iuramentũ. Ecclesia
uero catholica int iſtos duos errores extremos
media incedit uia, docens interdũ eſſe licitũ iuramentũ,
q̃d ſcilicet debitis circũſtantijs definit: fitq; (ut ait Ie
Ierem.4. remias) in ueritate, iudicio et iuſtitia: interdũ uero iuramentũ
eſſe illicitũ, q̃d ſcilicet non fit ex debita cauſa,
aut de re mala et illicita, aut leuiter et indiſcrete, aut
falſitati ẽ permixtũ. Ita em̃ ipſa ſancta eccleſia à deo ẽ
edocta per ſacrã ſcripturã, et per iſtud ſcdm mãdatũ,
q̃ prohibet nomen dei aſſumi in uanũ. Vñ triplicit po
tiſſimũ nomen dei aſſumit in uanũ. Primo, qñ aſſumitur
in iuramento uere et pro re licita, ſed ſuperflue &
ſine neceſſitate, atq; pro re modica, & indigna teſtificatione
diuini nominis. Et hoc communiter fit ab his,
qui habent prauã conſuetudinem in unaquaq; locutione
ſua iurandi, quod eſt abominabile uitiũ. Secundo
aſſumit nomen dei in uanũ, quando fit iuramentũ de
re falſa, & quã iurans ſcit eſſe falſam, & tamẽ aſſerit ſcienter
eam eſſe ueram. Et tunc non eſt ſolũ ſimplex iuramentũ,
ſed etiã periuriũ, quod longe grauius eſt ſimplici
iuramẽto: qm̃ in periurio aſſumit nomẽ dei (qui
ſumma eſt ueritas) in teſtimoniũ falſitatis. Et ergo recte
ponit periuriũ inter caſus reſeruatos ad epiſcopũ,
qñ fit corã iudice uel in ſcandalũ publicũ, & contra perſonam
publicã. Tertio aſſumit nomen dei in uanũ, qñ
quis iurat ſe facturũ aliquid, q̃d de ſe malũ eſt & illici

tũ:ut ꝙ ſuũ proximũ occidet,aut ei nocebit in corpore, bonis aut fama:aut ꝙ nũq̃ dimittet proximo iniuriam,q̃ offendit eũ. Talia eñ iuramenta fiũt inſtigante ſathana,&inducente ad illa. Idcirco nullo mõ ſunt tenenda,ſed faciẽda eſt pœnitentia de emiſſione taliũ iuramẽtorum. Vñ laudaẽ Dauid in primo Reg.ꝙ ad preces Abigail uxoris Nabal, non occidit Nabal,ſicut in iracũdia iurauerat ſe facturum.Et merito uituperaẽ Herodes apud Matthæũ ꝙ conceſſit caput ſancti Iohãnis Baptiſtæ puellæ ſaltatrici, quia iurauerat ſe ei daturũ quicquid ipſa peteret. Quare tenenda eſt hæc regula Iſidori: In male promiſſis reſcinde fidem,in turpi uoto muta decretum.Et ſic adimplebiẽ quod in themate eſt aſſumptum,Non aſſumes &c. 1.Reg.25 Matth.14 Marc.6

¶Pro ſecunda parte declaranda,Primo peccant cõtra hoc præceptũ, qui ex mala conſuetudine aut inclinatiõe frequenter iurant in familiari & uulgari ad alios locutione,etiam pro re modica & nullius precij:q̃niam illi nomen dei & ſanctorum ſemper habent in ore pro nihilo.Et ita frequentiſſime aſſumunt nomen dei in uanũ. Secundo, qui abſorpti paſſione iracũdiæ aut ebrietate,in ludis inhoneſtis & prohibitis,ut chartarum aut taxillorum,enormiẽ iurant ex impatiẽtia qñ perdũt, aut in cõtentiõe cõtra colludẽtes:cõtra iſtud pręceptũ faciũt,& grauiter deũ inhonorant.Propter quam cauſam inter cæteras,debent uiri honeſti & timorati fugere tales ludos à iure prohibitos, ne illorum occaſione laxent ſuas linguas ad talia iuramẽta execrabilia. Tertio,hoc præceptum præuaricantur, qui deierationibus ſuis addunt execrandas blaſphemias contra dei maieſtatem, & Chriſti humanitatem et ſanctam eius paſſionem,et interdũ contra ſanctos dei.Qd malum uſq; adeo eſt graue, ut in ueteri lege dominus reſponderit

Leuit. 24 Moyſi ſciſcitanti quid pœnæ irrogandum eſſet cuidã ex filijs Iſrael, qui blaſphemauerat nomen domini: Educ (inquit) blaſphemum extra caſtra, et lapidet eũ omnis populus. Et rurſum: Qui blaſphemauerit no-
Ibidem. men dñi, morte morietur. Quod & tunc factũ eſt. Et ſanctus Ludouicus rex Francorum eximius, cõſtituit ſuo tempore legem, ꝙ quicunq; inuentus fuiſſet & conuictus blaſphemaſſe nomen domini: cauterio labia eius ſignarentur ac inurerentur, & ferro candente lingua eius perforaretur. Et alij reges Francorum & principes Chriſtiani aliorum regnorum, cõſimiles leges ordinarunt multum utiles & ſalutares, ad extirpandum iſtud abominabile & horrendum uitium blaſphemię. Quæ quidem leges ſi exacte & ad unguem ſeruarentur, non ita multiplicaretur hoc deteſtabile crimen, neq; tã frequenter inferrentur plagæ toti regioni, in qua regnat hoc uitium & ſinitur graſſari aliquando per peſtes, aliqñ per ſterilitatem bonorum & famem, aliquando per bella: ſicut nunc plerunq; inferuntur, quia talibus plagis magnis deus ſeuere punit illud enorme peccatum blaſphemiæ. Quarto peccãt contra hoc præceptum, qui ira commoti aut ex praua conſuetudine deuouent ſe ſathanæ, dicentes: Dæmon aſportet me, uel ego dono me ſathanæ, aut ſibijpſis aliquod malũ imprecãtur, ut febrem quartanam, uel ſubitam mortem: aut ꝙ ſtrãgulentur ex morſu quem mãducant, aut mala morte pereãt, ſi non ſit uerum illud de quo loquuntur. Licet enim illa dicantur ad quandam aſſertionem ueritatis, tamen malo medio & illicito ſic aſſeritur ueritas: quoniam ſicut non licet ſecũdum dei legem alicui, ꝙ proximo ſuo inferat malum aut exoptet uoto: ita neq; cuiquã licet, ꝙ ſibiipſi ſpõte noceat aut imprecetur malum. Quæ enim proximo exhibẽda ſunt cha-

ritatis officia, ab unoquoq; etiam ſibiipſi debent exhiberi: quia debet quiſq; proximum ſuum diligere ſicut ſeipſum. Et ergo iſtæ imprecationes ſunt contra legẽ charitatis in ſeipſum. Quinto trãſgrediuntur hoc præceptum mercatores & mercatrices, qui cauſa lucri ſæpe committunt periurium, quãdo iurant rem illam uenalem ſe tanti emiſſe, aut tanti conſtitiſſe, cum tamen in conſcientia ſua ſciant oppoſitum, & pro lucro pecuniario ſcienter damnãt animam ſuam. Vnde illis contingit, quod dicit beat⁹ Auguſtinus ad unumquemlibet eorum, qui malo medio quæſtum faciunt & lucrum: Lucraris (inquit) pecuniam, & perdis animam. Lucrum in arca, & damnum in conſcientia. Sed quid prodeſt homini ſi uniuerſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua? ut inquit dominus noſter apud Matthæum. Quinimo quicũq; periurium committunt quacunq; ex cauſa, etiã extra mercaturam, ſunt huius præcepti tranſgreſſores: & grauiter deum offendunt, quem teſtem falſitatis aſſumũt. Sexto hoc uiolãt præceptum, quicũq; promiſſionem deo aut homini factam de re licita & honeſta, infringunt: ut q uota deo facta non cõplent, qui fœdera pacis & pacta cum aliis inita corrumpunt & diſſoluunt: qui deniq; aliquid ſub ſigillo ſecreti aut cõfeſſionis acceptum, contra ius & fas reuelant in detrimentum famæ aut ſalutis illius, qui tale ſecretum alteri commiſit. In omnibus enim iſtis promiſſionibus & uotis, eſt quędam uis iuramenti, conſtringens hominem iure diuino ad ſatisfaciendum promiſſis. Et ergo facientes contra ſua promiſſa & uota, hoc etiam dei præceptũ præuaricantur. Verũ ita ſtudeamus nos iſtud præceptum integrę cum aliis obſeruare, ut tandem ad regni

Matth.

Matt.

cæleſtis conſortium mereamur peruenire. Amen.

DE TERTIO DEI PRAECE-pto, ſermo.

MEmento ut diem ſabbati ſanctifi ces. Exodi uiceſimo capite cõſcri pta ſunt hæc uerba, & in declarati onẽ tertij præcepti aſſumpta: q̃d eſt de ſanctificatiõe, id eſt, celebra tione ſabbati, explicaturq́ latius in eodem Exodi cap. ubi poſt uer ba in themate poſita, immediate ſubiungitur: Sex die bus operaberis & facies omnia opera tua. Septimo au
Exodi.20 tem die ſabbatum domini dei tui eſt. Non facies om̃e opus in eo tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & an cilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra por tas tuas. Sex enim diebus fecit deus cælum & terrã, & mare & omnia quæ in eis ſunt: & requieuit die ſepti- mo. Idcirco benedixit dominus diei ſabbati, & ſancti ficauit eum. Hæc ibi. Ex quibus uerbis cõſtat, celebra tionem diei ſabbati per ſingulas hebdomadas facien- dam, primum eſſe inſtitutam à deo in commemorati onem beneficij creationis mundi, & gubernatiõis eiuſ dem: quoniam ſex diebus deus condidit ac formauit
Gene.1. diuerſa creaturarum genera, ut Geneſeos liber oſten
Gen.2. dit. Septimo autem die requieuit, non q̃dem tanquã laſſus, ſed ceſſauit à noua creaturarũ formatione, neque amplius nouas rerum ſpecies ad eſſe produxit. Non- nũq̃ enim requieſcere pro ceſſare ſumit in ſcriptura,
Apoc.4. & requies pro ceſſatione: ut in Apocalypſi dicit de q̃- tuor animalibus, repræſentãtibus ſanctos euãgeliſtas: Et reqem non habebãt die ac nocte, dicentia: Sanct9, ſanctus, ſanctus dominus deus omnipotẽs. Requiem

Morale chret. 343.
... paciuchelli to. 2 . 246.

inquã, id eſt, ceſſationem & deſiſtentiã à diuina laude. Vnde Auguſtinus libro 4. ſuper Geneſim dicit: Sic requieuit deus, ut nouam creaturam ulterius conderet nullam: non ut quæ condiderat, continere & gubernare ceſſaret. Operatur adhuc de⁹ quotidie, creaturas cõſeruando conditas & gubernando, ut ipſe Chriſtus teſtatur, ad Iudæos dicens: Pater meus uſq; modo operatur, & ego operor. Et huic intelligentiæ reſpondet interpretatio huius nominis ſabbatum, quod tantundem ualet ſicut requies ſiue ceſſatio. Idem quoq; præceptum domini per Moyſen repetitur populo Iſrael in Deuteronomio his uerbis: Obſerua diem ſabbati ut ſanctifices eum, ſicut præcepit tibi dominus deus tuus. Et reliqua in eandem ſententiam, quæ immediate ibidem ſequuntur. Verũtamen illucente legis euãgelicæ ſplendore, circa noui ſcilicet teſtamenti & primitiuæ eccleſiæ exordium, magiſterio ſanctiſpũs dies ſabbati in diem dominicum eſt commutatus: ſicut lex uetus in legẽ nouã, atq; umbra ſiue figura in lucẽ & ueritatem: ne ſi ſemper manſiſſet obſeruatio ſabbati, uideremur iudaizare, & ſequi ritus & obſeruationes Iudæorum, poſt promulgatam legem euangelicam tanq̃ neceſſarias ad ſalutem. Hãc autem commutationem ſabbati in diem dominicam, fuiſſe factã tempore apoſtolorum: conuincitur ex hoc, quod beatus Iohannes apoſtolus ſcribit in Apocalypſi: Ego Iohannes fui in ſpiritu in dominica die. Vbi diem dominicã nominans, ſatis inſinuat eam tũc fuiſſe inſtitutam. Huius autem commutationis tres ſunt præcipuæ cauſę. Prima, quia dies dominica eſt prima in ordine dierũ toti⁹ uniuerſi, & in q̃ eſt inchoata rerũ creatio, formataq; eſt lux. Namſi à ſabbato dies ordine retrogrado computes, ut ſabbatũ ſit dies ſeptima: dies ueneris, ſexta, dies io-

Iohan. Deute. 5 Apoc. 1 Gene.

uis,quinta:& ita conſequenter,planũ eſt ꝙ dies domi nica erit prima, Quod & eccleſia teſtatur cum canit de dominica:

Primo dierum omnium,
Quo mundus extat conditus.

Itaq; ſabbatum dies eſt conſummatiõis operum dei, dominica uero dies inchoationis operum eiuſdem. Secundo,dies dominicus ē magnę celebritatis,ob myſterium reſurrectionis dominicæ eo die peractum: ꝑ
Marc.16. quod totus mundus ad uitã reparatus eſt per Chriſtũ, qui mortem noſtrã moriendo deſtruxit, & uitã reſur gendo reparauit. Tertio,dies dominicus eſt magnę dignitatis, ob miſſionem ſanctiſpũs in die Pentecoſtes, factã in die dominico: qm̃ erat quinquageſimus à die Paſchæ. Per quã ſpũſſancti ſuſceptionem,in totum or bem terrarum proceſſit prædicatio apoſtolorũ. Hoc ergo præcepto iubemur hebdomadatim diem domi nicum celebrare. Aue Maria.

Exodi.20 ¶Memẽto ut diẽ ſabbati ſanctifices. Ex loco prius adducto ſumũtur hæc uerba,ꝓ ſermonis huius themate. Qui in duas diuidetur partes. Prima,quomodo obſeruandum eſt & intelligendum hoc tertium præceptum,declarabit. Secũda, quo pacto contingat idem præceptum uiolari per tranſgreſſionem, explanabit. Pro prima parte deducenda id in primis tenẽdum, ꝙ per hoc pręceptum indicitur nobis obſeruatio hebdomadaria diei dominicæ, ut in illa uacemus & intendamus obſequio dei & ſeruitio,per frequentationem eccleſiæ &auditionem officij eccleſiaſtici. Quare ad hoc præceptum obſeruandum ante omnia requiritur,quòd in die dominico abſtineant fideles ab opere ſeruili & manuali, ut mercator à mercatione actuali, agricola ab actu agriculturæ, & quiſque artifex

à ſuæ artis mechanicæ exercitio, quo poſſit liberius & commodius intendere animum ad deum colendũ. Attamen per hoc præceptum opera charitatis & pietatis in deum & proximum, nullo modo debent intelligi prohibita in ſabbato: ut datio eleemoſynæ, uiſitatio infirmorum, ſuſceptio ſacramentorum eccleſię, nõ minus die dominico fieri poſſunt, quàm alio quouis die. Vnde in euangelio Chriſtus Phariſæos ſæpe confutat, qui dicebant ipſum non cuſtodire ſabbatũ, quia in die ſabbati paralyticos curabat, cæcos illuminabat, & alios diuerſis oppreſſos morbis ſanabat. Sed eorum calumniam hoc argumento contũdebat frequenter: In ſabbato circũciditis hominem, ut non ſoluatur lex Moyſi: & mihi indignamini, quia totum hominem ſanum feci in ſabbato? Et apud Matthæum: Sabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum uiolant (manualiter ſcilicet operando in hoſtiarum præparationibus & immolationibus) & ſine crimine ſunt. Etiam per hoc pręceptum non excluduntur opera neceſſitatis, & quæ in aliud tempus commode differri non poſſunt, neq; ꝓhibentur fieri in die feſto: ut præparatio ciborum, mãducatio, potatio, medicinæ ſumptio, phlebothomia ꝓ ægroto & conſimilia. Quod dominus in euãgelio inſinuat, Phariſæos his uerbis confutãs: Hypocritæ, unuſquiſq; ueſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouẽ ſuũ aut aſinũ, & ducit adaquare? Et apud eundem euangeliſtã capi. ſequente: Cuius ueſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die ſabbati? Vñ nimia ſimplicitate uſi fuiſſe dignoſcuntur illi Iudæi, qui militibus regis Antiochi inferentibus illis bellũ in die ſabbati, noluerunt reſiſtere, ne uiolarẽt ſabbatum, ſed permiſerunt ſe omnes uſq; ad unũ occidi. Quod audiens Matathias pater Machabęorum, & amici eius, pro

Ioh. 7.
Matth.
Luc. 13
Luc. 14
1. Mach.

debet ſcire, proueniens ex neglige͞tia aut incuria diſce͞dii illa, non excuſat hominem, ſed potius accuſat & aggrauat peccatum. Quarto debent fideles audiendo diuinum officium eſſe inte͞ti orationi, & dicere, Pater noſter, Aue Maria, Credo, ſeptem pſalmos, horas beatæ uirginis Mariæ: qui illas ſciunt, uigilias mortuorum, & alias pias orationes, unuſquiſq; ſc͞dm ſtatum & capacitatem ſuam: & non confabulari in eccleſia, aut deambulare ultro citroq;, quaſi in publica platea. quoniam à domino dictum eſt p Propheta͞ Iſaiam: Domus mea, domus orationis uocabitur cu͞ctis ge͞tibus. quare non debet ipſa dei domus, fieri domus confabulationis, aut dea͞bulationis, p qua͞ aliorum impediatur deuotio, & ſca͞dalum oriatur. Quinto ad huius præcepti plena͞ obſeruationem, debent ipſa ſacramenta eccleſiaſtica debita ueneratione honorari, & maxime ſacramentum euchariſtiæ in eccleſia ſupra magnum altare poſitum aut iuxta, ſumme honora͞dum eſt deuota genuflexione, inclinatione capitis, & alijs ſignis exterioribus, ad honora͞dum deum inſtitutis. Alia etiam ſacramenta ſunt debite honora͞da, aut ea ſuſcipie͞do, aut ſuſcipientibus aſſiſtendo cum debita reuerentia & ſine irriſione, aut cachinnis: quemadmodum interdum ex praua conſuetudine in ſponſalibus aut deſponſatione, contractibusq; matrimonialibus, & benedictione nuptiali in eccleſijs publice facta, ſolent à petulantibus dici ſcommata, & fieri irriſio͞es inhoneſtæ, quod cedit in irreuerentia͞ ta͞ti ſacramenti. Sexto debet quiſq; fidelium die dominico examinare ſuam conſcientiam coram deo, & diſcutere ſua͞ uita͞: quomodo per tota͞ hebdomada͞ uixerit, & à deo petere uenia͞ ſuorum pc͞torum, cum propoſito confitendi & emenda͞di uita͞ ſuam, Debet itidem recolere beneficia magna & mul

Iſaie. 56

ta à deo accepta, & de illis gratias agere, & implorare diuinum auxilium in ſui directionem ad recte uiuendum. Denique debet etiam eo die memorari ſua nouiſſima, mortem ſcilicet & extremum iudicium, pœnas inferni & gaudia paradiſi, ut ex illorum conſideratione retrahatur à peccatis, ſecundum illud uerbum Eccleſiaſtici: Memorare nouiſſima tua, & in æternū non peccabis. & iuxta illud uerbum beati Hieronymi: Facile contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum. Hæc Gerſon in opere tripartito. Septimo, ad huius p̄cepti adimpletionem debent fideles non ſolum diem dominicum, ſed etiam dies feſtos ſanctorum per annū occurrentes, & ab eccleſia inſtitutos celebrare: ut feſta beatiſſimæ uirginis Mariæ, ſanctorum apoſtolorum, martyrum, confeſſorum atque uirginum, ex ordinatione eccleſiæ ſolenniter peragere. Nam honor qui ſanctis impenditur, in deum finaliter refertur, qui illos ſanctificauit, & nunc in cælis glorificat. Quod enim (inquit apud Matthæum) uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Similiter imagines ſanctorum in honore ſunt & reuerentia habendæ, tanquam ſigna quædam uenerabilia illos repræſentantia. Et reliquiæ etiam ſanctorum uenerandæ, quia fuerunt organa bonarū operationum, quas hic uiuentes fecerunt. Et ita complebitur quod in themate eſt aſſumptum, Memento ut diem &c.

Eccleſ. 7.

Matth. 25.

¶Pro ſecunda parte declarāda, primo tranſgrediūtur iſtud præceptum, qui diebus feſtis faciūt opus ſeruile ſiue manuale contra conſtitutionem & conſuetudinem eccleſiæ, ex cupiditate aut paruipenſione diei feſti ſine aliqua neceſſitate, ut mercaturam ſiue opus artis mechanicæ. Quoniam talis operatio eſt ſignum contēptus dei & eccleſiæ, atque negligentię ſuæ ſalutis atque in-

curiæ: q̃ꝗ tales operãtes plus curant proprium commodum, quàm deum. Et idcirco mercaturæ publicæ & fora quæ diebus feſtis tenentur in urbibus aut pagis, deberent autoritate epiſcopi & rectorum reipublicæ prohiberi, & in alium diem transferri, ne palã & publice committatur tam aperta tranſgreſſio huius præcepti in mercaturis & foris. Vnde in Numeris ſcriptum eſt, ꝙ cum quidã ex populo Iſrael inuentus fuiſſet collegiſſe ligna in die ſabbati, recluſus eſt in carcerem à Moyſe, donec interrogaſſet dominum quid de illo faciendum eſſet. Cui dominus reſpondit, ꝙ educeretur extra caſtra, & lapidibus obrueretur à populo: quod & factum eſt. Ecce quàm graui pœna mulctat⁹ eſt iubente deo, qui hoc præceptum uiolauit. Quid ergo de nobis futurum eſt? Secundo pręuaricantur iſtud præceptum, qui diebus feſtis cum deberẽt intereſſe diuino ſeruitio, uadunt ad ſpectacula & ludos, aut uacãt comeſationibus & ebrietatibus, in tabernis & cauponis, aut ludis intenti ſunt inhoneſtis, ut chartarum aut taxillorum ea hora, qua celebratur magna miſſa parochiæ, non habentes excuſationem, aut dicuntur ueſperæ. A quibus ludis deberent abſtinere etiã dieb⁹ nõ feſtis. Et ideo rõne temporis ſacri, ſcilicet feſti, peccatum eorum aggrauatur. Vnde in decretis de conſecratione diſtinctione prima capit. qui die. ex concilio Carthaginenſi quarto dicitur: Qui die ſolenni, prętermiſſo eccleſiæ conuentu, ad ſpectacula uadit, excommunicetur. Et in eodem libro, de conſecratiõe diſtinctione tertia cap. irreligioſa. ex cõcilio Toletano quarto dicitur: Irreligioſa cõſuetudo ẽ, quã uulgus per ſanctorum ſolennitates agere conſueuit. Populi qui debent diuina officia attendere, ſaltationibus turpibus inuigilant, cãtica non ſolum mala canentes, ſed religi-

ſorum officijs perſtrepunt. Hoc etenim ut ab omnibus prouincijs depellatur, ſacerdotum & iudicū à concilio ſancto iuri committitur. Hæc ibidem contra improbos uulgi mores. Tertio præceptum iſtud trāſgrediūtur, qui diebus feſtis aſſunt quidem corpore in eccleſia, ſed animo nihil eccleſiaſticum agūt: ſed aut colloquuntur de alijs negocijs ſecularibus & confabulantur, aut deambulāt per eccleſiā ſine aliqua reuerentia & ueneratione in deum aut ſanctos: ut de eis uere dici
Iſai.29 poſſit, quod dominus per Prophetam Iſaiam conque
Matt.15. ritur, dicēs: Populus hic labijs me honorat, cor autem
Marc.7 eorum longe eſt à me. Veruntamen ſicut Chriſtus fa
Iohan.2. cto de funiculis flagello eiecit emētes & uendentes de templo, & menſas nummulariorū ſubuertit: ita iſtos confabulatores & deambulatores, imo quoſcunq; irreuerentes in templo, & quocunq; modo ſuam in deum irreuerentiam prodentes, flagello æternæ dānationis percutiet, & eijciet de templo ſuo ſupernæ ciuitatis Ieruſalem, in lacum inferni. Quarto, iſtius præcepti ſunt tranſgreſſores, qui die ſabbati dicunt neceſſario eſſe abſtinendum ab omni opere ſeruili, & abſtinent (ut dicunt) in honorem beatæ Mariæ uirginis, maxime à meridie & deinceps: ſic, q; cum primum audierint ſonum meridiei campana fieri, protinus omne opus relinquunt, & putant atq; prædicant eſſe pctm̄, aliqd eo die operari. Quæ ſane doctrina eſt diabolica, & adinuenta à ſathana, ut inducat homines ad iudaizandū: & eſt contraria ritui & moribus eccleſiæ, ex ſuperſtitione quadā phātaſtica ortum habens. Contra quā execrabilem obſeruationem ſic ſcribit beatus Gregori⁹ ciuibus Romanis, ut habetur in decretis, de conſecratione diſtinctione tertia cap. peruenit, in hāc uerborum formam; Peruenit ad me, quoſdam peruerſi ſpūs ho-

mines, praua inter uos aliqua ſanctæ fidei aduerſa ſeminaſſe, ita ut die ſabbati aliquid operari prohiberēt. Quos quid aliud quàm Antichriſti prædicatores dixerimus? qui ueniens, diem ſabbati & dominicū ab om̄i faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe & reſurgere ſimulat, haberi in ueneratiōe uult diem dominicum. Et quia populum iudaizare compellit, ut exteriorem legis ritum reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdat, coli uult ſabbatum. Hæc ibi. Itaq; die ſabbati uſq; ad mediam noctem poſſunt omnes licite operari. Verum nunc ſtudeamus tam diligenter ſanctificare ſabbatum ſpirituale, id ē, diem dominicum & dies feſtos, ut tandem ad ſupernæ ciuitatis ſabbatum & requiem æternam tranſeamus. Amen.

DE QVARTO PRAECEPTO dei, ſermo.

HOnora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longæuus ſuper terrā. Exodi uiceſimo cap. ſcribunť hæc uerba: & hic aſſumſitur pro declaratione quarti præcepti diuini, q̄d explicant, ſcilicet de honorandis parētibus. Vnde tria præcepta domini præcedentia, ordinant hominem recte ad deum colendum & honorandum. Iſtud uero quartum præceptum & ſex ſubſequentia, recte ordinãt hominē ad proximos ſuos, ut eis exhibeantur quæ iure ſunt debita, & nulla inferantur eis nocumenta. Sunt autem ſubſequentia omnia præcepta nos ad proximum dirigētia, negatiua, & prohibētia detrimētum aliquod irrogari proximo noſtro. Hoc uero quartū, inter ea quæ nos inſtituunt quid proximo debemus exhibere, ſolū

affirmatiuum eſt, præcipiēs debitum parētibus honorem à nobis impēdi debere. Et ipſum etiam repetitur per Moyſen ſecundum eandem ſententiam in Deuteronomio, ubi ipſe iubente deo ait ad populum Iſrael: Honora patrem tuum & matrem, ſicut præcepit tibi dominus deus tuus: ut longo uiuas tempore, & bene ſit tibi in terra, quā dominus deus tuus daturus eſt tibi. Neq; ſolum in his duobus ſcripturæ locis ſuperius adductis, ſed & in alijs compluribus tam ueteris q̃ noui teſtamēti, commēdatur nobis honoratio parētum, ut in illo Exodi: Qui percuſſerit patrem ſuum aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo uel matri, morte moriatur. Et in Leuitico, Qui maledixerit patri ſuo aut matri, morte moriatur. Patri matriq; qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſuper eum. Et ſanctus uir Thobias ſenior, filio ſuo Thobiæ iuniori, inter cætera hoc dedit præclarum documētum: Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit propter te in utero ſuo. Præterea in Eccleſiaſtico ſcribit & hæc ſalubris exhortatio: Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam. Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs, & in die orationis ſuæ exaudietur. Qui honorat patrem ſuum, uita uiuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Honora patrem tuum, ut ſuperueniat tibi bñdictio à deo: & benedictio illius in nouiſſimo manet. Et paulo poſt in eodem cap. Quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem. & eſt maledictus à deo, qui exaſperat matrē. Et alia etiam multa præclara documenta dantur in eodē capite ad hoc propoſitum. Rurſum alibi ſcribitur & iſtud ſalutare monitum: Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris. Memēto q̃m niſi per

Deute. 5 · Exodi. 21. · Leuit. 20. · Thob. 4. · Eccle. 3. · Eccleſi. 7.

illos, natus non fuiſſes: & retribue illis, quomodo & il li tibi. In nouo uero teſtamẽto id unum ſufficit teſtimonium & inſigne exemplum, quod à Luca ſcribitur de domino Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro, adhuc in puerili ætate conſtituto, q erat ſubditus parentibus ſuis, ſacratiſſimæ ſcilicet ſuę matri uirgini, & ſancto Ioſeph uiro eius, ut patri ſuo, ob nutritionis officium & curã. Et in cruce pendens, matris ſuæ curam habuit, & ſancto Iohãni eam commendauit. Cum igitur ipſe q dominus eſt cæli & terræ, omniumq́ rerum conditor & rector, dignatus eſt ſe exhibere ſubditum & ſubiectũ ſuis parentibus, deus ſcilicet hominibus, & creator creaturis, atq; factor ſuæ facturæ: quid facere debet homo ad illius imitationem, qui puluis eſt & cinis? non ne etiam libenter & prompte honorem & obedientiam ſuis parentibus impendere? & propter deum qui id præcepit, omimodam ſubiectionem illis præſtare? Quod ſi fecerit ſedulo, non carebit ampla remũneratione, ſed inter cætera bona conſequetur uitæ longitudinẽ: & ut dicit thema propoſitum, erit longęuus ſuper terram. Super terram inquam morientium, & in præſentis uitæ incolatu uita uiuet longiore, ut inquit Eccleſiaſticus. & ſuper terram uiuentium atq; in regione uiuorum regnoq́ cæleſti, etiam habebit longæuitatem uitæ, nullo unquam fine terminandam. Aue Maria.

Luce. 2

Johan. 19

Gene. 3

Eccle. 3

¶Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis lõgæuus ſuper terram. Ex loco prius adducto deſumpta ſunt hęc uerba pro pręſentis ſermonis materia, q in duas partes diuidetur. Prima, quomodo intelligendum eſt hoc pręceptum & obſeruandum, manifeſtabit. Secunda uero, quibus modis & à quibus hoc pręceptum uiolatur, declarabit paucis. Pro prima parte

Exodi. 20

deducenda, id ante omnia tenẽdum, ꝙ iſtud pręceptũ primo intelligitur de patre & matre ſecundum carnis originẽ, quos filij ipſi iubẽtur hic honorare potiſſimũ duobus modis. Primo, reuerẽtiam eis debitam exhibẽdo exterioribus ſignis, & obedientiam promptam atq; ſubiectionẽ in rebus licitis & honeſtis ipſis pręſtã do. Nam ab eis uitę ſuę habẽt exortum atq; ſubſiſten di principium: idcirco iure diuino atq; naturali debẽt filij ſuis parẽtibus honorẽ atq; obſequium, quẽadmodum teſtatur Eccleſiaſticus, dicens: Qui timet dominum, honorat parẽtes: & q̃ſi dominis ſuiet his, qui ſe genuerunt, in ope & ſmone & omni patiẽtia. Et certe qui diligẽter id obſeruat, ut obſequioſus & obediẽs ſit parẽtibus ſuis, bñdictionem à domino & copioſa gratiarum dona conſequetur, teſte Eccleſiaſtico, q in eodẽ loco ſcilicet tertio cap. ſubiungit, ut & ante ẽ ad ductum: Honora patrẽ tuum, ut ſupueniat tibi bñdictio: & bñdictio illius in nouiſſimo manet. Bñdictio patris firmat domos filiorum, maledictio autẽ matris eradicat fundamẽta. Hæc ibi. Vñ beata Monica mãt ſancti Auguſtini, filium ſuum in fine uitę ſuę pręſertim in illo commẽdauit, ꝙ nunquam ex ore eius audiuerat aliquod uerbum aſpum & acerbum eiaculatum in eam. Quod exemplum omnes filij debẽt ſedulo imitari. Scdo debẽt filij honorare ſuos parẽtes, ſubminiſtrãdo eis (ſi indigeant) neceſſaria uitę ſuſtẽtamenta, & in ſenectute cum amplius lucrari uictum non poſſunt, eos ſolicite alẽdo ac nutriẽdo, fouẽdo ac ſuſtentando. Quod & Eccleſiaſticus ſic admonet: Fili, ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in uita illius: & ſi defecerit ſenſu, ueniam da, & ne ſpernas eũ in tua uirtute. Eleemoſyna enim patris nõ erit in obliuione, Et reliqua, quæ continuo ſequuntur in eandẽ

Eccle. 3.

Eccle. 3.

ſententiam, Vnde Ariſtoteles in Ethicis dicit, ꝙ filij ꝑcipue debent parentibus retribuere uictum & amictũ, atq; ſubminiſtrare in neceſſitate: quõ illa eadem à parẽtibus acceperunt in ſua infantia ac puerili ætate, cum nondum ſeipſos potuerunt iuuare. Aequitas autem & lex iuſtitiæ, atq; recta ratio requirit, ꝙ talia parẽtibus ſenio & debilitate confectis retribuant pro compenſatione beneficij ante accepti, qualia ipſi à parentibus prius ſuſceperunt. Et hoc idem natura nos docet quodam ueſtigio & exemplo in ciconijs iunioribus, quæ uolant ad prædam & uictum quæritandum: & quod inueniunt, protinus deferunt ciconijs parentibus ſuis ſenioribus, & in nido quieſcentibus: quia amplius nõ poſſunt uolare ad prædam, & ita enutriunt ſuos parẽtes. Et (ut paucis rem abſoluam) bñdictio dei omnipotentis deſcendit ſuper illos qui parentes ſuos educant in ſenectute. Et e diuerſo maledictio dei uenit ſup domum illorum, qui parentibus ſuis denegant uictualia, cum ſunt in egeſtate & penuria. Idcirco dominus noſter acerbe reprehendit ſcribas & phariſæos, qui hanc peruerſam & falſam atq; erroneam doctrinam diſſeminabant in populo, ad ſuum lucrũ, aucupium & cõmodum, ꝙ meli⁹ eſſet filio diuiti offerre munera deo in templo, & facere magnas oblationes, quàm ſuccurrere ſuis parentibus in neceſſitate poſitis, & ſubminiſtrare illis neceſſaria: quoniam (ut dixerunt) illæ oblationes factæ ad altare à filio, etiam proſunt parẽtibus quantum ad ſalutem animarum. Sed ita docuerunt phariſæi, ut copioſiores fierent oblationes in templo, quæ cederent ad uſum & profectum eorum. Hinc Salomon contra inhonorantes ſuos parentes per denegationem neceſſariorum, ait: Oculum qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant

Exempl.

Matth. 15

Prouer. 30

eum corui de torrentibus, & comedant eum filiæ aquilæ. Secundo, iſtud præceptum intelligitur etiam de patre & matre ſpūali, & ante omnia de deo patre noſtro, à quo habemus eſſe, uiuere, & ſubſiſtere, q etiã in principio orationis dominicæ ſe patrẽ noſtrũ appellari &
Matth. 6. docuit & uoluit. Quẽ profecto honorare, colere ante omnia, & per debitam obediẽtiam atq; ſubiectionem debemus reuereri, quẽadmodum ſcribit beatus
Hebr. 12. Paulus ad Hebræos, dicẽs: Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multo magis obtemperabimus patri ſpirituum, & uiuemus? Et illi quidem in tẽpore paucorũ dierũ, ſecundũ uoluntatem ſuam erudiebant nos. Hic autem ad id quod utile eſt, in recipiẽdo ſanctificationẽ eius. Hæc ibi. Poſt deũ uero patres noſtri ſpūales ſunt prælati noſtri, epiſcopi & curati, atq; alij præpoſiti noſtri eccleſiaſtici, qui prouinciã habent nos inſtruendi, dirigẽdi, & ſacramẽtis eccleſiaſticis muniẽdi ac ſanctificãdi.
Galat. 4. Idcirco patres noſtri ſunt, non quidẽ corporũ, ſed animorũ, ſicut Paulus ad Galatas ſcribit: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur in uobis Chriſtus. Et
1. Cor. 4. ad Corinthios ait: In Chriſto Ieſu per euãgelium ego uos genui. Iſtis aũt noſtris patrib' debemus etiam ho
Hebr. 13 norẽ, & obediẽtiam præceptis ipſorũ, ſicut teſtaĩ Apoſtolus, ad Hebræos dicens: Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim puigilant quaſi rationem de animabus ueſtris reddituri. Debẽt etiam fideles illis patribus ſpiritualibus exhibere alimoniam, pſoluendo decimas, oblationes & alia iura temporalia, ſecundum laudabilẽ conſuetudinẽ pſolui illis ſolita. Nam iure diuino naturali & poſitiuo, his qui ſpūalia adminiſtrant, debẽtur tẽporalia bona pro ſuſtentatiõe eorũ corporali, quemadmodũ innuit beat' Paulus, cum
1. Timo. 5. ſcribit ad Timotheum: Qui bñ præſunt preſbyteri, du

plici honore digni habeant, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Duplici inquam, ſcilicet honore obedientiæ,& ſubminiſtrationis rerum temporalium pro ipſorum ſuſtẽtatione. Qui enim ſpũalia ſeminãt, debent temporalia metere. Tertio per iſtud præceptum debem' honorare eccleſiam ſanctam, ut matrẽ noſtram ſpũalem, quæ nos Chriſto regenerauit ꝑ baptiſmum ex aqua & ſpũſancto. Et huic debemus obedientiam,ſeruando eius præcepta in feſtorũ celebratione, ieiuniorum obſeruatione,& cæteris ipſius conſtitutionibus,ut auditione miſſæ &ſimilibus. Vnde dominus in euangelio dicit,ꝙ ſi quis eccleſiam non audierit,haberi debet ſicut ethnicus & publicanus. Et beatus Auguſtinus in libro de expoſitione ſymboli ad catechumenos,ait:Non habebit deum patrem,qui eccleſiam contemnit habere matrem. Quarto,patres noſtri ſunt reges & principes terreni,ſimiliter iudices & magiſtratus locorum,qui curam habent gubernandi populum in pace & tranquillitate reipublicæ.Et iſtis etiam debemus honorem & obedientiam, ut admonet beatus Paulus,ſic ad Romanos ſcribens: Omnis (inquit)anima poteſtatibus ſublimiorib' ſubdita ſit. Omnis enim poteſtas à domino deo eſt,Et beatus Petrus in prima ſua epiſtola: Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter deum:ſiue regi,quaſi præcellenti:ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis. Et rurſum idem:Regem honorificate. Et ita facientes,adimplebimus integre dei præceptũ,pro themate adductũ: Honora patrem tuũ & matrem tuam &c.

Matth.18 / Roma.13 / 1.Petri.2 / Ibidem.

¶Pro expedienda ſecunda parte,peccant primo cõtra iſtud prçceptum,qui parentibus ſuis ſcđm carnem ſunt inobedientes,& moleſtiam ipſis inferunt, aut ꝑſecutionem ſuſcitant.Et ſolent à deo tales grauiter pu-

Gene. 9. niri, ut Cham filius Noæ, quia irriſit patrem ſuum, iacentem nudum in tabernaculo, ſomnoq́ꝫ & ebrietate oppreſſum, & illam nuditatem fratribus ſuis nũciauit, incurrit maledictionem patris cum tota ſua poſteritate. Alij uero duo filij eius, Sem & Iaphet, quia nuditatem membrorum uirilium patris cum uerecundia cõtexerunt, benedictionem paternam ſunt conſecuti.
Gene. 22 Iſaac maxime commendatur, ꝙ quum agnoſceret paternam uoluntatem de ſui immolatione, ne uerbo quidem uno recuſarit, ſed lubens collum diſtricto enſi ꝓbuerit. Quæ res illi bñ contigit: nam & à morte cõſeruatus eſt, & propter obedientiam bñdictionem à domino meruit.
Gen. 27. Iacob, quia obediuit matri Rebeccæ, bene ei fuit coram deo: male autem contigit Eſau inobe-
Thobi. 6. dienti & contumaci. Præterea Thobias ſuis uirtutum operibus meruit edoceri ab angelo de remedio cæcita-
Thob. 3. tis paternæ curãdæ. Et alibi ſcribitur, quomodo Thobias ipſe pater orabat pro ſuis parentibus: Ne reminiſcaris delicta mea uel parentum meorum. Et idem ti-
Thob. 4. mens mori, uocauit ad ſe filium ſuum, dixitq́ꝫ ei: Audi fili mi uerba oris mei, & ea in corde tuo quaſi fundamentum conſtrue. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Memor eñ eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit in utero ſuo.
Ierem. 35. In Ieremia quoq́ꝫ habetur de filijs Ionadab, filij Rechab, ꝙ dominus miſit Ieremiam ad probandum eorum obedientiam ad patrem, & iuſſit Ieremiæ ut offerret eis uinum. & reſponderunt, Non bibemus uinum, quia Ionadab filius Rechab pater noſter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis uinum uos & filij ueſtri uſq́ꝫ in ſempiternum, & domũ non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & uineas nõ plantabitis nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus ueſtris, ut uiuatis multis diebus ſu-

faciem terræ. Obediemus ergo uoci patris noſtri in omnibus quæ præcepit nobis, ut non biberemus uinū cunctis diebus noſtris, nos & mulieres noſtræ & filij & filiæ noſtræ, & non ædificaremus domos ad habitandum. Et eodē capite dixit eis Ieremias: Pro eo ꝙ obedijſtis præcepto patris ueſtri, & cuſtodiſtis omnia mādata eius, non deficiet uir de ſtirpe Ionadab ſtās in cōſpectu meo cunctis diebus, id eſt, proſperans in hac uita & futura. Inſuper diuus Ludouicus quondam Francorum rex, quum ſemper om̄ibus præceptis fideliſſimis matris Blanchæ, regis Caſtellæ filiæ, páruiſſet: cōparauit ſibi, cum in hoc ſeculo abundantiſſimas opes & nunquā intermoriturum famę decus, tum uero in cælis gloriam & perpetuam felicitatem. Quæ bona quum intelligeret ſe eſſe aſſecutum propter pręſtitam ſanctiſſimæ & integerrimæ matri obedientiam, moriens, in primis iuſſit Philippo filio, mox futuro Francorum regi, ut matri (quam ipſe coniugem cognouerat ſanctitatis & religionis plenam) illi inquam, ſi felix & longæuus eſſe uellet, diligentiſſime obſequeretur. Poſtremo Paulꝰ ad Romanos inter peccata mortalia annumerat inobedientiam erga parentes, in rebus ſcilicet honeſtis, & quæ non ſunt contra dei honorem. Et in Deuteronomio p̄cepit dominus filium contumacē & proteruum, qui monita parentum audire contēnit, & illis eſt inobediens, condemnari ad mortem, & lapidari à populo. In ſecundo uero libro Regum narrat hiſtoria ſacra, ꝙ Abſalon filius Dauid ſuſcitauit coniurationem contra patrem ſuum, & uoluit expellere eū regno: ſed ignominioſa morte perijt per crines, arbori (ſub qua mulæ inſidens tranſiuit) adhærens, & tribꝰ lanceis à Ioab principe militiæ Dauid confixus p præcordia, & occiſus. Talis certe eſt finis & exitus illorū,

Ierem. [margin: Roma. Deute. pœna 2. Regū]

qui parentes ſuos perſequunt. Inſup beatus Auguſtinus in uiceſimo ſecũdo libro de ciuitate dei cap. octauo narrat terribile exemplum, de quadam matre uidua, quæ ſeptem habebat filios & tres filias, rebelles ſuæ matri & inobediẽtes. Quibus quum ipſa ſemel ex impatientia & acerbitate animi imprecata eſt maledictionẽ, ſtatim oĩes illi decem tali plaga à deo ſunt ꝑcuſſi, ꝙ toto corpore, & omnibus corporis membris tremuerunt, continuo tremore & aſſiduo. Et ex illis duo, frater & ſoror, uenerunt ad Hipponenſem ciuitatem, ubi B. Auguſtinus erat tunc epiſcopus: & per inuocationem ſancti Stephani factam ad reliquias eius, in eadẽ eccleſia repoſitas, ambo liberati ſunt ab illa plaga tremoris corporalis à deo inflicta. Et certe communiter id uidemus accidere ex diuina ꝑmiſſione, ꝙ quãdo aliqui fuerunt rebelles & inobedientes ſuis parentibus, ubi poſtea habuerunt filios aut filias: illi etiã fuerunt ipſis rebelles, contumaces & inobedientes: ut ꝑ quæ peccauerunt, ꝑ eadẽ ſcdm̃ diuinæ iuſtitiæ legẽ etiam acerbe puniantur, ſcdm̃ hanc Sapiẽtis ſententiam, in libro ſapiẽtiæ conſcriptam: Per quæ peccat quis, per hæc & torquet. Secundo tranſgrediunt hoc ꝓceptum, qui ſuis ſuꝑioribus & ꝑlatis eccleſiaſticis ſunt inobedientes, nec uolunt obedire mandatis eoꝝ publicis iuſtis & rationabilibus. Quinimo detrahunt ſuis ꝑlatis, obloquentes contra uitam & mores eoꝝ: & non conſiderant ꝙ quantumcunq; ſunt ſcãdaloſi in uita ſua, nõ tamen idcirco ſacramenta ꝑ eos miniſtrata, ſunt minoris efficaciæ iis qui rite ea ſuſcipiunt: qm̃ non à bonitate aut conditione miniſtroꝝ, ſed ex diuina inſtitutione & uirtute habẽt ſuam uim. Et ꝓpter improbam uitam ꝑlatoꝝ, ſubditi non eximunt ab eoꝝ obedientia & ſubiectione, cum de malis ꝑlatis dicat Chriſt⁹ in

Exemplũ terribile.

euangelio Matth. Quę dicunt, facite: q̄ aūt faciunt, no lite facere, dicunt enim, & non faciūt. Et B. Petrus admonet obediēdum eē ꝓpoſitis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Et id quidē, ꝓpter ꝑlatione, quam deo ſinēte gerunt. Tertio uiolant hoc pręceptum, qui mādata eccleſię de feſtis celebrādis aut ieiuniis obſeruandis contēnunt: neq; curant ieiunare ieiunia ab eccleſia p̄cepta, ut q̄dragefimam, q̄tuor tēpora, aut uigilias ſanctoꝝ: cum tamē id facere poſſent ſine notabili grauamine ſui corporis. Similit̄ & hi qui cēſuras eccleſiaſticas & excommunicationes paruipēdūt & nihili faciunt: & hi deniq;, qui decimas & oblationes miniſtris eccleſię debitas ꝓ ſuſtētatione uitę eorum, fidelit̄ & integre non ꝑſoluunt. Om̄ia eñ hęc redundant in contēptum ipſius eccleſię & miniſtrorum eius, & ſunt contraria huic ſalutari monito Eccleſiaſtici: Honorifica ſacerdotes, & da illis partē (ſicut mandatum ē tibi) primitiaꝝ & purgationis, & de negligētia tua purga te cum paucis. Quarto faciunt contra hoc p̄ceptum, qui regibus & principibus ſuis inobediētes ſunt, et quibuſcūq; ſuꝑioribus ſuis in ciuili adminiſtratione, fraudantes eos in tributorum et uectigalium ꝑſolutione, cum dixerit dominus in euangelio Matth. Reddite quę ſunt Cęſaris, Cęſari: et quę ſunt dei, deo. Et B. Paulus ad Romanos ſcribens, ait: Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem. Demum ita ſtudeant omnes, hic honorare parentes ea ſedulitate, ut tandem ad ſummum omnium patrem deum perueniant in regno cęlorum. Amen.

Matth. 23
1. Petri 2
Eccle. 7
Matth. 22
Roma. 13

pto dei, ſermo.

NOn occides. Exodi uiceſimo cap. ſcribi-
tur hęc uerba, & repetunt etiam Deute
ronomij quinto cap. explicantq́ quin-
tum dei p̃ceptum: quod cum reliquis
quinq́ p̃ceptis ſubſequẽtibus, ꝓhibet
nocumẽtũ inferri ꝓximo, in pſona ſua & in rebus ſu-
is. Inter iſta autẽ ſex pręcepta dei negatiua, iſtud in or
dine om̃ium pręceptorum quintum, ꝓhibet maximũ
& ſummũ detrimẽtum inferri pſonę hominis, ſcilicet
occiſionẽ, p quam aufert hominis uita, & ipſa pſona
Interit. Et ita intelligẽdum ẽ, Non occides, hominẽ ſci
licet, uel alium, uel teipſum: q̃niam hoc pręcepto non
ſolum ꝓhibetur alterius hominis occiſio, ſed etiã ſui-
ipſius, q̃niã p legẽ charitatis debet unuſquiſq́ ꝓximũ
ſuum diligere ſicut ſeipſum. Et ergo ſicut aliquis p fra
ternę charitatis obligationẽ non debet alteri mortẽ in
ferre, ita neq́ ſibi ipſi. Quoniam ſui ipſius occiſio non
ſolum diuinę legi, ſed etiam naturali ſummope repu-
gnat, p quam unumquodq́ etiam animal brutum, ſtu
det ſeipſum conſeruare in eẽ, & refugit ſuiipſius lęſio-
nẽ. Idcirco qui ſeipſos p impatiẽtiam, grauẽ triſtitiã,
& melancholiam aut deſperationẽ occidũt, ꝑpetuam
incurrunt damnationẽ, quia ſubtrahunt ſibiipſis ſpati
um pœnitẽtię, & non relinquunt ſibi tẽpus, q̃ de pc̃tis
ſuis deo ſatisfaciant. queẽadmodum in ueteri lege, ſecũ
do ſcilicet libro Regum, legimus Achitophel conſilia
Reg.17 rium Abſalon, ſeipſum laqueo ſuſpẽdiſſe: qui fuit figu
ra Iudę traditoris, etiam laqueo à ſeipſo ſtrãgulati, ut
ſcribitur à Matth. Deus ſua benigna gratia cuſtodiat
Matth.27 oẽs ſuos fideles à tam miſerabili uitę exitu, ad quẽ ſa-

thanas impellit & detrudit eos, qui ſuis uinculis tenentur captiui. Sed dicet hic quiſpiam. In Exodo dicit dominus p Moyſen, Maleficos non patieris uiuere. Quibus uerbis deus præcipit malefactorum occiſionẽ. Quo modo igitur hic, phibet quenquam occidi? An deus in præceptis ſuis ſibi ipſi eſt contrarius? Verum adhibẽda eſt huic obiectioni rñſio, deum nequaquam in his duobus dictis ſuis contraria præcepiſſe, ut præclare deducit magiſter Iohannes Gerſon in compendio theologiæ, circa huius præcepti declarationem. Nam intelligẽda ſunt in reſpectu & comparatione ad diuerſa, Nempe ad iudices & magiſtratus ac rectores reipublicæ uerba faciens, præcipit deus in Exodo malefactores autoritate publica iuſtitiæ, & p uiam iuris eſſe occidẽdos. Et hoc præceptum exequens iudex, cum condemnat maleficum conuictum ad mortem, non peccat: imo meretur, exequens id dei præceptum de exterminandis maleficis: ſimiliter lictor qui exequitur ſententiam iudicis, nõ peccat occidendo reum. In hoc autem quinto præcepto, phibet deus quempiam occidi autoritate ppria & priuata, ut ex odio, iracundia, cupiditate & alijs malis affectiõibus, quibus incitante ſathana homines impellunt ad occiſionem pximi. In hoc autem præcepto unus caſus excipitur ex dictamine iuris naturalis, ſcilicet quod licet alicui impetito atrociter ab alio, ad defenſionẽ ſuipſius occidere inuaſorem molientem occidere, quando ineuitabilis neceſſitas occurrit: aut quod occidat inuaſorem, aut quod ab eo occidatur, quia nulla datur uia alia effugiendi manus eius. In eo enim caſu, qui alium occidit, neque apud deum, neque leges humanas habetur reus, quoniam ex lege naturæ uim ui repellere licet, cũ moderamine inculpatæ tutelæ: & lex charitatis cuique indicit ſuipſius conſeruationem, Aue Maria.

¶Nō occides. Ex loco prius adducto ſumunt hæc
Exodi. 20 uerba in thema p̄ſentis ſ̄monis, qui in duas partes diui
detur. Prima declarabit, quomodo hoc præceptum de
bet intelligi & obſeruari. Secunda, quo pacto contin-
gat hoc præceptum ſolui & uiolari. Pro prima parte
deducenda, id ſummope hic eſt annotandum, q̄ homi
cidium multis modis fieri dicit̄, & unuſquiſq; illorū per
hoc præceptum ꝓhibet̄. Primo ſola mente, cum quis
habet odium implacabile in aliquem, & animo ſecum
reuoluit quomodo illum occidat etiam actu, ꝑquirēs
circunſtantias & opportunitatem ꝑpetrandi illius ſce
leris. Tale enim ꝓpoſitum & cōſenſus deliberatus oc
cidendi aliquē, licet etiam eam intentionem non exe-
quat̄ opere, eſt pc̄tm̄ mortale & tranſgreſſio huius p̄-
1. Joh. 3. cepti: quoniam eſt homicidium mentale. Vnde beat⁹
Iohannes in prima ſua epiſtola canonica dicit: Omnis
q̄ odit fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcimus q̄a om̄is
homicida non habet uitam ęternam in ſe manentem.
Et ergo per iſtud præceptum non ſolum ꝓhibet̄ occi
ſio exterior actualis, ſed etiam interior occidendi uo-
luntas, & ea omnia quæ poſſunt communiter ad actū
aut uoluntatem occidendi inducere ut ira, rixa, contē
tio, uerba contumelioſa, iniuriæ, odium fraternū & ſi
milia, ex q̄bus ſolet occaſio & materia ſumi ꝑpetran-
dæ cædis. Vnde dominus noſter dicit: Audiſtis q̄a di-
Matth. 5. ctū eſt antiq̄s, Non occides: qui autem occiderit, reus
erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia om̄is qui ira-
ſcit̄ fratri ſuo, etiam motu cordis tantū, reus erit iudi-
cio: id eſt, ob pc̄tm̄ puniet̄ & iudicabit̄. Qui autē dixe-
rit fratri ſuo racha, id eſt, qui ſignū iræ & indignatiōis
temere oſtēderit in uerbo, reus erit concilio: id eſt, gra
uius puniet̄. Qui autē dixerit fratri ſuo fatue, reus erit
gehennæ ignis: id eſt, multo plus punietur in inferno,

Vbi Chriſtus recte interpretans præceptum de prohi bito homicidio, oſtēdit eodē pcepto etiā phiberi iram irrationabilē & uerba contumelioſa, quę ſolent dare occaſionem pperrando homicidio, niſi caueat. Secundo homicidiū perpetrat lingua, quando quis imperat alijs ut quis iniuſte occidat. Ille enim uere homicida eſt, licet manu illud malum non perpetrauerit, ut ſecūdo libro Regum dr̄ rex Dauid Vriam militem ſuū pcuſſiſſe gladio, quia p eū ſcripſit literas, q̄ à Ioab poneret ex aduerſo in acie belli, ubi maximū eſſet piculum uitæ, & ſic interficeret. Et in eodē Abſalon dr̄ interfeciſſe fratrem ſuū Amnon in conuiuio, quia ſuis ſeruis pcepit, q̄ ipſum aſſidentē menſæ inuaderent & interficerent. Cōſimiliter Iudæi uere dicunt interfeciſſe Chriſtum in ſua paſſione, quoniam ſucclamauerunt tumultuoſo clamore ad Pilatū, q̄ crucifigeret & occideret. Vnde beatus Petrus in Actibus apoſtolorum ipſis Iudæis recte obijcit & impropat hæc uerba: Vos autē ſanctum & iuſtū negaſtis, & petijſtis uirum homicidam donari uobis: autorē uero uitæ interfeciſtis, quē deus ſuſcitauit à mortuis. Et reuera interfecerūt Chriſtum Iudæi, nō manu, ſed lingua: quia à Pilato importunis clamoribus extorſerunt q̄ crucifigeret. Tertio ppetratur homicidiū manu, id eſt, exteriori pemptione: ſiue fiat gladio, ſiue telis, ſiue lapidibus, ſiue ueneno, aut alio quouis inſtrumento: ſiue etiā apte, ſiue doloſe: quemadmodū Ioab princeps militiæ Dauid, in dolo interfecit Abner principē militiæ Saul, in ultionē fratris ſui Azael, interfecti ab ipſo Abner in bello. Idē etiā doloſis uerbis ſalutans Amaſam principē militiæ Abſalon, & dicens: Salue mi frater, interfecit eundem pugione, quē occulte geſtauit. Neq; euaſit impunitus pro illo duplici homicidio fraudulenter facto, quoniam à Sa-

2. Reg. 11
2. Reg. 13
Matth. 27
Actu. 3
2. Reg. 3
2. Reg. 20

Reg.2. lomone rege filio Dauid, iuſſus eſt abſtrahi à cornu al
taris templi quod tenuit, & interfici, quemadmodum
Dauid moriturus mandauerat filio ſuo Salomoni eē
faciēdum. Et ita completum ē in eo, q dominus poſt
diluuiū Noę ꝓnunciauit homicidis & ſanguinis huma
Gen.9. ni effuſoribus eſſe futurū: Quicunq (inquit) effuderit
ſanguinem humanū, fundet & ſanguis eius. Similit &
illud, q̄d dominus dixit beato Petro in hora paſſionis:
Matth.26 Omnis qui acceperit gladiū, gladio peribit. Etiam & il
Apoc.13. lud q̄d in Apocalypſi ſcriptū eſt: Qui in captiuitatem
duxerit, in captiuitatem uadet: qui in gladio occiderit,
oportet eū gladio occidi. In quibus ſcripturæ trib⁹ lo-
cis iam adductis, exprimit pœna quam iuſto dei iudi-
cio ſentiūt communiter hi, qui manus ſuas humano
ſanguine effuſo atq homicidio polluūt. Nam quemad
modū alijs fecerūt, ita ſcd̄m diuinę iuſtitię ęquitatem
fit eis. Cęterū in hoc ꝑcepto nō ſolū ꝓhibet occiſio ipſi
us hominis, ut aliqui putant: ſed etiam mutilatio cor
poris, uulneratio citra mortem, uerberatio immode-
rata & impetuoſa, coniectio in uincula, detruſio in car
cerem iniuſta, & omnis uiolenta lęſio, q̄ corpori hu-
mano infert. Quarto committit homicidiū p ſubtra-
ctionem uictus aut amictus, aut cuiuſcūq ſubſidij cor
poralis neceſſarij ꝓ uitę ſuſtentatione, quę ſubtractio
dat cauſam & occaſionem morbi aut mortis illi cui
ſubtrahit. Vnde beat⁹ Ambroſius inquit: Paſce fame
morientem: ſi non pauiſti, occidiſti. Et iſtud debēt ſtu
dioſe & cū tremore attendere diuites, qui habēt copi-
am uictualiū & ueſtiū in domib⁹ ſuis, atq abūdantiam
diuitiarū & pecunię in arcis ſuis. Et tamē non diſtribu
unt illa pro ſua facultate pauperibus, extrema neceſſi
tate oppreſſis, qui fame & frigore confecti & ſeminu
Luc.16. di, iacent ad ianuas eorū (ſicut Lazarus pauper iacuit

ante ianuam diuitis epulõis, petens pauxillũ panis, & nemo illi dabat, & plerĩq; moriunt in plateis defectu uictus & ueſtitus. Certe diuites illi in die iudicij accuſabũtur coram diuino tribunali, tanquam homicidæ illorum pauperũ, & tũc nullum erit eis ſubterfugium. Quinto homicidium perpetratur modo quodam ſpirituali per malæ uitæ exemplum, quod alijs præſtatur ad imitationem & ſimile malum etiam perpetrandũ inductis. Nam qui ſic ſcandalum alijs inferũt, animas eorum occidunt. Et lõge grauius eſt illud malum, qñ illi qui dant occaſionem ruinæ alijs, debent eis ut ſubiectis præſtare & exhibere bonæ uitæ exemplum, ut prælati ſubditis, & parentes ſuis filijs. Et de talibus dicit beatus Gregorius, ꝙ tot mortibus digni ſunt, quot ad cæteros perditionis & prauitatis exẽpla tranſmittunt. Et dominus in euangelio Matth. dicit de ſcandalizante puſillos, ꝙ expedit ei ꝙ ſuſpendatur mola aſinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. Sexto perpetratur homicidium ſpũali etiam modo per detractionem & diffamationem alicuius abſentis. Dicit enim beatus Bernard⁹, ꝙ detractor uno ictu tres animas interficit, ſuam ſcilicet, & illius audientis, quem ſua detractione inficit, & illius de quo detrahit: quia illi forſan præiudicium mortis uel damni irreparabilis, ſua detractione parat & acquirit. Hæc autem ſex homicidiorum genera, ſummopere uitanda ſunt his, qui uerbum pro themate ſumptum complere uolunt, Non occides &c̃. Matth. 18

¶Pro ſecunda parte ſ̃monis huius expedienda, primo peccant contra hoc præceptum, qui cor ſuum habent exhulceratum odio fraterno, quod gerũt in animo implacabiliter, & cum deſiderio uindictæ: quoniam uolunt ulciſci iniuriam, ſibi (ut exiſtimãt) indigne

illatam. Illo autem appetitu uindictæ nihil eſt perni-
Eccle. 28 cioſius ſaluti animæ, cum dicat Eccleſiaſticus: Qui uin
dicari uult, à domino inueniet uindictam, & pctã illi-
us ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocēti te,
& tunc deprecanti tibi pctã ſoluentur. Homo homi-
ni reſeruat iram, & à deo quærit medelam? In homin?
ſimilem ſibi non habet miſericordiam: & de peccatis
ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & ꝓ-
piciationem petit à deo? Quis exorabit pro pctis illi-
us? Hæc ibi. Ex quibus uerbis manifeſte oſtenditur, ꝙ
periculoſa ſit humanæ ſaluti reſeruatio iræ in animo
diuturna contra proximũ ſuum cum appetitione uin
dictæ: quoniam huiuſmodi odium & appetitus uin-
dictæ nunquam ceſſare ſolet nec ſatiari, niſi quis ſatiſ-
fecerit animo ſuo per illationem exteriorē uindictæ
& ultionis iam diutius expetitæ. Et ita iſta exhulcera
tio animi per odium in ꝓximum, infixum cordi, & ꝑ
deſiderium ultionis explendæ: eſt diſpoſitio multum
propinqua ad inducendum hominem ad perpetran-
dum homicidium, quare ſummopere cauenda. Secun
do peccant contra hoc præceptũ, qui iubent ſuis ſuis
& ſubditis, ꝙ inferant nocumentũ aliquod in aliquam
perſonam quã odio ꝓſequuntur, maxime nocumen-
tũ perſonale, ponendo inſidias uitæ alterius. Qm̃ ꝗc-
ꝗd illi iubent mali fieri ſuo ꝓximo, etiam ſunt illius
mali autores præcipui, & totum redundat in eorũ ca
put. Nec minus illi ſunt tranſgreſſores huius mandati
dei, ꝗ nulla ſubſiſtente legitima cauſa, ex odio aut cau
ſa uindictæ in animo conceptæ, ſuſcitant aduerſus ꝓ-
ximos ſuos ꝓceſſus iudiciales & actiones forenſes, ad
inquietandũ ſuos fratres. Propter quas inqetationes
non ſolũ in rebus, ſed etiam in corpore lædunt alios:
qm̃ propter illa grauamina incurrunt interdũ qui ita
uexant, morbũ ex dolore animi, & deniq; mortē. Ter-

tio trāſgrediūť hoc dei p̄ceptū, q̄ atrocit̄ alios mutilāt aut uerberāt, aut uulnerāt, aut alia moleſtia corp̄ali afficiūt. Qđ ſi ex tali mutilatiōe aut læſione ſeq̄t p̄petua impotētia alicui⁹ mēbrorū ipſi⁹, ut brachiorū, manuū, tibiarū aut pedū, ſic q̄ille exīde reddit impotēs ad lucrādū ſuū uictū: ille læđēs obligat ad reddēdū illi oīa dāna, q̄ ſequūť ex tali impotētia, & pauptatē ipſi⁹ læſi ſubleuare, ſuſtētādo eū & uictū ſubminiſtrādo. Qđ ſi p̄ſona q̄ lædit ſic atrocit̄ & uulnerat aut mutilat, ſit eccl'iaſtica, ut clericus aut ſacerdos, tāto grauius & deterius ē illud pc̄tm̄: q̄a ſic lædēs incurrit ſentētiā excōicationis, p̄ ca. Siqs ſuadēte diabolo, in decret, ſ. 17. q. 4, ex decreto Innocētij 2. Qđ ſi lædēs ipſe ſit cleric⁹ aut ſacerdos, tāto etiā ip̄e grauius peccat, cū B. Paulus deſcribēs q̄lis debeat eē ep̄s & diaconus, inter cætera dicit ad Timo. eū eē nō debere p̄cuſſorē. Quarto cōtra hoc p̄ceptum 1. Timo. 4 etiā faciūt, q̄ p̄cutiūt mulierē grauidā & fœtū in utero extinguūt, & cogūt eā facere aborſum: q̄m ſi fœtus iā fuit aīatus, tūc manifeſtū ē homicidiū, ut etiam dn̄s in Exo. int̄ p̄cepta iudicialia ueter legis plane explicuit. Exod. 21 Similit̄ & illæ mulieres peccant cōtra hoc p̄ceptū, q̄ alijs ex cauſis ut ſtrictitudīe ueſtiū, uiolēto motu corpis in ſaltatiōib⁹ & choreis, dāt occaſionē extinguēdi fœt⁹ in utero ſuo, & ſubſequētis aborſus, aut q̄q̄ mō p̄pediunt fructū ſuū uenire ad profectum, q̄m̄ ſua incuria enecāt ſuos fœtus. Et uniuerſalit̄ quicunq; uiri & mulieres impediunt fœtum in utero materno, ne prodeat ad p̄fectam natiuitatem ex utero, q̄d maxime debent attēdere mulieres grauidæ, & ſummopere ſibi cauere, ne aliq̄ ex parte præſtent occaſionem tanti mali. Denique (ut ait Gerſon in opere tripartito, circa iſtius præcepti declarationem, ex q̄ hæc omnia ſunt deſumpta) p̄ hoc p̄ceptum p̄hibetur ſingulare duellū unius contra unū

ex prouocatione,& omne torneamentum,ex quo ueriſimiliter poteſt ſequi homicidium. Studeamus itaq; omnes ſic ab omni occiſione abſtinere,ut tãdem ęternę mortis euadamus aculeũ, & ad uitam perueniam' ęternam. Amen.

DE SEXTO PRAECEPTO dei,ſermo.

NOn mœchaberis. Exodi uiceſimo ca. ſcribuntur hęc uerba,& repetunt Deuteronomij quinto ca. p declaratiõe ſexti pręcepti diuini: quo prohibet omne genus libidinis & immunditię,ex concupiſcentia carnis,exorientis. Mœchari quidem ſecũdum propriam ſuam ſignificatiõem,deſignat adulterari, ſiue adulterium committere, & mœchia ſignificat adulterium,& mœchus adulter. Sed ſecũdum unã ſacrę ſcripturę regulam,loquẽdiq; cõſuetudinem admodum frequentem,q̃ à parte totũ intelligit:per hoc pceptum non ſolum prohibetur adulterium,ſed & omnis alia commixtio & carnale conſortium,extra ſtatum matrimonij et coniugale commercium: intelligi debet etiam eſſe prohibitum, ut doctores omnes catholici concorditer teſtantur,et confirmat idem gloſſa interlinearis Exodi uiceſimo cap. ſuper iſto uerbo. Non mœchaberis,ſic dicẽs:Nõ mœchaberis.i.ne cuilibet miſcearis,excepto fœdere matrimonij. Per partem enim totum uult intelligi. Hęc ibi. Concordat eidem beatus Auguſtinus,dicens q per hoc pceptum prohibetur omnis membrorum genitalium illicitus uſus extra fœdus coniugij. Proinde omnes luxurię ſpecies,fornicatio,adulterium,ſtuprum,raptus,inceſtus,et cęterę, intelligi debẽt eſſe uetitę per iſtud pręceptum.

quinimo et pctm̃ illud mortale, q̄d uulgo luxuria nuncupatur, ſecundũ omnes ſuos ramos & filias prohibetur etiam ſecundum totum ſuum ambitum et ſpecies, per hoc præceptum. Neq; ſolum ipſe actus libidinoſus hic uetitus eſſe debet credi, ſed etiam exteriora oĩa quæ prouocant ad libidinem: ut impudicus aſpectus, & coniectio oculorum, fixa in aliquam perſonam cõcupiſcentia. Dicit enim dominus noſter: Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus ẽ eam in corde ſuo. Et beatus Auguſtinus recte dicit, q̄ impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. Similiter oſcula, amplexus impudici, & attactus, quoniam ſolent ad libidinem prouocare naturam noſtrám, ad malum ſatis procliuem: etiam prohibentur per hoc p̄ceptum. Siquidem dicit beatus Ambroſius, q̄ oſculũ mulieris quoddam pign⁹ eſt Veneris. Nec minus etiam uerba laſciua & impudica ſunt hic inhibita, quoniam plerunq; inficiunt audientes, & incitant ad turpia, ſecũdum illud beati Pauli dictũ in prima ad Corinthios epiſtola: Corrumpũt bonos mores colloquia praua. Deniq; crapula & comeſatio, ebrietas & omnis ingluuies, atq; gulæ ſpecies ac modus, etiam per hoc præceptum prohibetur: quoniam proximam præſtant uiam & lapſum ad libidinis inquinamenta, & concitant luxuriæ flammas, Vnde Paulus apoſtolus ad Epheſios ſcribens, ait: Nolite inebriari uino, in quo eſt luxuria. Et ſapiens in Prouerbijs: Luxurioſa res uinum, & tumultuoſa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit ſapiens. Cui concordat beatus Hieronymus, dicens: Venter mero æſtuans, cito deſpumat in libidinem. Et Valerius Maximus eidem accedit, cum ait: A Libero patre ad inconceſſam Venerem, proximus intemperantiæ gradus eſt. Neq; ſine cauſa prohibetur per hoc

Matth. 5.

1. Cor. 15

Epheſ.

Prou 20

præceptum omnis ſpecies & modus libidinis, quoniam per illam corpus noſtrũ, q̃d eſſe debet templũ dei & ſpiritusſancti habitaculũ, om̃ino polluit, aufertur&qz à deo & proſtituitur dæmonibus, fit&qz ipſorum habitatio dæmoniorum, quemadmodũ ſcribit beatus Paulus
1. Cor. 3. in prima ad Corinthios epiſtola: Neſcitis (inquit) quia templũ dei eſtis, & ſpũs dei habitat in uobis? Si quis autem tẽplũ dei uiolauerit, diſperdet illũ deus: Templũ
1. Cor. 6 em̃ dei ſanctũ eſt, quod eſtis uos. Et in eiuſdẽ epiſtolæ cap. alio ait: An neſcitis, quoniã membra ueſtra templũ ſunt ſpũſſancti, qui in uobis eſt, quẽ habetis à deo, & non eſtis ueſtri? Empti enim eſtis precio magno. glorificate & portate deum in corpore ueſtro. Et paulo ante in eodẽ cap. Neſcitis, quoniam corpora ueſtra
Ibidem. mẽbra ſunt Chriſti? Tollens ergo mẽbra Chriſti, faciã membra meretricis? Abſit. Ecce quomodo per luxuriam polluitur templum dei. Aue Maria gratia plena.

¶Non mœchaberis. Ex loco prius citato ſumpta ſunt hęc uerba, pro themate præſentis ſermonis, qui in duas partes diuidetur. Prima oſtendet diuerſas luxuriæ ſpecies, per iſtud præceptum prohibitas, Secunda uero, quibus utendum eſt remedijs & antidotis ad euadendum tam peſtiferum luxuriæ malum. Pro prima parte expedienda, id agnoſcendum, q multæ ſunt ſpecies inconceſſę libidinis, quarum ſingulę p hoc pręceptũ ſunt prohibitę. Expedit autem eas cognoſcere, ut in confeſſione ſacramentali ſciant qui opus habent, eas diſtinguere & internoſcere, & de illis ſe debite accuſare: quoniam alię ſunt alijs grauiores. Itaqz prima ſpecies eſt fornicatio ſimplex, quãdo ſolutus à uinculo matrimonij, uoti, conſanguinitatis & affinitatis, cognoſcit mulierem etiam ſic ſolutam. Et hęc leuior quidem eſt q̃ cęterę ſpecies ſubſequentes, attamen tranſgreſſio ẽ

huius præcepti, & peccatum mortale admodum graue. Quod ex ſacræ ſcripturæ teſtimonio uel apertiſſime conſtat. Siquidem propter hoc pctm̄ (ut ait Gerſon in operæ tripartito) deus aquis diluuij ſub Noe pdidit totum mundū, exceptis ijs q in arca ſaluati ſunt: quoniam (ut ait ſcriptura) om̄is caro corruperat uiã ſuam. Et propter fornicationem populi Iſraelitici cū filiabus Moab in deſerto, uigintiquatuor millia hominum de filijs Iſrael interfecta ſunt, plaga diuinitus immiſſa. Illa autem grauitas punitionis, oſtendit plane grauitatem criminis: q̃niam non ſolet deus propter leue crimen & ueniale tam grauē plagam immittere. Præterea fornicatio ſimplex excludit hominē à regno cælorum, ut teſtatur Apoſtolus ad Corinthios dicēs: Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei poſſidebunt. Idem q̃q; in epiſtola ad Galatas inter opera carnis enumerat primo loco fornicationem, & ſubiungit, ꝙ qui talia agunt, regnum dei non poſſidebunt. Et ad Epheſios idem confirmat, dicens: Hoc em̄ ſcitote intelligentes, ꝙ om̄is fornicator aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, nō habet hęreditatem in regno Chriſti & dei. Inſuper ad Hebręos dicit idem Apoſtolus: Fornicatores autem & adulteros iudicabit deus, iudicio ſcilicet æternæ damnationis. Et in Apocalypſi dicitur, ꝙ fornicatoribus & alijs maleficis pars erit in ſtagno ardenti igne & ſulfure, quod eſt mors ſecunda. At propter leue & ueniale peccatum, non detruditur homo in damnationem æternam. Secunda luxuriæ ſpecies eſt adulterium, quod eſt uiolatio thori coniugalis, quando uel ſolutus ad coniugatam, uel coniugatus ad ſolutam, uel coniuga

Gene. 7.
Gene. 6.
Nume. 25.
1. Corint. 6.
Galat. 5.
Epheſ. 5.
Hebr. 13.
Apoca. 21.

tus ad coniugatam accedit. Et tunc non ſolum promiſſio fidei facta deo in facie eccleſiæ de fidelitate thori connubialis, ſoluitur: ſed grauiſſima infertur iniuria alteri parti coniugum, cui etiam data fides uiolať. Vnde propter grauitatem iſtius pc̄ti maxime noxiā reipublicæ, & tranquillitati uitæ in hominū communitate, in ueteri lege adulter & adultera in iudicio conui-
.Reg.11. cti, iuſſi ſunt lapidari. Et ipſe Dauid propter commiſſum adulterium, grauiſſime punitus legitur in ſuis liberis & uxoribus. Nam Amnon filius eius, permittē-
.Reg 13. te deo, uiolauit Thamar ſororem ſuā, & propter hoc occiſus eſt in conuiuio doloſe ab Abſalon fratre ſuo.
.Reg.16. Ipſe uero Abſalon decem concubinas (id eſt, uxores minus principales) patris ſui uiolauit in Ieruſalem, & molitus eſt patrem ſuum regno deijcere & occidere, & ipſe tandem uiolenta & miſerabili morte inter-
.Reg.18. ijt, ſicut Nathan propheta in nomine domini prędi
.Reg.12. xerat ipſi Dauid hæc uentura ſuper eum. Idcirco ſummopere fugiendum eſt hoc, quod tam grauiter punitur, ſcelus. Tertia ſpecies luxuriæ hic prohibita, eſt ſtuprum: id eſt, uiolatio uirginis promiſſionibus & blanditijs, conſentientis in ſui corruptionem. Quod graue ſupra modum ē malum, propter incommoda quæ ſequuntur. Nam ſic corruptæ uirgines, cognito facinore ab alijs, incurrunt perpetuam infamiam, & recuſantur duci in uxores, neq; inueniūt facile quibus nubāt. Inde derelictæ à ſuis amatorib⁹, interdum proſtituūt ſe publice omnium libidini ex deſperatiōe uel inopia. Aliquando uero ſuſtolluntur clam à domibus parentum, & ſequuntur ſuos ſtupratores: à qbus poſtea deſertæ, fiunt miſerrimæ & calamitoſæ. Quarta ſpecies ē raptus: id eſt, uiolatio mulieris omnino renitentis & recuſantis, atq; contra ſuam uoluntatem, ut Sichem ſi

liusEmor principis Sichimitarum,rapuit Dinam filiã Iacob, propter quod à filijs Iacob poſtea occiſus eſt cũ patre ſuo,&tota urbs Sichẽ euerſa. Sic uiri urbis Gabaa de tribu Beniamin, rapuerũt uxorẽ Leuitæ: & ꝓpterea à filijs Iſrael cęterarũ tribuũ urbs illa ferro&igni eſt uaſtata,& tota tribus Beniamin fere exterminata. Deniq; Amnon rapuit & ui oppreſſit Thamar ſororẽ ſuam, & ob hoc(ut iam dictum eſt) à fratre ſuo Abſalon in conuiuio eſt doloſe obtruncatus. Ecce quem habent exitum qui raptum committunt,omni iuri etiam naturali contrarium. Quinta ſpecies luxuriæ eſt inceſtus,quando qs conſanguineam aut affinitate ſibi coniunctam cognoſcit,contra ipſius naturæ reuerentiam & honeſtatem, ut Abſalon uiolauit decem uxores patris ſui Dauid,& finem uitæ habuit tali ſcelere & irreuerentia in patrem,dignum. Beatus etiã Paulus uirum Corinthium,qui nouercam patris ſui duxerat uxorẽ,tradidit ſathanæ uexandũ in interitũ carnis, ut ſpũs ei' ſaluus fieret. Et quãto gradus cõſanguinitatis aut affinitatis eſt propinquior,tanto iſtud abominabile flagitium eſt deterius ac magis execrandum. Sexta ſpecies luxuriæ eſt ſacrilegium,quando quis uoto ſe aſtrinxit ad ſeruandam caſtitatem, & illam ſicut deo uouit non ſeruat,ſed uiolat aut ducendo uxorem, aut nubendo, aut quouis alio modo ſpurcitijs libidinis ſe contaminando per concubinatum aut fornicationem. Et tale crimen committunt clerici in ſacris ordinibus conſtituti,qui caſtitatem deo & eccleſiæ ꝓmiſſam non ſeruant,ſed impudice uiuunt. Similiter religioſi & moniales poſt factum uotum ſolenne caſtitatis in ſua profeſſione,ſi impuram agunt uitam,& ſuam uiolant caſtitatem per incontinentiam:hoc horrẽdum committunt crimen, & corpus ſuum deo conſe

Gene.34 Iudic.19 Iudic.20 2.Reg.13 2.Reg.16 2.Reg.18 1.Cor.5

cratum auferunt ac proſtituunt libidini. Hinc ſacrilegi ſunt ſpũaliter, & flagitiũ eorum dicitur ſpũale ſacrilegium. Septima ſpecies luxuriæ hic prohibita, eſt peccatum cõtra naturam: de q̃ publice loquendũ eſt cum ſobrietate, & extra confeſſionem parum habendus eſt ſermo: ſed id unum omnibus eſt inculcandum, ꝙ propter illud deteſtabile crimen, quinq; ciuitates (quarum
ne.19 duæ ſunt Sodoma & Gomorrha) igne & ſulfure de cælo miſſo à deo conſumptæ ſunt, & habitatores eorũ in infernum demerſi. Et (ut ait Iohãnes Gerſon in ſuo opere tripartito) ſubitæ inundationes aquarum, peſtes, ſterilitates agrorum, fames, & uaſtitas bellorum, ſolent à deo immitti illis regionibus, in quibus regnat hoc execrabile flagitiũ, & nõ punit̃ nec exterminat̃. Debẽt igit̃ oẽs ſtudioſe has ſeptẽ luxuriæ ſpecies deuitare, ſcd̃m thema in principio ꝓpoſitũ: Nõ mœchaberis.

¶Pro ſecunda parte deducenda, quoniam parũ eſt, morbi grauitatem, modos & qualitatem oſtendiſſe, niſi etiam monſtretur & medicina, per quam aliquis poſſet huiuſmodi morbum declinare & euadere, declaranda nunc ſunt aliquot remedia contra prædictas luxuriæ ſpecies. Quorum primum eſt, magna cautela à coniectione oculorũ defixa in fœminas, & aſpectu incauto in faciem earum. Quoniam exinde exurgere ſolet inflammatio malæ concupiſcentiæ & deſiderium
ne.39. in eas. Iniecit enim domina caſti Ioſeph oculos in faciem eius, & adamauit eum, ſolicitauitq; ad adulterium.
iſe.13 Et iniecerunt duo ſenes iudices, oculos ſuos in caſtam Suſannam, & exarſerunt in concupiſcentiam eius. Et Holofernes ut primum conſpexit Iudith uiduam, for-
it. 10. ma elegante conſpicuam, ſtatim captus eſt in oculis ſuis, ut ait ſcriptura, & concupiuit eam. Hoc ipſum nos
eſi.9. edocet ſalubriter Eccleſiaſticus, dicens: Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore illius,

Auerte aciem tuam à m uliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam. Propter ſpeciē mulieris multi perierunt, & ex hac concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt. colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. Hęc ibi. Et certe niſi hac in re fuerimus cauti, ueritatem & locum habebit in nobis illud uerbum ꝓphetæ Ieremiæ: Aſcendit mors per feneſtras ueſtras. quoniam per feneſtras oculorum noſtrorum facile mors animæ ſubibit corda noſtra, & per luxuriam enecabimur. Et alio in loco; Oculus meus deprędatus eſt animam meam. Sęcundum uero remedium contra peſtē luxuriæ, eſt parſimonia in uictu, abſtinentiaq́ in cibo, & ſobrietas in potu, cum diſcretione. Nam, ut ait ſapiens, Qui delicate à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Caro autē debet eſſe ſubiecta ſpũi, ſicut ſeruus domino ſuo. Ergo ſi fuerit delicate enutrita à pueritia, lautoq́ cibo & potu ſaginata, erit contumax in ſpm̃ & recalcitrabit, petens laſciua & mollia. Alio etiam loco dicit idem ſapiens: Cum defecerint ligna, extinguet ignis. Copioſus aũt cibus & potus, ſunt ligna qbus ſuccendit in nobis flãma libidinis. Ergo cũ defecerit copia illoꝝ lignoꝝ p moderatam & diſcretã parſimoniã, extinguet in hoīe ignis libidinis. Qđ & comicus præclare teſtat hac ſententia: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Quid enim ipſum Lot induxit ad committendum cũ ſuis filiabus inceſtum, niſi ebrietas qua fuit oppreſſus? Nempe ſobrius nũquam tantũ admiſiſſet flagitium. Tertium remedium contra omnem luxuriæ labem, & animam & corpus & bona & famam hominis perdentem, & deniq́ ſalutis ęternæ damnum inferentem, eſt deuitatio ocij, & occupatio aſſidua circa aliquod honeſtum opus.

Jerem. 9

Thre. 3.

Prou. 29

Proue. 26

Terent. in eunuch.

Gene. 19

Nam diuturna quies uitijs alimenta miniſtrat,

ut prçclare ait Cato. Cui accedit & Ouidius, dicens
Ocia ſi uites, periere cupidinis arcus.
Et rurſum:
Quæritur, Aegiſthus fuerit cur factus adulter.
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Iezech. 16 Iezechiel itidem Propheta inter cauſas abominādi flagitij Sodomitarum, aſſignat ſaturitatē panis & ociū, cum ait: Ecce hæc fuit iniqtas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ociū ipſius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatæ ſunt, & fecerunt abominationes corā me, & abſtuli eas ſicut uidiſti. Hæc ibi, Quocirca debemus libenter omēs amplecti conſiliū beati Hieronymi, ita ſcribentis ad Ruſticū monachū: Semper aliqd boni facito, ut te diabol⁹ occupatum inueniat. Et ſan-

Ephes. 4. ctum etiam Apoſtoli monitum, ad Epheſios dicentis: Nolite locum dare diabolo. Quod quidem faciemus, ſi ocioſitatem omnem à nobis abijciamus: quoniā (ut

Eccle. 33. recte dicit Eccleſiaſtic⁹) multam malitiam docuit ocioſitas. Quartum remedium contra libidinis inquinamenta per hoc præceptum prohibita, eſt deuitatio frequētis conſortij fœminarum: per quod emollitur cor hoīs, & trahitur diuturna conſuetudine ad illecebras

Prouē. 6. earum. Quod ſic innuit Salomon: Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut ueſtimenta illius non ardeant? aut ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plantæ eius? Et beatus Hieronymus ad Oceanum ſcribens, conſimilem habet ſententiam, dicens: Cum proximat ſtipula, incendit ignem. Flammigero igne percutit fœmina conſcientiam pariter habitātis, exuritq; fundamenta montium. Hęc ille. Quintum eſt oratio, qua quis ad deum perfugiat, agnoſcens ſyncera animi humilitate gratiam dei ſibi neceſſariam ut cō

tineat, nec ſuis ipſius uirib' poſſe in caſtitatis uirtute ꝑdurare & conſiſtere, iuxta dictũ Salomonis: Non poſſum eſſe continens, niſi dominus dederit. Sapien. Atq; etiam uidetur maxime accommodum, ut ſæpe precibus interpelletur uirgo Maria. Eſt enim uirgo uirginum. Et quem in ſe caſtitatis amorem obſeruauit, eundem in ſuis cultoribus ſeu famulis cuſtodiri amat & ſatagit. Poſtremo conducet angelos caſtitatis defenſores precatibus aſſiduis accerſere. Nempe (ut dicit Hieronymus) angelis cognata eſt uirginitas. Studeamus igitur ſic nos per hæc remedia contra libidinem munire, ut tandem cæleſtem patriã ingredi mereamur. Amen.

DE SEPTIMO PRAECEpto dei, ſermo.

NOn furtum facies. Exodi uiceſimo cap. & repetitur Deuteronomij quinto cap. idem uerbum, explicans ſeptimum dei præceptum, per quod prohibetur unuſquiſq; inferre nocumentum proximo ſuo in bonis ſuis externis, poſſeſſionibus, diuitijs, pecunijs & alijs rebus, per furtiuam ablationem rei alienę, eo inuito et non conſentiente cui ea aufertur. In hoc autem præcepto etiam à parte totum intelligitur. nã per ipſum non ſolum prohibetur furtum ſecũdum ſuam ſpeciem, ſed inſuper om̃is iniuſta uſurpatio rei alinæ, ſecundum quemcunq; modum et ſpeciem, ut rapina, uſura, ſacrilegium, ſimonia, et generaliter om̃is cõtractus illicitus. Et in uniuerſum, pc̃tm̃ mortale auaritia, ſecundum omnes ſuos ramos et filias per iſtud dei pręceptum omnino uetatur. Neq; his obſtat, quod dominus iuſſit Moyſi, ꝙ filij Iſrael cum eſſent exituri de Exodi.

Exodi.11. Aegypto, commodarent ab Aegyptijs uaſa aurea et argentea, et ueſtes precioſas: et ꝙ illa aſportarent ſecũ ſine reſtitutione, et ita ſpoliarent Aegyptum. Quod
Exod.12 & deinceps dominus repetit, & iniungit Moyſi eſſe faciendum: & filij Iſrael ita feciſſe referuntur, & ꝙ dominus dedit gratiam ipſis Hebræis coram Aegyptijs: & accepit quiſq; commodato ab amica & uicina ſua, uaſa aurea, argentea & ueſtes precioſas, & ſimilia. Quoniam (ut præclare oſtẽdit Nicolaus de Lira, Exodi tertio cap.) in eo negocio nullũ fuit furtum, neq; peccauerunt filij Iſrael ita accipiendo res Aegyptiorum. Quoniam deus eſt omnium poſſeſſionum humanarum primarius & uniuerſalis dominus, & poteſt transferre ꝓ beneplacito ſuæ uoluntatis bona terrena unius in dominium alterius, ut ipſi libuerit. Quia igitur acceperũt filij Iſrael non ex priuata cupiditate, ſed dei iuſſione, uaſa illa Aegyptiorum, quorum poſſeſſio trãslata fu
Exod.11. it diuina autoritate ab Aegyptijs in Hebræos, nulla fuit illic alienæ rei ablatio, inuito domino, ſed propriæ rei acceptio. Præterea filij Iſrael nullã acceperant mercedem aut remunerationem pro grauiſſimis laborib⁹. quibus longo tempore ſeruierant Aegyptijs in luto, latere, paleis & ædificatiõe domorum. Neq; ullam habuerant compenſationem pro paruulis & infantibus
Exod.1. ſuis, in flumen demerſis iuſſu Pharaonis. Et ergo deus ut iuſtus rerum diſtributor, uoluit ꝙ filij Iſrael in ſolutionem laboris eorum, & compenſationem infantiũ ſuorum ſubmerſorum, haberent bona Aegyptiorum ut ſua & iuſte ſibi debita. Neq; ab re deus per iſtud ꝓceptum tam ſolicite & ſtudioſe furtum & omnem iniuſtam uſurpatiõem prohibet, quoniam ad conſequẽdam huius peccati ueniam plenariam, non ſufficit ipſius confeſſio recte facta ſacerdoti, ſicut in cæteris pecca

tis:ſed inſuper requiritur ablatæ rei integra reſtitutio, quæ fiat illi cui res illa eſt ablata, etiam cum refuſione & redditione damnorum & incommodorũ, quę paſſus eſt proximus propter rem ſuam ablatam, ſecundũ hanc beati Auguſtini ſententiam: Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Vnde ſi quis ſciat eũ cui particulatim eſt faciẽda reſtitutio, & habeat facultatem reſtituendi, debet illi cui abſtulit facere reſtitutionem, & non alteri. Si quis uero neſciat ſpeciatim cui debeat reſtituere quod abſtulit, aut commode illũ non poteſt conuenire ob magnam locorum diſtantiam, aut aliam quamuis cauſam: debet ſi habeat facultatem, tantundem in pios uſus erogare & in eleemoſynam, ad ſalutem animæ illius cui abſtulit. Si uero facultatem reſtituendi quod abſtulit non habet, ob egeſtatem & inopiam: ille qui abſtulit, debet ſaltem prõptam habere uoluntatem reſtituendi alienum, cũ adeſrit ipſi facultas: & cum primum affuerit illi poteſtas, debet illam uoluntatem executioni mandare, & reſtitutionem alieni facere, ſi uult ſaluus fieri. Aue Maria.

¶Non furtũ facies. Ex loco ſuperius adducto ſumpta ſunt hæc uerba pro præſentis thematę ſermonis. Qui in duas partes diuidetur. Prima declarabit aliq̃t ſpecies principales uſurpationis rei alienæ, ut illas diligentius euitemus, hoc præcepto prohibitas. Secunda uero oppoſitam huic uitio (ſcilicet uſurpationi alienæ rei) uirtutem, utpote liberalitatem & eleemoſynã paucis commendabit, quo acrius incendãtur homines ad tam præclaram uirtutem amplectendam. Pro primæ partis expeditione, inter ſpecies illicitæ uſurpationis alienæ rei primo loco aſſignatur furtũ, quod eſt clandeſtina & ſecreta ablatio rei alienæ inuito dño, ignorãteq; & diſſentiente; ut cum quis furtim alterius ſuſ-

tollit pecuniam, aut quamcunq; rem pecunia æſtimabilem. Et quamuis iſtud peccatum in ueteri lege non puniretur morte, ſed tantum redditiõe quadrupli aut quintupli: ut pro una oue ſublata, tenebatur fur reddere quatuor oues: & pro uno boue per furtum ablato, quinq; boues: attamen ipſæ leges ciuiles attendentes id furti malum maxime eſſe pernicioſum reipublicæ, & turbatiuum tranquillæ habitationis hominũ ſimul in una communitate conſiſtentium, ordinauerunt illud, ſi domeſticum fuerit aut aſſiduum, eſſe morte plectendum: alioqui nullus eſſet in domo ſua tutus, necq; de rebus ſuis ſecurus, ſi quiſq; malignorum permitteretur impune aliena clam ſubducere. Quod ſi quis ob ſublatam ſibi furto pecuniam aut res ad uitam neceſſarias, ita fuerit depauperatus, ut ex illo ſuſtineat penuriam & indigentiam, aut incidat in morbũ aut mortem: ille fur reus eſt omniũ maloꝶ & incommodorũ, accidentiũ ratione furti ab ipſo facti, & tenet omnia reſtituere uſq; ad extremũ quadrantem. Secũda ſpecies uſurpationis alienæ rei, eſt rapina: quæ eſt uiolenta ablatio rei alienæ ab alio, etiam præſente & ſciẽte, ſed non ualente reſiſtere oppreſſioni raptoris, q eſt fortior uiribus. Et hæc deterior eſt furto, qa fit per uiolentiam, & in præſentia illius à q̃ ſua bona rapiũtur. De q̃ conquerit dominus per Iſaiam, dicens: Vos enim depaſti eſtis uineam meam, et rapina pauperis in domo ueſtra eſt. Quare atteritis populũ meũ, et facies pauperꝶ commolitis: dicit domin⁹ exercituũ. Propheta itidem in Pſalmo unũquenq; ab hac rapacitate dehortatur, cũ ait: Nolite ſperare in iniqtate, et rapinas nolite concupiſcere, diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et hoc peccatũ ſummopere deo diſplicet, q̃niam non ſolũ excludit hominem à regno cæloꝶ, atteſtante bea

Exodi 20
Iſaie. 2.
Pſalm 61.

to Paulo ꝙ fures et rapaces regnũ dei non poſſidebũt: 1.Cor.6
ſed etiam clamat uindictam in auribus dei, et expetit præſentem ultionem inferri ijs q exercẽt rapinam, ob uiolentam oppreſſionem quam exercẽt in pauperes, pupillos & uiduas. Quod ex his domini uerbis cõſtat: Exodi.22
Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, uoci ferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor me⁹, percutiamq́ uos gladio: & erũt uxores ueſtræ uiduæ, & filij ueſtri pupilli. Hæc ibi. Tertia ſpecies uſurpationis alienæ rei, eſt uſura: quæ eſt ex mutuo quæſitum illicite lucrum pecuniarium, quãdo qs exigit ſibi plus reddi q̃ mutuauit. Et hæc in primis iuri diuino eſt contraria, cum dixerit dominus in euãgelio Lucæ: Mutuum date, nihil inde ſperantes. Et Propheta in Pſalmo dicit eum habitaturum in tabernaculo domini, qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Ex quo recte colligitur à cõtrario ſenſu ꝙ qui pecuniam ſuam dederit ad uſuram, non habitabit in tabernaculo domini, nec intrabit in regnum cælorum, niſi prius reſtituerit quicquid per uſuram fuerit ultra ſortẽ & capitalem mutui ſummam ſuperlucratus. Eſt etiam uſura legi & iuri naturali contraria, cum dicat Ariſtoteles in politicis, id contra naturam eſſe ꝙ nummus pariat nummum. Quarta ſpecies illicitæ acquiſitionis, eſt ſimonia: quando res ſacra & ſpũalis precio comparatur aut emitur aut uenditur, ut ſi quis beneficium eccleſiaſticum aut ordines aut ſacramẽta, data ex pacto pecunia, conferret & reciperet, contra illud domini p̃ceptum in euangelio, de ſpũalibus donis: Gratis accepiſtis, gratis date. Et hæc mali ſpecies nomen accepit à Simone Mago, qui (ut ſcribitur in Actibus) cum uidiſſet ꝙ per impoſitionem manus apoſtolorum dare tur ſpũſſanctus, obtulit eis pecuniã, dicens: Date & mi

Luc.6 Pſalm.14 Matth.10 Act.8

hi hanc poteſtatem, ut cuicunq; impoſuero manus, ac cipiat ſpm̄ſanctum. Beatus autem Petrus reſpondit ei: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et Giezi ſeruus
4. Reg. 5. Eliſei prophetę, quia à Naaman Syro, ſanato à lepra per ſeptemplicem lotionem in Iordane, iuxta uerbum prophetæ: accepit munera, ueſtes ſcilicet & pecunias, quaſi in compenſationem illius ſanationis, quæ tamē Eliſeus conſtanter recuſauerat, factus eſt in punitionem illius ſimoniacæ acceptionis, mēdacio concinnatæ & adumbratæ, ſubito leproſus, & iuxta uerbū Eliſei adhæſit ei lepra Naaman uſq; in ſempiternū. Quinta ſpecies uſurpatiōis illicitæ, eſt ſacrilegiū. i. ſurreptio rei ſacræ in loco ſacro, ut de tēplo, altari aut eccl'ia: uel
Ioſu. 7 rei ſacrę de loco nō ſacro, uel rei nō ſacrę de loco ſacro. Et iniqtas hęc in ſacra ſcriptura legiť grauiť punita. Si qdē in lib. Ioſuę ſcribiť, ꝙ poſtq̄ Ioſue totā prędā urbis Iericho captæ, cōſecrauerat domino, uetueratq; aliqd à quopiam inde ſumi in proprium uſum: Achan, unus ex filijs Iſrael, furtim ſuſtulit aliquam pecuniam & ueſtes in proprium uſum, & occultauit. Qui poſtea forte deprehenſus, lapidatus eſt iubente Ioſue à populo,
2. Mach. 3 & omnis eius ſubſtantia igne conſumpta. Et in ſecundo libro Machab. ſcribitur de Heliodoro principe Antiochi, ꝙ miſſus in Ieruſalem ad ſpoliādum templum, & illud attentans, grauiſſime fuit diuina uirtute flagellatus, & deportatus extra templum quaſi ſemimortuus, & ita templum manſit illæſum. Sexta ſpecies illicitæ acquiſitionis, eſt hominis innocentis uenditio ſiue proditio, ex pacto inita ad certam pecuniæ ſummā, quemadmodum fratres Ioſeph uendiderunt eum ne
Gene. 37. gociatoribus Madianitis uiginti argenteis, & ſubegerūt eum ſeruituti, Nam ductus inde in Aegyptum, ue
Matth. 26 nundatus eſt, Et Iudas traditor triginta accepit argē-

teos à ſcribis & Phariſæis, ut Chriſtũ eis traderet. Qui Matth.
tandem reddita pecunia, & uitam perdidit & animã. Mat.
Sic & principes ſacerdotũ, copioſam pecuniã tradide-
rũt militibus ſepulchri Chri cuſtodibus, ut ſupprime-
rent ueritatem reſurrectionis Chriſti, & diuulgarent
eius corpus fuiſſe ſublatum à diſcipulis eius nocte. Itẽ
tutores, qui iniuſte & fraudulenter bona minorũ uſur
pant uel alienant. Septima uero illicitæ acquiſitionis
ſpecies, eſt acceptio munerum ad ſubuertendum iudi
cium. Quod acerbe reprehendit dominus per Iſaiam
prophetam, dicens: Qui iuſtificatis impium ꝓ muneri Iſaie.
bus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Et idcirco præce-
pit dominus populo Iſrael: Non accipies perſonã nec Deute.
munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, &
mutant uerba iuſtorum. Ad hanc etiam ſpeciem redu
citur uenditio officiorum & magiſtratuum, pertinen
tium ad iudicaturam. Per quam uenditionem non ꝓ
bi & periti ꝓmouentur, ſed ij tãtum qui pecuniam ha
bent ad comparandum talia officia iudicialia. Et ex-
inde datur illis occaſio accipiendi munera ad peruer-
tendum iudicium, ut recompenſent ſe de pecunia tra-
dita pro emptione talium officiorum. Octaua ſpecies Leuit.
iniquæ uſurpationis, eſt detentio mercedis eorũ qui la
borauerunt in aliquo opere, & non perſoluitur eis q̃d
iuſtum eſt, contra illud præceptum domini: Non mo
rabitur opus mercenarij tui apud te uſq; mane. Et bea
tus Iacobus, contra diuites detinentes mercedem pau Iacob.
perum, clamat acriter his uerbis: Ecce merces operari
orum qui meſſuerunt regiones ueſtras, quæ fraudata
eſt à uobis, clamat: & clamor eorum in aures domini
ſabaoth introiuit. Has igitur & conſimiles iniuſtæ ac-
quiſitionis ſpecies (ut falſificatiõem monetæ, & uſum
falſæ monetæ, & per ſimiles iniuſtitiæ modos) debe-

mus omnes accurate uitare, ut admonet noſtrum the ma in principio propoſitum: Non furtum facies.

¶Pro ſecunda parte deducenda, id operæprecium eſt noſcere, ꝙ ad ſalutem non ſufficit aliena non rapere per modos ſuperius expreſſos, & omnem contractũ illicitum, fraudulentamq́ue uenditionem aut menſurarum inæqualitatem: ut maior ſit menſura ad emendũ, & minor ad uendẽdum, ſiue per quemlibet alium iniuſtitiæ modum. Nam om̃es & ſinguli tales modi particulatim explicari nõ poſſent, quoniam in infinitum multiplicantur: ſed inſuper oportet etiam quenq; ſua indigentibus largiri ꝓ ſua facultate, & exercere in pauperes & egenos opa miſericordiæ. Vt enim teſtaĩ beatus Gregorius in homilia euangelij Lucæ ca.16. de diuite epulone & Lazaro, ille diues ſepultus in inferno, non legitur aliena rapuiſſe aut detinuiſſe: ſed quoniã ſua quæ affatim habuit, alijs indigẽtia preſſis non diſtribuit, damnatus fuiſſe in euangelio perhibeĩ. Idcirco paucis hic dicendum, quanta proueniant bona ex uirtute oppoſita rapacitati ſiue iniuſtæ uſurpationi rerũ alienarum, ſcilicet ex liberalitate & eleemoſyna: ut elaborent omnes utranq; iuſtitiæ partem habere, ſcilicet alienã non uſurpare, & ſua in bonos uſus circa pauperes diſpenſare. Itaq; primus eleemoſynę effectus eſt, ꝙ remiſſionem peccatorum impetrat, atteſtante id ſumma ueritate in euangelio, cum ait: Veruntamen quod ſu-
Luce.11. pereſt, date eleemoſynam: & ecce omnia munda ſunt
Eccle.3. uobis. Cui conſonat Eccleſiaſticus, dicens: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit pecca-
Tob.4. tis. Et Thobias ſenior ad filium ſuum hãc præclaram ꝓfert eleemoſynæ commẽdationem: Eleemoſyna ab om̃i peccato & à morte liberat, & non patietur animã ire in tenebras. Fiducia magna erit coram ſummo deo

eleemoſyna omibus facientibus eam. Et angelus Raphael poſt reſeratum diuinæ ꝓuidētiæ myſterium circa eos factum ſuo ductu, ait ad utrunq; eoꝝ: Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis q̄ theſauros auri recōdere: quoniam eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire uitam æternam. Ecce magnam eleemoſynæ efficaciam, q; à peccato & ab æterna damnatione animam facientis eam liberat. Secundo eleemoſyna etiam bona temporalia multiplicat ijs qui libenter faciunt eam. Nam diuina benedictio intrat domos eoꝝ, ut quanto magis erogant ſua bona in ſuſtentationem paupum, tanto amplius adaugeantur à deo, quo diutius habeant materiam ſemper ulterius dandi eleemoſynam. Quod Sapiens in Prouerbijs teſtat̄, dicens: Alij diuidunt ꝓpria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non ſua, & ſemp in egeſtate ſunt. Cuius qdem memorabile exemplum habet̄ in quarto libro Regum de uidua Sareptana, quæ poſtq̄ Eliam ꝓphetam ſuſcepit hoſpitio & ſuſtentauit quotidiana alimonia, nec farina diminuta eſt in hydria, nec oleum eius in lecytho, donec daret dominus pluuiam ſuper terram. Thobias etiam ſenior bonus eleemoſynarius, & lumē oculoꝝ recepit, & ampliſſimas habuit diuitias qui prius paup fuerat, p felices nuptias filij ſui, angelica directione ꝓcuratas. Tertio eleemoſyna liberat hominem in die iudicij ab ira dei, & facit ſuos cultores uocari ad uitam æternam. Quod Propheta in Pſalmo teſtatur, dicens: Beatus qui intelligit ſup egenum & pauperem, in die mala (ſcilicet iudicij) liberabit eum dominus. Dominus conſeruet eum & uiuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animā inimicoꝝ eius. &c. Etiam Chriſtus ipſe ꝗlibet, q̄ij q in extremo iudicio collocabunt̄ à dextris

Thob. 12 · Proue. 11 · 4. Reg. 17 · Thob. 11 · Thobi. 11 · Pſalm. 40 · Matth. 25

iudicis, inuitabunt ad præmium uitæ æternæ, quia li-
benter in hac uita exercuerunt in paupes opa miſeri-
cordiæ. Quarto eleemoſyna eſt theſaurus certus & ſe-
curus, qui in trunco & gazophylacio cæli reconditur,
ut poſt hanc uitam inueniat ab ijs, qui ꝑ manus pau-
perũ in regno cælorũ illum theſaurũ congregauerũt. Si-
quidem diuitiæ huius mundi, caducæ ſunt & incertæ:
à furibus auferri poſſunt, & aliquo caſu fortuito deꝑ-
di, & tandem in morte hic relinquuntur, neq illas no
biſcum poſſumus hinc auferre. Quicquid uero in elee
moſynam datur, ꝑ manus paupum deportatur in cæ-
leſtes theſauros, ut dixit beatus Laurentius Decio ty-
ranno: & illic theſaurus ille precioſus inuenitur inte-
ger & ſecurus, cum anima hinc emigrat, repoſitus in
gazophylacio & reconditorio manuum domini. De
Luce.11. quo theſauro dicit dominus in euangelio apud Lucã:
Matth.6. Facite uobis ſacculos qui non ueteraſcũt, theſaurũ nõ
deficientem in cælis. Et idem admonet apud Matthæ
um. Hanc igitur aduocatam pro peccatis noſtris apud
deum, hanc patronam & adiutricem noſtram, eleemo
ſynam ſic exerceamus hic in terris, ut tandem per eam
theſaurum æternæ uitæ conſequamur in cęlis. Amen.

DE OCTAVO DEI PRAECEPTO ſermo.

NOn loqueris contra ꝓximum tuũ falſum teſtimonium. Exodi uigeſimo capit. ſcribuntur hæc uerba, & repetuntur Deuteronomij qnto cap. in declarationem octaui p̄cepti domini, quod ꝓhibet nocumentum inferri proximo per falſam teſtificationem, ſiue in iudicio, ſiue extra iudiciũ.

Morale chret. 431.

In iudicio tamen,ubi ueritas à iudice exquiritur uia iu
ris,ꝓhibere falſum teſtimonium,longe grauius ē ma-
lum,& execrabilius quàm extra iudicium:quamuis &
hoc(ſcilicet extra iudicium ꝓferre falſum teſtimoniū)
ſit etiam mortale pc̄tm̄ magnæ grauitatis,ob uaria no
cumenta quæ ex falſa teſtificatione contingere & ac-
cidere poſſunt ei,contra quem ꝓfertur falſum teſtimo
niū:ſcilicet mortē,amiſſionēq; uitæ.Quēadmodū Na
both iuſtus ꝑ falſos teſtes ſubornatos & ſubintrodu- 3.Reg.21
ctos accuſatus,fuit cōdēnatus ad mortē.Et Chrs iidē
ꝑ falſos teſtes in ſua paſſiōe fuit accuſat⁹,& à Iudæis & Luce.23
Pilato condēnatus.Similiter & beatus Stephanus fal-
ſorꝫ teſtium accuſatione condemnatus fuit ad mortē,
quam ꝑ lapidationem ſuſtinuit. Aliquādo uero citra Actu.6.7
mortem ob falſum teſtimoniū infert alicui exiliū,uin
cula,carceres,infamia,iactura bonorꝫ tēporaliū,deie-
ctio à ſuo ſtatu & officio, & cætera id gen⁹ incommo
da.Et omniū horꝫ malorꝫ q̄ irrogant innocentib⁹ per
falſam teſtificationem,rei ſunt illi,q loquūt contra eos
falſum teſtimoniū: & tenent ad reſtitutionem omniū
corꝫ, q̄ innocentib⁹ irrogant occaſione illi⁹ falſi teſti-
monij.Idcirco diſtricte in ſcriptura ꝓhibet (ob tā gra
uia detrimenta,quæ exinde proueniūt)prolocutio fal
ſi teſtimonij,etiam in alijs ſcripturę locis, q̄ ſupra ſunt
adducti.ut in Exodo, cū dr̄:Non ſuſcipies uocem mē Exodi.23
dacij,nec iūges manū tuam ut pro impio dicas falſum
teſtimoniū. Quòd ſi pro commodo & utilitate impij
aut ſalute non eſt dicendum falſum teſtimonium,ut li
beretur à periculo iudicij: quanto minus contra iuſtū
& innocētem dicendū eſt falſum teſtimoniū, quo cō-
demnet ad mortem?Et in Prouerbijs dicit Sapiens:Ia Prouer.25
culū,gladius & ſagitta acuta,homo q loquit contra ꝓ
ximū ſuū falſum teſtimoniū.Et reuera lœtiferꝫ eſt ſpi-

culũ, gladius itidem mortifer, & acutiſſima ſagitta, lin
gua proferens falſum teſtimoniũ: q̃niam interdũ ani-
mam diſſeparat à corpore, & uitam adimit homini, ut
ſuperiorib⁹ exemplis eſt oſtenſum. Inſuper in Prouer
Prouer. 6. bijs dicit Salomon: Sex ſunt q̃ odit dñs, & ſeptimũ de
teſtaꝰ anima eius. Vbi ſexto loco nominat proferentẽ
mendacia, teſtem fallacem: & ſeptimo, eũ q ſeminat in
ter fratres diſcordiam. Et hic ſeptimus, etiam hui⁹ mã
dati eſt tranſgreſſor: q̃niam per hoc octauũ domini p̃
ceptũ non ſolũ prohibeꝰ falſi teſtimonij locutio, ſed &
om̃is prolatio ſermonis atq; elocutio, q̃ lædiꝰ atq; uer
bo offendiꝰ proximus, ita q̃ per hoc præceptũ prohi-
beꝰ omne nocumentũ et iniuſtitiæ gen⁹, q̃d uerbo po
teſt inferri proximo, ut inferius amplius declarabiꝰ.
Modo diſcordiæ diſſeminatio inter fratres, fit lingua
Prouer. 19. et uerbo. Præterea in Prouerbijs ait Sapiens: Teſtis fal
ſus non erit impunitus. et q loquiꝰ mendacia, non effu
Prouer. 21. giet. Et deinceps: Teſtis mendax peribit. Quod ſuo ex
emplo edocuerũt duo illi ſenes iudices, q cũ in iudicio
perhibuiſſent falſum teſtimoniũ contra caſtam Suſan
Daniel. 13 nam, conuicti per Danielem de falſo teſtimonio, lapi
dati ſunt à populo, et innoxius ſanguis Suſannæ libe-
ratus eſt à morte. Ita etiam communiter ſolet accide
re falſis teſtibus, quòd deprehenſi occidantur. Aue
Maria.

¶Non loqueris cõtra proximũ tuũ falſum teſtimo
niũ. Ex loco prius adducto ſumunꝰ hæc uerba ꝓ the
mate præſentis ſermonis. Qui in duas partes diuideꝰ.
Prima declarabit reliquas peccatorũ ſpecies ultra fal
ſam teſtificationem, q̃ uerbo committũtur, et per hoc
præceptũ etiam (ut dictũ eſt) prohibenꝰ. Secũda edo
cebit linguam noſtram eſſe refrenandam ab iniq̃ locu
tione. Pro prima parte expedienda, inter ſpecies ma

loꝝ q̄ uerbo perpetrant, hic non expreſſas, et tñ ꝓhibitas in hoc p̄cepto: prima eſt mēdaciū, q̄ eſt falſa oris locutio cū intentione fallendi, qñ ſcilicet qs ore aliq̄d ꝓfert, et tamen illius oppoſitū ſcit eſſe ueꝝ in mente. Et iſtud ſcdm B. Auguſtinū in lib. de Mendacio, eſt tri plex: ſcilicet officioſum, iocoſum et pernicioſum. Men dacium officioſum eſt, q̄d alicui ꝓdeſt & nulli nocet: ut ſi quis ꝓ ſaluanda uita innocentis apud ſe occultati, aut pro ſeruanda pudicitia uirginis, quæ quærit à lenonibus ad ſtuprum latitantis in domo ſua, dicat quę rentibus & hunc & hanc non eſſe domi ſuæ, cum tamen ſciat oppoſitum. Et ſic obſtetrices Aegyptiorū mentitæ ſunt Pharaoni, & Rahab meretrix regi Iericho de exploratoribus Ioſuę, & Iudith Holoferni ut liberaret populum Iſrael Et hoc mendacium ſemper ē pc̄tm̄ ueniale, quia non licet cuiquam pro ſaluanda uita corporali aut ſpūali alicuius, etiam minimum pc̄tm̄ committere ueniale. Mendacium iocoſum eſt, q̄d nemini prodeſt & nemini etiam nocet: & fit cauſa exhilarationis aliorum, & ſtudio placendi aut commouē di alios ad riſum, ut cum quis confingit ſe audiſſe aut uidiſſe aliquid, quod audientes adducat in admirationem & credulitatem rei narratæ, ut cum eis iocetur. Tale tamen dictum nulli affert detrimentum bonoꝝ aut famę. Et hoc etiam peccatum eſt ueniale, magis tamen à recto recedens, q̄ officioſum. Tertium eſt men dacium pernicioſum, quod nulli prodeſt & alijs nocet: affertq́ꝫ detrimentum & perniciem aut bonorū externorum, aut famæ aut uitæ. ut cum quis de alio con fingit graue crimen, ut ponat eum in malam alterius gratiam, & inde aliquod temporale commodum aſſequatur, ut Siba ſeruus Miphiboſeth filij Ionathæ, mētitus eſt ipſi Dauid, ꝙ Miphiboſeth in perſecutiōe Da

Exod. 1.
Ioſu. 2.
Iudit.
2. Reg.

uid ſuſcitata ipſi ab Abſalon, reliquiſſet ipſum Dauid, quia ſperaret recuperare regnum aui ſui Saul. Et hoc fecit Siba, ut haberet confiſcationem bonorum domini ſui, ſicut & habuit. Et reuera dignus fuit ſuſpendi in patibulo, ſi cognita fuiſſet ueritas. Et hoc gen⁹ mēdacij ſemper ē pctm̄ mortale, de quo intelligitur illud Prophetæ uerbum in Pſalmo: Perdes oẽs qui loquū tur mendacium. Et illud dictum Sapientis: Os q̄d mētitur, occidit animam. Et in pluribus alijs locis ferme ſemper ſcriptura de iſto mendacio loquitur. Secunda ſpecies prauæ locutionis, eſt periurium, id eſt, aſſertio rei falſæ & quæ ſcitur eſſe falſa, per iuramentū. Et hęc longe grauior eſt ſimplici mendacio, etiam pernicioſo: quoniam mendacio ſuperaddit iuramentum, quo ſumit nomē dei in teſtimoniū ſui dicti. Idcirco qui peierat, non ſolum peccat contra hoc pręceptum propt mendacium, quo nocet proximo: ſed etiam peccat cōtra ſecundum p̄ceptum, p̄pter falſum iuramentū, q̄a aſſumit nomen dei in teſtimoniū falſitatis. Et eo ipſo maxime inhonorat deum. Idcirco ut dicit Gerſon in ſuo opere tripartito, periurium factum in iudicio & actu publico, eſt caſus reſeruatus ad epiſcopum, neq̄ ſimplex ſacerdos pōt talē piurū abſoluere in foro pœnitētię. Tertia ſpecies ē detractio. i. diffamatio alterius in abſentia, ad tollendum eius bonum nomen. Et hęc fit, quando quis ex odio in aliquem aut alia quauis de cauſa, loquitur malum de uita & operibus alicuius abſentis, ut alijs ingeneret malam de illo exiſtimationē & lædat famam eius. Et licet uerum ſit id malum q̄d de alio dicit detractor, tamen eſt grauiſſimum pctm̄, quia tollit bonum nomen & famam alterius, qui nō eſt præſens ut ſe expurget. Nihil autem bono nomine debet homini eē p̄cioſius, cum dicat ſapiēs: Melius eſt

Pſalm. 5. Sapien. 1. Eccle. 7.

nomen bonum, quàm unguentum precioſum. Et rurſum: Curã habe de bono nomine. hoc enĩ magis pmanebit tibi, q̃ mille theſauri precioſi & magni. Quare ſi quis tenetur ad reſtitutionem rerum alteri ablatarum, multo magis tenetur ad reſtitutiõem bonæ famæ ſui proximi. Et debet coram illis qui audierunt eum detrahentem, ſua uerba reuocare, & conteſtari ſe male locutum eſſe de illa perſona: alioquin nunquam deo integre ſatisfaciet de pctõ ſuo, ut dicit Gerſon. Quòd ſi quis per detractionem confinxit falſo mala de proximo ſuo, tunc longe grauius eſt malum, quia detractioni coniunctum eſt mendacium pernicioſum. Hoc autem detractionis uitium maxime damnat ſcriptura ſacra, ut dominus per Prophetam in Pſalmo: Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. Et Eccleſiaſtes: Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet q occulte detrahit. Rurſum in Prouerbijs: Abominatio hominum, detractor. Et rurſum ibidem, Cũ detractoribus non commiſcearis. Inſuper in libro Sapientiæ: A detractione parcite linguę. Et Iacobus, Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Et in alijs multis locis. Quarta ſpecies eſt contumelia, rixa, contentio atque iurgium quando quis iracundia concitatus, prorũpit in conuitia contra alterum præſentem & uerba, pbroſa, exprobrans illi & improperans aliqua prius ab eo dicta aut facta, afficiensq; illum contumelioſis uerbis. Inde inſurgunt in alterutrum rixæ, altercationes, iurgia atq; contentiones, cum mutuis opprobrijs. Et poſt uerba interdum itur ad uerbera, uulnera & occiſionem, cui iniurioſa uerba dederunt primam occaſionem. Vnde propter grauia mala atq; pctã quæ naſcũtur ex contumelijs & conuitijs iſtis, & etiã propter triſtes caſus inde emergẽtes & homicidia, debẽt ſibi oẽs

Eccle. 4
Pſalm. 10
Ecceſ. 1
Prou. 2
Sapien.
Iacob. 4

ſummopere cauere ab huiuſmodi iniurijs in alterum iaculandis, ne ex illis ſuſcitetur ignis furoris & iracundiæ, qui facile poſtea non poſſit extingui. Quod & dominus in euangelio Matth. docet, dicens: Qui dicit fratri ſuo racha (quod interiectio eſt, ſtomachationem & irriſionem in alterum cum contumelia ſignificans) reus erit concilio. Qui autem dicit fratri ſuo fatue, reus erit gehēnę ignis. Et in Prouerbijs dicitur: Odium ſuſcitat rixas. Et, Vir iracundus ſuſcitat rixas. Rurſum, Qui meditatur diſcordias, diligit rixas. Et, Labia ſtulti immiſcent ſe rixis, & os eius iurgia prouocat. Et ſæpe aliâs. Quinta ſpecies prauę locutionis, eſt adulatio, qua quis ad captandam gratiam alicuius potentis & magni uiri, omnia eius dicta & facta laudat & commendat, quamuis ſint merito uituperanda ac improbāda. Per quam aſſentatoriam laudationem magnatum, ipſi proceres & principes confirmātur in ſua malitia, uidentes & audientes ſe laudari ob talia facta, & idcirco animantur ac incitantur ad talia (quæ bona eē putant) ulterius proſequenda, quando (ut ait Propheta in Pſalmo) laudatᷣ peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Verum dicere debemus cū eodem Propheta Pſalm. poſtea ſequente, multis interpoſitis: Corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem pctōris non impinguet caput meū. Vbi per oleū pctōris, intelligit Propheta adulationē. Huic autem contraria ſpecies prauæ locutionis, eſt delatio: id eſt, ſecreta accuſatio & calumnia, qua qs inferiorem accuſat apud ſuperiorem, ut filium apud patrē, ſeruum apud dominum, & ſubditum apud principē de falſo crimine, ſicut domina Ioſeph falſo accuſauit eū apud maritū ſuum, quòd uoluerit eam opprimere, propter quod coniectus eſt in carcerem. Has autem

Matth. 5.
Prouer. 10
Proue. 15
Proue. 17.
Proue. 18.
Pſalm. 9.
Pſal. 140.
Gene. 39.

omnes ſpecies praue loquendi eſſe fugiendas præcipit dominus, cum ait in propoſitione ſupradicta, pro themate ſumpta: Non loqueris &c.

¶Pro ſecūda parte deducenda, conſiderandū eſt, ꝙ qm̄ omnes iſtæ ſpecies prauæ locutionis ꝓueniūt ex immoderato linguæ uſu & irrefrenato: idcirco ſummopere elaborādum eſt, ut diſcretionem adhibeamꝰ noſtræ linguæ, per quam moderate & ſobrie loq̄mur. Ad quam linguæ refrenationem nos primum debet inducere ſacra ſcriptura, periculum ex ea proueniens, & difficultatem illius negocij atq; utilitatem multipliciter explicans. Dicit enim Sapiēs: Mors & uita in manibus linguę. Et Eccleſiaſticus: Beatus uir qui non eſt lapſus uerbo ex ore ſuo. Et beatus Iacobus in ſua epiſtola: Si quis autem in uerbo non offendit, hic perfectus eſt uir. Vbi conſequenter quàm difficile ſit linguā frenare, edocet, dicens: Omnis natura beſtiarum & uolucrum & ſerpentum & cæterorum, domantur & domita ſunt à natura humana: linguā autem nullus hominum domare poteſt. In quo loco gloſſa ordinaria recitat de aſpide manſuefacta, quam paterfamilias quidam habuit domi ſuæ aſſuetā uenire ad menſam eius, & quotidianum ſumere cibum, Et protritum eſt illud poetæ carmen: Proue.18. Eccle.14 Iacob.3

Longa dies homini docuit parere leones.

Qđ aūt hic dicit beatus Iacobus, nullum hominū poſſe linguam ſuam domare, non impoſſibilitatem deſignat, ſed difficultatem: more loquendi ſacræ ſcripturæ, enunciantis ſæpenumero, quod difficile ſit, nō poſſe fieri. Si enim ſimpliciter non poſſet lingua domari, non poſſet hoc homini ad culpam imputari, ꝙ linguā ſuam non domaret, cum nemo ad impoſſibile obligetur. At irrefrenatio linguæ recte ad culpam cuiq; im-

putat. Secũdo ad edomandam linguam nos debent in
ducere q̃ plurima mala & peccata, quæ proueniunt ex
laxitate & licẽtia linguæ. Siquidem ex ea enaſcunt ſcur
rilitas, turpiloquium, laſciuia uerboꝝ, ſtultiloquiũ, cõ
tumelia, contentio, detractio, uaniloquium, ocioſitas
Prouer.10 uerborum, multiloquium, in quo non deeſt peccatũ,
& mille alia genera malorum. Quod beatus Iacobus
Iacob.3 ſic perhibet: Lingua modicum q̃dem membrum eſt,
& magna exaltat. Ecce quantus ignis q̃ magnã ſyluã
incendit. Et lingua ignis eſt, uniuerſitas iniquitatis: lin
gua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat to
tum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtrę in-
flammatam à gehenna. Et paulo poſt in eodem loco
ſubiungit, rurſum de lingua loquens idem apoſtolus:
Ibidem. Inquietum malum, plena ueneno mortifero. In ipſa
benedicimus deum & patrem, & in ipſa maledicimus
homines qui ad imaginem & ſimilitudinem dei facti
ſunt. Et cætera, quæ in eandem ſententiam ibidem ſe
quuntur. Tertio ad linguæ refrenationem nos debet
inducere ipſa corporis noſtri fabrica, ab optimo con-
ditore noſtro conſtituta & obſeruata in organis uiſus
& auditus. Qui duas quidem aures cuiq; hominum cõ
ceſſit, & unicam linguam. Et aures itidem patulas &
nunquam obſtruſas, nobis indulſit, linguam uero &
dentium uallo atq; munitione obſeptam, & labiorum
ualuis occluſam. Quo doceret nos ex huiuſmodi cor-
Iacob.1. poris noſtri ſtructura, nos ad audiendum promptos
& attentos eſſe debere, & ad loquẽdum tardiuſculos.
Quod & beatus Iacobus admonet, dicens: Sit autem
omnis homo uelox ad audiendum, & tardus ad loquẽ
dum. Verum nos ipſi plerũq; ad ſalutaria monita ob-
ſurdeſcimus, & ſolutis dentium repagulis atq; labioꝝ
portis apertis, ferimur loquacitate & uolubilitate lin

quæ præcipites in omnem uerborum licentiam. Quarto, ad reprimendam linguam nos debent inducere p̃clara autorum literaturæ ſecularis documenta, eam ſalutarem doctrinam nobis proponentia: ut illud Catonis diſtichon,

Virtutem primam eſſe puta, compeſcere linguam,
Proximus ille deo eſt, qui ſcit ratione tacere.

Cui reſpondet & hoc Heſiodi carmen:

Optimus eſt homini linguæ theſaurus, & ingens
Gratia, quæ parcis menſurat ſingula uerbis.

Vnde Solon unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, interrogatus cur cæteris loquentibus taceret, reſpõdit: Quia me locutum fuiſſe, aliquando pœnituit: tacuiſſe uero, nunquam. Quod & Cato expreſſit hoc carmine:

Nam nulli tacuiſſe nocet: nocet eſſe locutum.

Dicamus ergo ſinguli cum Propheta in Pſalmo, Dixi, cuſtodiam uias meas, ut non delinquã in lingua mea. Pſalm. 38 Poſui ori meo cuſtodiam, cum cõſiſteret peccator aduerſum me. At quoniam id proprijs uiribus aſſeq̃ nõ poſſumus, oremus ſinguli quiq; cum eodem propheta deum frequenter & ſuppliciter: Pſal. 140 Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Et ipſe qui benignus eſt hominum exauditor, & gratiam nobis hic cõferet, & gloriã in futuro ſeculo. Amẽ.

DE NONO DEI PRAECEPTO ſermo.

NON concupiſces uxorem proximi tui. Deuteronomij quinto cap. ſcribuntur hæc uerba, & inſuper Exodi 20. cap. in hunc modum: Nec deſiderabis uxorem eius, ſcilicet proximi tui, de quo ſuperior eſt ſermo. Et aſſumuntur hic pro explicatione noni præcepti decalogi, quo prohibetur interior con

cupiſcentia uxoris proximi. Verum & hic à parte tot intelligendo, non ſolum intelligi debet uetitũ eſſe carnale deſiderium ad uxorem alienam, ſed etiã ad quãcunque aliam mulierem extra thorum matrimonij. Omis em̃ talis concupiſcentia ad mulierem, non ſibi concupiſcenti coniunctam matrimonio, ſiue uirginem, ſiue ſolutam, ſiue uiduam, ſiue conſanguineam, ſiue religioſam, ſiue nuptam: eſt tranſgreſſio huius præcepti, & prohibet generatim per hoc dei mandatũ, ſicut in ſexto præcepto dictũ eſt nomine mœchiæ eſſe prohibitũ om̃e carnale conſortiũ extra fœdus & thorum coniugij. Porro in om̃i dei præcepto, per q̃d prohibet aliq̃d malũ opus exterius, etiam debet intelligi eſſe prohibita uolũtas interior, & mala concupiſcentia ad perpetrandũ illud malũ opus exterius. Vt cũ in quinto præ-
Exodi 20. cepto prohibetur homicidium, etiam eodem præcepto prohibetur praua uolũtas occidendi proximũ ſuum. Et cũ in octauo præcepto prohibet locutio falſi teſtimonij, ſimul etiam prohibet concupiſcentia interior & uolũtas loquendi falſum teſtimoniũ contra ꝓximũ. Si em̃ ramus & fructus exterior eſt malus, etiã & radix interior, ex q̃ ꝓcedit ille ramus & fructus, ẽ mala. Et ergo in prædictis dei præceptis prohibet & ramus & radix, uetat fructus malus exterior, & peſtifera illa radix atque uirulenta, ex qua fructus ille naſcitur, ſcilicet interior concupiſcentia. Verũtamen in materia carnalis libidinis & uſurpationis rei alienæ, non ſolũ prohibet opus exterius duobus præceptis dei, ſcilicet ſexto & ſeptimo, ſed inſuper alijs duobus diſtinctis præceptis, ſcilicet nono & decimo, expreſſe prohibet etiam interior cõcupiſcentia ad deſideria carnis, & ad rei alienæ uſurpationem. Cur autem id factũ fuerit à deo in duobus prædictis præceptis & materia corpo

tius quàm in alijs dei præceptis, quod prohibita etiam ſit interior concupiſcentia carnis & bonorum externorum, & non ſolum opus exterius: hanc aſſignat beatus Auguſtinus rationem multum conuenientem, q̃niam natura noſtra ex corruptione contracta p̄ Adã, maxime eſt prona & procliuis ad delectatiões carnis, & ad propriã utilitatem: quæritq́ ex ſua ad malum inclinatiõe maxime bonum ſibi delectabile, ſcilicet carnis uoluptates: & bonũ ſibi utile, quantũ ad corpus, ſcilicet diuitias & opes huius mundi. Vt enim teſtat̃ ipſe deus, Senſus & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Ad homicidiũ aũt & effuſionem humani ſanguinis, nõ ſic inclinatur natura noſtra, ſed potius abhorret id ſcelus. Similiter ad loquendũ falſum teſtimonium contra proximũ, non fert homo naturali inclinatione, ſed potius execratur & deteſtatur id facinus ex maleuolentia procedens. Idcirco ad frenandam arctius illam noſtram ad malum pronitatem in deſiderijs carnalibus & bonoꝝ huius mundi, neceſſarium fuit & expediens, prohibere expreſſis præceptis etiam concupiſcentiam interiorem ad talia mala, & non ſolum opus exterius. In alijs uero proximoꝝ nocumentis, ad quæ homines non feruntur tã cito ex pronitate naturæ corruptæ: ſatis fuit prohibere opus exterius, per quam tamen prohibitionem debet etiam intelligi eſſe uetita interior ad illa uoluntas. Ex his aũt conſtat, falſam & erroneam eſſe hæreticorum ſententiam, dicentium duo ultima dei præcepta, prohibentia concupiſcentiam, eſſe ſuperflua: & nõ debuiſſe poni niſi octo pręcepta, remotis duobus poſtremis. Quoniã deus ipſe, noſtræ fragilitatis conſcius, p̄uide periculoſioribus morbis plura adhibuit ſuoꝝ pręceptoꝝ remedia. Aue Maria.

Gene. 8

¶Non concupiſces uxorem proximi tui. Ex loco prius citato ſunt adducta hæc uerba pro themate pręſentis ſermonis, qui in duas partes diuidetur. Prior, aliquot errores circa hoc præceptum & ſequẽtes obrepẽtes, confutabit. Poſterior uero, quibus medijs compeſcenda ſit concupiſcentia carnis hoc præcepto prohibita, declarabit. Pro priore parte deducenda, operæ precium eſt hic cognoſcere, ꝙ aliquorũ fuit error, dicẽtiũ ꝙ in ſolo opere exteriore conſiſtat pctm̃, & non in uoluntate: ut ꝙ habere conſortiũ carnale cum muliere extra matrimoniũ, ſit malum: non aũt, concupiſcere talem carnis copulam: & ꝙ furari malũ ſit, non autẽ uelle furari. Et hoc errore uidetur fuiſſe detentus Ioſephus in duodecimo libro antiquitatũ Iudaicarũ, ubi reprehendit Polybium hiſtoriographum Perſarũ, dicentem ꝙ Antiochus Illuſtris miſerabiliter mortuus
1.Mach.9 fuit, eo ꝙ uoluit ſpoliare templum Dianæ. Cõtra quẽ dicit ſic Ioſephus: Nam qui nullatenus egit pctm̃, ſed tm̃ cogitauit, nullo reatu tenetur. Et ideo cõcludit ibidem Ioſephus, ꝙ Antiochus mortuus fuit propt̃ peccata quæ fecerat in Ieruſalem, ut recitat Nicolaus de Lira, Exodi uiceſimo cap. in expoſitione textus iſtud præceptum continentis. Vbi etiam improbans hanc Ioſephi ſententiam, ſubiungit: Sed dicere, ꝙ actus interior uoluntatis, nullus ſit reatus, niſi aliquo modo prorumpat in actum, eſt multum irrationabile: cum ratio pcti magis accipiatur à mala uoluntate interiori q̃ ab actu exteriori. Quia ſi nullo modo eſt uoluntariũ, nullo mõ etiã ẽ pctm̃, ut patet in amẽtibus & pueris. Hęc ibidem Nicolaus de Lira. Qui merito illic reprobat Ioſephum & erroneam eius ſententiam. Nam à uoluntate tanquam à radice procedunt omnes humanæ operationes, ſpectãtes ad mores, ut quidam rami ſiue fru-

ctus,& accipiunt ab ea denominationem bonitatis & malitiæ. Ergo ſi actus exterior eſt bonus, oportet ꝙ actus uolũtatis ex q̃ ille procedit, intrinſecus ſit bon⁹. Et ſi exterior operatio eſt mala, illud exinde prouenit, quia interior operatio uoluntatis ex qua prodijt, eſt mala. Igitur interior concupiſcentia eoꝝ quæ ſunt contra deum, habet rationem pc̃ti & eſt mala, & nõ ſolum actus exterius prodiens. Imo interior concupiſcẽtia prius habet ratiõem malitiæ & principalius quàm exterior operatio, q̃m eſt cauſa & origo atq; effectrix malitiæ exterioris, ex ea orientis. Quod & dominus noſter plane expreſſit in euangelio Matth. cũ ait: De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominem. Vbi nomine cordis intelligitur uoluntas humana, ex qua per prauam concupiſcentiam procedunt exteriora mala hic numerata. Inſuper alibi dicit Chriſtus: Qui uiderit Matth. 5 mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus ẽ eam in corde ſuo. Vbi manifeſte oſtendit, ꝙ interior concupiſcentia ad conſortiũ mulieris, etiam ſine exteriori opere, graue eſt pc̃tũ, & diuini mãdati tranſgreſſio, quodammodo æquiualens fornicationi. Ex quo loco trahitur apte hæc propoſitio, ab autoribus ſacris approbatiſſima: ꝙ tam in bonis quàm malis operibus uoluntas reputatur pro facto, ut quemadmodũ bona uoluntas, ſi deſit facultas eam exequẽdi, reputat̃ apud deum ſicut bonum opus exterius: ita mala uolũtas & concupiſcentia illicita, etiam ſi quis eam non exequat̃ exterius, ꝓpter aliq̃d impedimẽtum, exiſtimatur apud deũ tanquam mala operatio exterius perpetrata. Ex quo protinus ſequitur, ꝙ interior concupiſcentia mala etiam ſine exteriore opere, eſt graue & mortale pec

catum. Rurſum, Deus per ſua præcepta nobis nihil ꝓhibet niſi malum. Sed per hoc præceptum deus prohibet interiorem concupiſcentiam ad uxorem proximi, & per ſequens præceptum uetat concupiſcentiam internam ad res alienas: ergo interior illa concupiſcentia ad alienam uxorem & ad bona aliena, etiam ſine opere exteriori, eſt pc̄tm̄, & de ſe malū. Alioquin deus per hæc duo præcepta illam duplicem concupiſcentiam non prohibuiſſet. Demum cur in ſcripturis tam ſępe prohiberentur cogitationes iniquæ, ſi in illis nulla

Eſa. 1. eſſet ratio pc̄ti? Per Iſaiam enim admonet nos dominus: Auferte malū cogitationū ueſtrarū ab oculis me-

Ierem. 4. is. Et per Ieremiam increpat peccatorem dominus, dicens: Vſq; quo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

Pſalm. 35 Et Propheta in Pſalmo dicit de uiro iniquo: Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo. Denique in euangelio

Matth. 9. Matthæi Chriſtus ad ſcribas & Phariſæos: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Et in complurib' alijs ſcripturæ locis idem comperitur. Poſtremum, Eccleſi-

Eccle. 18. aſticus quoq; noſtrum admonet hac ſalutari ſentētia: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere. Idem quoq; deum orans, inter cætera dicit:

Eccle. 23. Aufer à me uentris concupiſcentias, & concubitus cōcupiſcentiæ non apprehendant me. Ex quibus uerbis liquet, interiorem concupiſcentiam eſſe pc̄tm̄, quāuis non exeat in opus exterius. Alius eſt error hæreticorum, dicentiū iſta duo mandata irrationabiliter à deo eſſe poſita: qm̄ non poſſunt (ut aiunt) ab aliquo ſeruari in hac uita mortali, cum non poſſit hic homo ſine concupiſcentia uiuere, neq; ſeipſum continere quin interdum ſurrepat concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia bonorum mundi huius. Verū iſti ponunt os ſuum in cælū, & loquuntur aduerſus deū iniquitatē, atq;

blaſphemiam euomunt in ipſum: cũ dicunt eum con ſtituiſſe hominibus aliquod præceptum, quod nõ poteſt ab ipſis adimpleri. Sic enim oblatrant deũ nos obligaſſe ad impoſſibile, quod non modo falſum eſt, ſed & impium, cũ dicat beatus Hieronymus: Qui dicit deum nos obligaſſe ad impoſſibile, anathema ſit. Et nullus in republica bonus legiſlator eas conſtituit leges, quæ à ciuibus nullo modo obſeruari poſſint, quantũcunque ad illud elaborant. Hæc autem tanta impietas & inſania illis obuenit, quoniam neſciunt diſtinguere diuerſos concupiſcentiæ modos, neque ſatis intelligunt quæ concupiſcentia per hæc duo præcepta prohibetur. Eſt enim triplex concupiſcentia in nobis: quædam naturalis, expetens uitæ huius neceſſaria, ut concupiſcẽtia cibi in eſuriente, concupiſcentia quietis in fatigato, & deſiderium ſomni in eo qui defeſſus eſt uigilia. Et hæc nullam habet ratiõem pctĩ, quia etiam in Christo domino noſtro fuit, qui eſuriuit & ſitiuit. Alia eſt concupiſcentia mali, ex ſola ſurreptione ſubito enaſcens, & rationem præueniens: ut impræmeditata carnis cõcupiſcentia repente titillans hominem, & deſideriũ alienorum bonorum, ſine præcogitatione animum mouẽs. Et hæc etiã pctm̃ non eſt, ſed primus ad malũ motus: cui ſi uiriliter reſiſtitur, eam excutiendo corde, auget hominis meritum. Primi enim ad malũ motus, non ſunt in poteſtate hominis, ut ſentiunt omnes. Tertia eſt cõcupiſcentia mali, ex præcogitatione & deliberatione procedens, & cum pleno uoluntatis cõſenſu. Vt cum quis ex præmeditatione fertur in concupiſcentiã alicuius mulieris, conſentiens in actum libidinis; aut ex diuturna præcogitatione deſiderat bona proximi, cũ conſenſu rapiendi illa. Et hæc tertia concupiſcentia pctm̃ eſt, & prohibetur per hæc duo poſtrema præce

Marc. 11. Johan. 19

pta. Cæteræ uero duæ neq; pctã ſunt, neq; hic ꝓhibentur. Et de hac tertia ſolum intelligitur quod in principio eſt aſſumptum, Non concupiſces uxorem &c.

¶Pro ſecunda parte expedienda, id ante omnia obſeruandum eſt ad reprimendam carnis concupiſcentiam, ne diuturna mora cõualeſcat: ut cum primũ eam ꝑcipimus, ꝓtinus eam ꝓ uiribus excutiamus, & uiriliter reſiſtamus antequam ſumat uires. Qm̃ ſi in principio uigilanter & animoſe illi obluctemur, ſtatim elangueſcet & extrudetur animo. Si uero ꝑ longam temporis moram ſinimus eam habere locum in nobis, & fouemus eam cũ attentione & delectatione, tandem ꝓualebit nobis, & excreſcet ſupra modum: nosq; ꝓcipitabit in conſenſum pctĩ, & captiuos ducet in uitiũ: quẽadmodum hoſtibus corporalibus, cum primũ nos aut urbem noſtram impugnare incipiunt, reſiſtere ſolemus: neq; ꝑmittere ut portas urbis ingrediãtur, poſtea à nobis expellendi. Si enim ꝑſtiterimus eis aditum in urbem aut domum noſtram, uix poſtea poterũt expelli. Secundo ad edomandas prauas carnis concupiſcentias, ſummopere cauendum eſt à malis cogitationibus ad deſideria carnis trahentibus: quoniam (ut dicit Salomon in libro Sapientiæ) peruerſæ cogitationes ſeparant à deo. Et Eccleſiaſticus: Abominatio domino cogitationes prauæ. Et dominus in euangelio Matt. Beati mundo corde, qm̃ ipſi deum uidebunt. Illa autẽ cordis munditia maxime ꝑ mundas & puras cogitatiões obtinetur. Immundæ uero cogitationes quę ſuggeruntur animo noſtro, ꝓtinus ſunt excutiendæ & eijciendæ, cum ꝑcipiũtur: ſicut ſerpens dira ſibila mouẽs, repellendus eſt ſtatim, antequam ſuum uirus nobis infundat. Si em̃ prauæ cogitationes ad impura & carnalia trahentes deſideria, diutius detinẽtur animo & cũ

Sapien. 1. Eccle. 15. Matth. 5.

delectatione, ſuſcitabunt tandem noxias & ferales flãmas carnalis concupiſcentiæ. Hinc Propheta in Pſalmo recte dicit quid facere debemus: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Vt enim inqt beatus Hieronymus, ille paruulos ſuos ad petram allidit, qui cogitatiões ſuas prauas, cum primum inſurgunt & adhuc paruæ ſunt, ad Chriſtum (qui petra ẽ) concutit & elidit, eas ꝓtinus mente excutiendo, & bonas de Chriſto domino cogitationes earum loco aſſumendo. Tertio ad refrenandam carnis concupiſcentiam id maxime cõducit, ꝙ ardores libidinoſos ex corruptiõe naturæ inſurgentes etiam nobis inuitis interdum in corpore noſtro, ilico extinguamus ꝓ uiribus, conuertendo ꝓtinus animum ad memoriam acerbiſſimæ paſſionis domini, aut ad mortis noſtræ afflictionem duriſſimam, aut ad flãmas gehennę ꝑpetuas, iis q ſecundum carnem uixerint paratas. Nempe attẽta cogitatio & infixa ad aliquod illorum trium, aut ad illa tria ſimul, faciet tandem adiutrice dei gratia reſidere illecebroſas illas carnis commotiones, & tranquillitatem nobis optatam reſtituet. Nempe ſicut ſolent q digitum ſuum exuſſerunt contactu rei feruentis, ſtatim partem digiti exuſtam obijcere igni atq; ꝑſentare, ut calor ignis extrahat feruorem combuſtionis factæ in digito: ita attenta mentis cogitatio ad pœnas inferni & ignem eius inextinguibilem, æſtum noxium carnalis cõcupiſcẽtiæ in nobis ſuccẽſum ꝓtinus reſtinguet & auferet. Et certe leguntur uiri ſancti, ad extinguendos huiuſmodi carnis æſtus, plerunq; ſibi ipſis inflixiſſe corporales moleſtias & læſiones, ut ꝑ dolorem ſenſibilem uulneratiõis corporalis, extingueretur ſuccenſus in eis ardor libidinis. quemadmodum ſanctus Benedictus ad deuincendas tentatiões carnis, legitur

Pſalm. 136

3°

Roma. 8

ſeipſum nudum iniecíſſe uepribus & urticis, ſeq́ illic uolutaſſe, donec ardores libidinis in eo conquieuiſſent. Et beatus Franciſcus itidem legitur ſe nudum (cũ agitaretur incendijs libidinum) inieciſſe altis niuibus, & tandiu ſe illic uolutaſſe, donec toto corpore gelid᷒ & algidus, nihil amplius ſentiret æſtuum carnalium. Ecce glorioſa ſanctorum certamina contra ſtimulos carnis, quibus & concupiſcentias eius euicerunt, & eã ſuo ſpũi ſubiectam reddiderunt. Quarto, ad hanc tyrannidem carnis compeſcendam, opus eſt (cum primum inſurgunt hi ſtimuli & æſtus carnales) confugere ad orationem, deumq́ ſuppliciter inuocare, ut ſicut tribus pueris Hebræis omnino mitigauit flammas ignium fornacis Babylonicę p angelum ſanctum, qui deſcendit de cælo in fornacem, & excuſſit flammã de fornace, & fecit medium fornacis tanquam uentum
Dani.3. roris flantem, ut dicitur in libro Danielis: ita & in nobis rore ſuæ gratiæ dignetur refrigerare ardores carnalis concupiſcentiæ atq́ incentiua libidinum. Et ipſe
Roma.10. qui benignus eſt in omnes qui inuocant illum, exaudiet nos in illa tribulatione: dabitq́ uiriliter pugnantibus cõtra ſuam carnem, & gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Amen.

DE DECIMO ET POSTREMO dei præcepto, ſermo.

NOn cõcupiſces domum ꝓximi tui. Exodi uiceſimo cap. ſcribuntur hæc uerba, & hic adducuntur in declarationem decimi ac ultimi ꝑcepti decalogi, ꝑ q̊d ꝓhibetur concupiſcentia rei alienæ. Siquidem à parte totum etiam in hoc ꝑcepto intelligẽdo, ſicut & in cæteris præcedentibus: nomine domus cõ-

prehenditur ac intelligitur quæcunq; alia res poſſeſſa, ſiue ſit pecunia, ſiue pdium, ſiue iumentū. Quod & ipſe textus in pdicto Exodi capit, ſatis explicat deinceps. Nam poſtquam dixerat dominus in loco ſupradicto, Non concupiſces domum proximi tui: protinus ſubiungit, non ſeruum, non ancillam, non bouem, nō aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Similiter in Deuteronomio ubi idem repetitur pceptum de nō concupiſcēda re proximi, conſimilis ponitur explicatio particularium bonoꝝ temporalium, ad proximum ptinentium, hoc modo: Non (ſubaudi, concupiſces) pximi tui domum, nō agrum, non ſeruum, nō ancillam, nō bouem, non aſinum, & uniuerſa quæ illius ſunt. Per hoc autem præceptum (ſicut & in pcedenti pcepto) nō phibetur indifferenter omīs concupiſcentia bonoꝝ pximi: non em̄ illa quæ ex ſola eſt ſurreptione & rationem pueniens, qualem habent interdum aliqui uidētes copioſam pecuniam, uaſa aurea, aut bonum equū & ſtatim concupiſcunt illa ex primo motu, & uellent illa eſſe ſua. Nam tales primi motus concupiſcentiaꝝ nō ſunt in poteſtate hominis, neq; ſunt pctā: ſed ſiquis illis reſiſtit opportune, ne excreſcant in deterius, meretur dei gratiam: & præſtant tales concupiſcentiæ materiam bene operandi, ſcilicet reſiſtendi inſurgenti tētationi. Sed hic ſolum phibetur concupiſcentia bonorum alienoꝝ, ex pmeditatione & longa præcogitatione pueniens, atq; rationem ſequens, quę non fecit diligentiam reſiſtendi tali concupiſcentiæ, cum ſufficiēs ad hoc haberet tempus. Et iſta cōcupiſcentia hic phibita, eſt cum cōſenſu acquirendi bonum alienum aliq̄ medio illicito, & p nefas. Et ergo mortale ē pct̄m, qa coniungitur interiori exquiſitioni & inueſtigatiōi mediorꝝ maloꝝ, quibus ex deliberatione homo poſſit ta Deute. 5

lia bona ꝓximi ſibi uſurpare per dolos, fraudes & fallacias. Vnde ſecundum Philoſophum in Phyſicis & in Ethicis (cui etiam concordant omnes ſacri doctores, & quotidiana itidem nos edocet experientia) duplex eſt in homine appetitus, ſcilicet ſenſitiuus & rationalis. Appetitus ſenſitiuus eſt, qui concupiſcit illa quæ ui dentur utilia aut delectabilia, aut conuenientia huma no corpori, ſine aliqua honeſti conſideratione. Et hęc alio nomine dr̄ ſenſualitas, quæ inclinat hominē & incitat ad illecebras carnis, ad bona huius mundi, ad uindictam ſumendam de iniuria illata, & ad quærendum ſuum profectum cōtra ius & fas, cum nocumento ꝓximi ſui. Et hic appetit⁹, niſi refrenetur, inducit hominem in mille pctā. Appetitus autem rationalis eſt, qui appetit ea quæ ſecundum rectam rationem ſunt quærenda, & honeſtati conſentanea: ut honeſte uiuere, neminem lædere, cuiq; quod ſuū eſt tribuere, aliena non rapere, ſua egenis largiri. Et hic in homine dominari debet ac tenere principatum, quoniam inducit hominem tantum ad ea quæ bona ſunt ac ſalutaria, & deo grata opera. Quem quicunq; ſequitur, nunquam aberrabit à recto tramite mandatoꝝ dei, neq; deuiabit à uia iuſtitiæ. Huius autem appetitus rationalis (qui à nonnullis ratio nuncupatur, & à beato Paulo uocatur ſpūs, ſicut appetitus ſenſitiuus ab eodem dicitur caro) eſt officium, refrenare ipſam ſenſualitatem à prauis ſuis deſiderijs, & ſubijcere rectæ rationi eandem. Quod & dominus ad Cain expreſſit, de appetitu ſenſitiuo dicens: Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Per quæ uerba omni homini à deo datum eſt pceptum, ꝙ debeat edomare ſuam ſenſualitatem, ipſam ſubigere & ſubiectam reddere ſpiritui. Quod qui diligenter fecerit, nunquam aliena appetet, neq; hoc dei

Gala. 5.

Gene. 4

præceptum præuaricabitur. Cæterum hæc pugna carnis contra ſpiritum, & ediuerſo, durat per hoc totum uitæ tempus. Sed felix eſt, qui aſſiduo exercitio in hac ſpirituali militia ſuper terram, ſpiritum habet dominantem carni. Aue Maria.

¶ Non concupiſces domũ ꝓximi tui. Ex loco prius citato adducta ſunt hęc uerba, ꝓ themate pſentis ſmonis. Qui in duas partes diſſecabitur. Prima aliquot rationes & conſiderationes afferet, conducentes ad refrenandam cõcupiſcentiam bonorum alienorum, Secunda, quàm exitialis ſit auaritia & ſaluti animæ contraria, oſtendet: quoniam ipſa ex concupiſcentia bonorum huius mundi, ut radice, enaſcitur. Quãtum ad primam partem, ad coercendam freno rectæ rationis concupiſcentiam alienæ rei, primum conducit hæc cõſideratio, ꝙ bona huius mũdi admodum incerta ſunt, nullamq́ꝫ ſtabilitatem habentia. Nam à raptoribus, furibus & latronib9 auferri poſſunt, aut aliquo caſu fortuito, ut incendio, inundatiõe aquarum, naufragioq́ꝫ, deperdi. Et ita ſicut quis aliena per concupiſcentiam prauam rapuit, ita & quæ rapuit, cras aut perẽdie poſſunt etiam ipſi eripi atq́ꝫ ſuſtolli. Proinde beatus Paulus in prima ad Timotheum epiſtola præclare ipſum ſic admonet: Diuitibus huius ſeculi pcipe non ſublime ſapere, neq́ꝫ ſperare in incerto diuitiarũ, ſed in deo uiuo, qui prꝰſtat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurũ, ut apprehendant bonam uitam. Hæc ibi. Et dominus noſter in euangelio apud Matthæũ: Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ubi ęrugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur, Theſaurizate autem uobis theſauros in cælo, ubi

1. Tim. 6.

Matth. 6.

nec ærugo,nec tinea demolitur,& ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi em̃ eſt theſaurus tuus, ibi ẽ &
Luce.12. cor tuum.Et idem apudLucam:Facite uobis ſacculos qui non ueteraſcunt,theſaurum nõ deficientem in cęlis,quo fur non appropiat,neque tinea corrũpit. Vbi enim theſaurus ueſter eſt,ibi & cor ueſtrum erit. Secũda conſideratio, quæ nos retrahere debet à cupiditate bonorum temporalium,eſt ꝙ illa, quantũlibet copioſa hic habeant,nõ poſſunt hinc à nobſ aſportari,neq;
Timo.5. in alteram transferri uitam. Quod beatus Paulus ad Timotheum ita teſtatur:Nihil,inquit, intulim⁹ in hũc mundum, haud dubium quia nec auferre quid poſſumus. habentes autem alimẽta & quibus tegamur,his
Iob.1. contenti ſimus. Et Iob, Nudus egreſſus ſum de utero
Iob.27. matris meæ,& nudus reuertar illuc.Et idem:Diues cũ dormierit,nihil ſecum auferet;aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.Cui etiam conſonat Propheta,in Pſal-
Pſalm.48 mo dicẽs: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit,non ſumet omnia, neq; tranſibit cũ
Pſalm.75 illo gloria eius.Et in alio Pſalmo:Dormierũt ſomnũ ſuum,& nihil inuenerũt omnes uiri diuitiarum in manibus ſuis,Proinde beatus Gregorius in euangelij dominicæ in ſexageſima, homilia, nos ſalubriter admonet his uerbis : Si uere fratres diuites eſſe uultis, ueras diuitias amate. Veræ enim diuitiæ ſunt, quæ nos diuites uirtutibus faciunt. Hæc ibi, Illæ ſiquidem diuitiæ ſpũales, neq; in hac uita poſſunt nobis auferri à raptoribus,& poſt hanc uitam nos comitantur, & nobis aſſiſtunt,neque unquam ſuos deſerunt poſſeſſores. Tertia ratio ſiue conſideratio,quæ debet nos inducere ad reprimendam concupiſcentiam bonorum temporalium,eſt ꝙ illa quantumlibet copioſa non ſatiant appe

titum humanum, ſed potius excitant ad plus habendum. Vt enim recte dicit Iuuenalis:

Creſcit amor nummi, quãtum ipſa pecunia creſcit.

Cui accedit & Ouidius in Faſtis hoc carmine:

Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido.

Et cum poſſideant plurima, plura petunt.

Quod & Sapiens confirmat, dicens: Auarus non implebitur pecunia: & q amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Et plerunq; contingit q cum auide inhiat per cupiditatem nouis ſemper cõgerendis diuitijs, omnes quas iam habet partas, in uno momento ſimul perdat. Quod graphice inſinuat Aeſopus in fabula de cane habente fruſtum carnis in ore ſuo, & tranãte fluuium: cumq; in aqua natando uidiſſet imaginem illius fruſti carnis quod ore gerebat, apparentem in aqua in maiori quantitate quàm erat fruſtum quod habebat, putans in aqua eſſe ueram carnem, tractus eſt cupiditate habendi etiam illam carnem quæ apparebat in aqua: & aperuit os ſuum, ut rapet illud fruſtum q̃d apparebat ſub aqua. At cum primum aperuit os ſuũ, fruſtum carnis quod ore tenebat, cecidit in aquam illam profundam, & deſcendit uſq; ad fundum. Et imago carnis quam canis prius uiderat, protinus diſparuit. Et ita canis ille ſua cupiditate utrunq; fruſtum pdidit, & uerum quod habebat, & apparens quod affectabat. Sic certe contingit interdum ijs, qui nimia auiditate concupiſcunt bona huius mundi. Quarta conſideratio ad cohibendam cupiditatem irrefrenatam & effrenem bonorum alienorum, eſt q ipſa multorum eſt malorum origo & cauſa. Propter illam enim concupiſcentiam fiunt homicidia, ueneficia, proditiones, fraudes, piuria, & pmulta aliarum iniqtatum genera: quæ ex hac uirulenta radice tanquam noxij fruct' &

Eccl. 5.

Aeſopus.

ferales enaſcuntur. Quod & beatus Paulus luculenter oſtendit, in prima ad Timotheum epiſtola dicēs: Qui
1 Timo. 6. uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quā quidam appetentes, errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Hæc Paulus ibidem. Cui conſonàt Ec
Eccle. 10. cleſiaſticus: Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam uenalem habet. Et rurſum in eodem loco: Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quinta conſideratio & ratio, quæ unumquenq; debet dimouere à concupiſcentia rerum alienarum, eſt q̄ illa cum non refrenatur, detrudit hominem in acquiſitionem rei iniuſtæ, quæ acquiſitio ſæpe infert illi non ſolum interitum animæ, ſed & corporis: & ſolet damnoſa etiam uitæ corporali eſſe huiuſmodi concupiſcentia indomita. Cuius rei euidens exemplum habetur de Achan,
Ioſu. 7 uno ex filijs Iſrael de exercitu Ioſuę, qui in deſtructione urbis Iericho ſuſtulit furtim per prauam concupiſcentiam de ſpolijs urbis pallium coccineum, & ducētos ſiclos argenti, regulamq; auream quinquaginta ſiclorum, & abſcondit in terram contra prohibitionem Ioſuę, qui totam urbis prædam ſubiecerat anathemati, & conſecrauerat domino. Poſtea uero ſorte deprehenſus, confeſſus eſt pctm̄ ſuum: & in ualle Achor lapidatus eſt, & omnis ſubſtantia eius igne eſt conſum-
4. Reg. 5. pta. Similiter quarto Regum ſcribitur, q̄ Giezi uictus per malam concupiſcentiam, accepit à Naaman principe militiæ regis Syriæ curato à lepra, argētum & ueſtes, confingens ſe eſſe miſſum ab Eliſeo ad hæc nomine Eliſei petenda: qui tamen oblata à Naaman dona recuſauerat accipere, & in punitionem huius mali eſſe

ctus eſt leproſus. Inſuper Achab rex Iſrael concupiuit uineam Naboth uiri iuſti, & per mortem iniuſte illi il latam obtinuit eandem. Sed in illius ſceleris punitionem audiuit ab Elia propheta, domum ſuam totam eſſe ſubuertendam, & ſanguinem ipſius à canibus eſſe lambendum. Rurſum ſecundo Machab. ſcribitur, ꝙ aliqui de militibus Iudæ Machabæi occiſi ſunt in prælio, quia contra legis prohibitionem acceperāt de donarijs idolorum, praua illecti concupiſcentia. Denique Iudas proditor cum triginta argenteos accepiſſet in pꝛecium traditionis, & pecuniam illam perdidit, quia reddidit: & inſuper corpus & animam perdidit, quia ſeipſum ſuſpendit. Ne quis igitur in ea incidat incommoda, facere debet quod in principio propoſitum eſt: Nō concupiſces domum &c. 3. Reg. 21. 2. Mach. 12. Matth. 27. Actuū. 1.

¶Pro ſecunda ſermonis huius parte deducenda, q̄niam ex concupiſcentia inordinata rerum temporalium, ut peſtifera radice, naſcitur auaritia pctm̄ lœtiferum ut truncus uirulentus, quæ quidem auaritia per hoc decimum præceptum pariter & ſeptimum à deo prohibetur, quemadmodū luxuria pctm̄ etiam mortiferum, ex concupiſcentia carnis ſuboritur, atque p nonum & ſextum dei præceptum ſimiliter uetita eſſe dīgnoſcitur: idcirco non incongruum fuerit, hic paucis oſtendere, q̄ noxia ſit & humanæ ſaluti aduerſa, auarītia: & quàm multiplex in ea ſit offenſio, prolapſioque in æternum interitum. Primo ſiquidem per auaritiam quis peccat in deum, debitam illi honorificentiam denegando, & pecuniam quaſi pro deo ſuo colendo: q̄niam in eam auarus totum ſuum defigit affectum, fiduciamque ſuam totam & ſpem in ipſa reponit. Proinde beatus Paulus non ſemel eam nominat idolorum ſeruitutem, cum ſcribit ad Epheſios: Hoc enim ſcito- Epheſi. 5.

te intelligentes, quod omnis fornicator aut immun-dus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non ha-bet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Et ad Co-
Coloſ.3. loſſenſes idem ſcribens, ait: Mortificate ergo membra ueſtra quę ſunt ſuper terram: fornicationē, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiā, quæ eſt idolorum ſeruitus. Itaq; poſthabito deo, auarus idolum mammonæ erigit in corde ſuo, & illi ſuit. Idcirco non poteſt deo debitum pręſtare obſequium,
Matth.6. quoniam ſcriptum eſt: Non poteſtis deo ſeruire & mā monæ. Secūdo, per auaritiam peccat homo in ſeipſm. Nam auarus ob nimiam tenacitatem interdum ſibiipſi ſubtrahit neceſſaria corporis adminicula, uictum decentem, amictum ſufficientem, fomentum ignis ad fouendum calore congruo corpus, ne diminuat apud ſe repoſitam pecuniam. Et potius ſinit ſe fame contabeſcere, frigore confici ac contremiſcere, extremamq; ueſtium pati penuriā mauult, quàm imminuere aceruum pecuniæ apud ſe reconditum. Cum itaq; in ſeipſum uſq; adeo crudelis eſt & immitis, quomodo in alios beneficus erit & pia geſtans uiſcera, cum dicat Ec-
Eccle.14. cleſiaſticus: Qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? Eſt igitur auaritia immanis belua, per quam homo in ſeipſum atrociter deſæuit. Tertio per auaritiam peccat homo in proximum ſuum: nam illi neceſſitatem in uictu, amictu ac alijs corporis ſubſidijs patienti non cōpatitur, nec miſericordia mouetur in pauperes rerum omnium indigos, ſed potius fame, inedia, frigore eos interire ſinit & deficere, quàm manum auxiliatricem illis porrigat. Et ergo locum in eo habebit illud uer-
Iacob.2. bum beati Iacobi: Iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam. Eodem etiam argumento prodit auarus ſe nullatenus dei amorē in ſe habere, q

niam beatus Iohannes apoſtolus in prima ſua epiſto-
la canonica dicit: Qui habuerit ſubſtantiam huius mũ- 1. Iohã. 3
di, et uiderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit
uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo?
Quarto, per auaritiam peccat homo in totum naturæ
ordinem, à deo pulcherrime conſtitutum. Nam deus
ipſe aurum, argentum & cætera metallorum genera,
quæ terræ uiſceribus effodiuntur, ordinauit ad uſum
humanum, pro comparandis rebus quæ ad tranſigen
dam hanc mortalem uitam ſunt neceſſariæ & accom
modæ. Et humano etiam inſtituto ad utilitatem rei-
publicæ excuditur pecunia, ut ſit inſtrumentum con-
ueniens ad mutuum hominum inter ſe conuictum.
Hũc autem rectum ordinem peruertit auarus, inge-
tem pecuniæ apud ſe recondens theſaurum, & opes cõ
pioſas domi in arca detinẽs occluſas, quę nec ſibi, nec
alijs ulli ſunt uſui. Hinc totius naturæ & reipublicæ ꝓ
be inſtitutæ inimicũ ſe prodit auarus. Quinto, per aua
ritiam peccat etiam homo in animã ſuam, ꝙ eam re-
gno cælorꝫ perpetuo excludat & reddat extorrẽ. Scri-
bit enĩ Apoſtolus in prima ad Corinthios epiſtola, ꝙ 1. Cor. 6
auari regnum dei non poſſidebunt. Et hoc idem teſta
tur in ea, quam ad Epheſios conſcribit, prius adducta Epheſ. 5
ſententia. Cur ergo in mentẽ non uenit auaris id ſum-
mæ ueritatis uerbum? Quid ꝓdeſt homini, ſi uniuer- Matth. 16
ſum mundum lucretur, animæ uero ſuæ detrimentũ
patiatur? aut quam dabit homo commutationem ꝓ
anima ſua? Studeamus igĩ obnixe hanc feram peſſi-
mam (auaritiam dico) & eius uenenoſam radicem, cõ
cupiſcentiam effrenem rerum temporaliũ, ita à nobis
abdicare, ex qua tot & tanta ꝓdeunt noſtræ ſalutis in-
cõmoda: ut tandem theſaurũ in cælo immarceſcibilẽ
ac indeficientem conſequi poſſimus, Amen.

Te

EIVSDEM IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENſis, doctoris theologi & canonici Carnotenſis, de ſeptem ſacramentis eccleſiæ, ſermones.

SAPIENTIA AEDIFIcauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Prouerbiorum nono cap. In quibus uerbis per ſapientiã intelligitur Chriſtus dei filius, qui patris eſt ſapientia, & ita in ſcriptura ſacra appellatur, ut in eo loco Pſal-
Pſal.103. mi: Omnia in ſapientia feciſti, quoniã per filium ſuũ pater omnia condidit. Et apud Paulum in prima epi-
1.Cor.1. ſtola ad Corinthios: Nos autem prædicamus Chriſtũ dei uirtutem & dei ſapientiam. Per domum uero quã ædificauit ipſa æterna dei ſapientia, in uerbis propoſitis accipitur ipſa ſancta Chriſti eccleſia, quam (poſtq̃ in carne apparuit per humanæ naturæ ſuſceptionem) ipſe fundauit ſua prædicatione, miraculorum operatione, & nouæ legis per ſe & ſuos apoſtolos promulgatione. Vnde & recte eam ædificaſſe hic dicitur, quoniam ſolida ipſius in primis iecit fundamenta ſupra ſeipſum firmã petram: quemadmodũ beato Petro poſt ſynceram ſuæ diuinitatis confeſſionẽ conteſtatus eſt,
Matth.16 dicens: Et ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meam. Deinde ſuperinſtruxit ſpirituales illi parietes, ꝑ rectã fidei & moꝝ doctrinã, in euangeliis & epiſtolis apo-

ſtolicis aliiſq; nouæ paginæ ſacris libris contentā. Et demū huic fabricæ ſuperimpoſuit ſpūale tectum in cōſummationem totius operis,ex decretis ſacroſanctorū conciliorum & eccleſiaſticis conſtitutionibus coalitū, quibus perficitur ipſa eccleſiæ ſtructura,& ad complementum perducitur. Deniq; in uerbis propoſitis,p ſeptem colūnas quas excidiſſe in ſua domo dei ſapientia dicitur,intelligenda ſunt ſeptem eccleſiæ ſacramēta,quæ in fulcimentū ſuæ domus ipſe Chriſtus ſtabiliuit & inſtituit. Quæ & recte dicuntur hic colūnæ,quoniā ſicut colūnis fulcitur domus & ſuſtentatur, ita ſeptē ſacramentis eccleſiæ fabrica eius ſpiritualis ſolidatur & confirmatur. Et fideles ipſi qui ſunt membra eccleſiæ,per horum ſacramentorum ſuſceptionē quaſi quibuſdā columnis corroborantur, ne ex infirmitate aut uiolento malignorum impulſu corruant. Aue Maria.

¶In prima ſermonis huius parte, de domo æternæ ſapiētiæ,ſcilicet eccleſia,fiet mētio,iuxta primā aſſumpti thematis partē. In ſecunda uero, de ſeptē ſacramētis eccleſiæ, quæ ſunt ſeptē columnæ exciſæ in domo dei,agetur ſermo,iuxta ſecundam propoſiti thematis particulam. Quantum ad priorem huius partitiōis articulum,ipſa ſancta dei eccleſia in ſacris literis,diuerſis nominatur modis, eius dignitatē & excellentiā clare deſignantibus. Primo ſiquidē denominat̄ domus dei, q̃ eam ſpecialiter inhabitare dignatur deus,& ſua ꝓtectione munire,tanquā peculiariter ſuo obſequio dedicatam. Vnde dicit Paulus ad Timotheū: Vt ſcias cō uerſari in domo dei,quæ eſt eccleſia, colūna & firmamentū ueritatis. (1 Timo.3) Domus etiā dei aut eccleſia, quandoq; appellatur locus ſeu tēplum materiale orationi deſtinatū. Vnde per Iſaiam dicitur à deo: Domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus. (Iſaie.56) Idcirco re-

uerenter & deuote ſe debent omes in eccleſia exhibere atq̧ cõſiſtere, tanquã in ipſius dei præſentia, ſine deambulatione uaga ultro citroq̧ facta, ſine confabulatione, cachinnis, riſu, contrectatione negociorum ſecularium, & aliis dedecẽtib⁹ ſacrã dei domũ: ne iure domin⁹
Ierem. 11. de nobis conqueratur & dicat id, quod per Ieremiam locutus eſt: Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa? Quãto eñ ſacratior eſt locus, tanto grauiora ſunt mala quæ ibi cõmittuntur. Vnde timere merito debẽt q irreuerentes ſunt in domo dei, ne tãdem flagello diſtricti iudicij & dãnationis æternæ eijciantur de tẽplo cæleſtis Ieruſalem, quemadmodũ dominus noſter facto de funiculis flagello (ut apud Io-
Iohan. 2. hannem legitur) eiecit ementes & uendentes de templo materiali urbis Ieruſalem, dicens eis: Nolite facere domũ patris mei, domũ negociationis. Sic neq̧ nos eam facere debemus, domũ deambulationis neq̧ confabulationis, cũ à deo uocata ſit & dicta domus orationis. Secundo eccleſia dicitur in ſacra ſcriptura, Chriſti ſponſa. Nam ipſe ut ſponſus eam ſibi deſpõſauit in fide & charitate, quando in ſacratiſſimo intemeratæ uirginis utero naturã aſſumpſit humanã, ut demũ in cruce ſuo precioſo ſanguine eã ablueret ab omi labe & inquinamento pcti, ut teſtatur Apoſtolus ad Ephe
Ephes. 5. ſios. Vnde in Canticis Canticorum ſæpe eã uocat Chri-
Canti. 4. ſtus ſuã ſpõſam. Et de Chriſto dicit Dauid in Pſalmo:
Pſalm 18. Et ipſe tanquã ſponſus procedens de thalamo ſuo. Et beatus Iohannes Baptiſta de eodem: Qui habet ſpon
Iohan. 3. ſam, ſponſus eſt. Et de ſeipſo dicit Chriſtus apud Mat
Matth. 9. thæũ: Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cũ illis eſt ſponſus? Venient autẽ dies cũ auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Quocirca debent fideles omes ipſam eccleſiã habere in maxima reuerentia &

ueneratione,necꝙ contẽnere illã & paruifacere, neque eius conſtitutiones & mandata præuaricari, Siquidẽ crimen læſæ maieſtatis incurrit, & graui mulctandus eſt ſupplicio, qui regis mortalis & terreni ſpõſam, reginamꝙ inhonorat aut ſpernit. Quãto grauiori pœna dignus eſt, qui regis æterni & cæleſtis ſpõſam prædilectã, pro qua ſaluãda mori dignat⁹ eſt, aſpernatur, nihilifacit & cõculcat? Nam huiuſmodi cõtemptus & inhonoratio in deũ retorquetur & redũdat. Cũ eñ de prælatis eccleſiæ dixerit Chriſtus, Qui uos ſpernit, me ſpernit: lõge potiore ratiõe, qui eccleſiã Chriſti ſponſam ſpernit, & ipſum Chriſtũ ſpernere cõuincitur. Tertio eccleſia denominatur in diuina pagina ciuitas dei, ut in Pſalmo: Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei. & , Magnus dñs & laudabilis nimis in ciuitate dei noſtri. Et rurſum, Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Et recte quidem hoc nomine inſignitur. Nam ſicut ciuitas terreſtris ambitu muroꝝ circuncingitur, & turribus altis munitur contra hoſtiles impetus & inſidias inimicoꝝ: ita eccleſia ſancta aſſidua dei protectiõe circũuallatur tanquã muro quodã inexpugnabili, ne irrepant in eam doli & fraudes ſerpentis antiq, malignorumꝙ peruerſitas illam peſſundet. Et portæ inferi (ut promiſit Chriſtus) non præualebũt aduerſus eã. Portæ autem inferi dicuntur pctã, hęreſes, infidelitas & alia huiuſmodi, qa his intratur infernus. Sicut etiã in ciuitate terrena, ciues omnes ſub uno principe concorditer uiuunt ſecundum certa legum pręſcripta, ita in eccleſia ſancta fideles omnes ſub Chriſto capite eccleſię unanimiter uiuere debent, ſecundum regulas fidei & morum ab ipſo ordinatas: ut de illis merito dici poſſit illud pſalmi uerbũ. Ecce quàm bonũ & quàm iucũdum habitare fratres in unum. Quapropter ſum-

Luce.10 · Pſalm.45 · Pſalm.47 · Pſalm.86 · Matth.16 · Pſalm.132

mopere ſibi debent omẽs cauere, ne ab unitate iſtius ſanctæ ciuitatis diſcedant per errores, hęreſes & praua dogmata ſyncerę fidei aut bonis moribus contraria. ſic em̃ extra gremiũ eccleſię deciderẽt, & ab ea fierent alieni. Neq; minus cauendum, ne quis per cenſurã anathematis & excommunicationem ob inobedientiam in eccleſiam, extraneus reddatur & ſequeſtratus à fidelium conſortio: quoniam tunc eiectus de ciuitate dei, tranſit in ciuitatem ſathanæ, & traditur in manus eius. Ipſa aũt dei ciuitas, ea eſt, de qua in principio dictũ eſt: Sapiẽtia ędificauit ſibi domũ, excidit colũnas ſeptẽ &c.

¶Pro ſcda uero nr̃i ſmonis parte, paucis nũc ſupeſt oñdere, qd ẽ ſacramẽtũ, & q̃t ſunt ſacramẽta, & quę eorũ eſt efficacia. Diffinitur quidem ſacramentum nouę legis à ſacris autoribus, ꝙ eſt inuiſibilis gratiæ uiſibile ſignum, à Chriſto in noua lege inſtitutum. Siquidem in om̃i ſacramento eccleſiaſtico duo præſertim inueniuntur & ſunt attendenda, ſcilicet ſenſibile ſignum exterius, repręſentans nobis aliquam operationem ſpiritualem, quæ fit in anima: & gratia dei interior, quæ per ſuſceptionem ſacramenti confertur animæ. quemadmodum in baptiſmo eſt aqua exterior & ablutio corporis tanquam ſenſibile ſignum, & gratia ſpũſſancti interius emundãs animam à pctĩs, & hæc eſt inuiſibilis illa gratia mentem purificans, deſignata per aquã materialem & exteriorem ablutionem corporis. Similiter in ſacramento confirmationis eſt ſenſibile ſignũ ſ. ſacrum chriſma, & inunctio quæ ab epiſcopo fit in fronte confirmati exterius: & eſt inuiſibilis gratia, ſ. ſeptiforme donũ ſpũſſancti, quæ ſimul infundit animæ illius qui recipit illud ſacramentum. Et ita de cæteris om̃ibus ſacramentis dicendum, ꝙ in eis hæc duo inueniuntur. Sunt autem ſacramenta omnia nouæ legis à

Chriſto,hic in terris cum ſubſiſteret,inſtituta,ſecundũ ſanctorum patrum ſententiam & determinationem, quamuis euangelium non faciat de omnium ab ipſo particulari inſtitutione mentionem: quoniam multa fecit Ieſus in medio diſcipulorũ ſuorum,quæ non ſunt ſcripta in euangelio,ut eſt apud Iohannem. Sacramentum autem matrimonij,licet ab initio mundi fuerit à deo etiam in ſtatu innocentiæ ordinatum,& per totius ueteris teſtamenti decurſum ab ipſo approbatũ, tñ ut ſacramẽtum nouæ legis ab ipſo etiam in euangelio eſt ſancitum, cum adductis uerbis ſacræ ſcripturæ,in prima matrimonij inſtitutione ab Adam inſpirante deo prolatis,ſubiũgit: Quod deus coniũxit,homo nõ ſeparet. Magna igitur debetur ſacramentis eccleſię reuerentia & ueneratio, propter autoritatem ipſius inſtituentis,ſ. Chriſti,qui cõtemptis ſacramẽtis etiam cõtemnitur. Quantum uero ad numerum ſacramentorum,aſſignantur ſeptem ſacramenta nouæ legis,ſ. baptiſmus, confirmatio,euchariſtia, pœnitentia, extrema unctio,ordo,matrimonium, quæ continentur in hoc uerſu: Iohan.21. Gene.2. Matth.19.

Abluo,firmo,cibo,piget,ungit,& ordinat,uxor.

Et cõuenienter in eo conſtituuntur numero,ſecundũ ſeptem uirtutes,tres ſ. theologicas,& quatuor cardinales,quibus apterñdent. Eſt enim baptiſmus ſacramentum fidei,quia in eo inchoatur ipſa fides. Extrema unctio,ſacramentum ſpei:quoniam qui inungitur,ꝓpinquus morti,ſperat præſertim de meritis eccleſiæ & de miſericordia dei. Euchariſtia ſacramentum eſt charitatis, quoniam in eo manifeſtauit Chriſtus apertiſſime ſuam in nos charitatem. Confirmatio ſacramentum eſt fortitudinis,quæ neceſſaria eſt ad pugnã ſpũalem,ad quam quis confirmatur. Pœnitentia ſacramẽ-

tum eſt iuſtitiæ propter ſatisfactionem,in qua redditur cuiq; quod ſuum eſt.Ordo ſacramentum eſt prudẽtiæ propter clauem ſciẽtiæ,quæ cõfertur ordinato. Matrimonium eſt ſacramẽtum temperantiæ,eo ꝙ libido in illo ſacramẽto mitigat & excipitur honeſtate nuptiarum. Aſſignantur itidẽ in numero ſeptenario ſacramenta eccleſię,propter cõtrarietatem quam habẽt ad ſeptem pctã mortalia, ut pclare deducit Iohannes Gerſon in ſuo compendio theologiæ,titulo de ſacramẽtis,in ſecunda parte ſuorum operum. Dicit enim ꝙ numerus ſacramentorum poteſt accipi ſecundum cõtrarietatem quam habent ad uitia capitalia, ut uidelicet baptiſmus ſit cõtra ſuperbiam. Sicut eñ baptiſma eſt ianua ſacramẽtorum,& ſecundum Salomonem initium oĩs pcti ſuperbia:ita humilitas eſt ianua,initium & fundamentum oĩum uirtutum. Nam in hoc ſacramento ad nuditatem uſq; humiliatur unuſquiſq; ut cõtundat oĩem ſpũs ſuperbiam,& ſubijcit ſe aquę. Euchariſtia eſt cõtra inuidiã,quę cõtrariatur charitati, & ita cõſequenter inuidia cõtrariatur euchariſtiæ,quę eſt ſacramẽtum amoris. Extrema unctio cõtra iram. Ira eñ reddit hominem aſperum,durum ac rudem ſpiritu,ore & facto:unctio uero delinit & dulcorat. Ordo cõtra auaritiam,qa ordinati,deum eſſe ſuam portionem & hæreditatem confitentur in illo, Dominus pars hæreditatis meæ. & clericus dicitur,quia de ſorte domini ẽ,id eſt,dominus eſt pars,poſſeſſio & hæreditas eius. Cõfirmatio eſt contra acediam,eo ꝙ homo cõfirmatur,ut fortis efficiatur in ſpũalibus, in quibus communiter eſt acedioſus. Pœnitentia contra gulam, quia inducit abſtinentiam & carnis macerationem in ſatisfactionem & punitionem pctõrum. Matrimoniũ cõtra luxuriam,ubi turpis uoluptas honeſtate nuptia

Eccle. 10.

Psalm. 15.

rum excipitur. Ex quo patet deſignatio numeri ſacra mentorũ ſecundum dominum de Gerſonno. Poſtremum quãtum ad ipſorum ſacramentorũ uirtutem & efficaciam, ipſa in primis ſunt ornamenta quædã & decoramẽta eccleſiæ, quæ illi tribuit deus ad decorẽ. Vt enĩ rex terrenus ſuam ſpõſam gemmis precioſis & monilibus exornat, quæ illi circumponit, ita & Chriſtus eccleſiam ſponſam ſuam ſacramentorum diuerſitate decorauit. De qua dicit Dauid in Pſalmo: Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate, ſ. ſacramentorum. Sunt præterea ipſa ſacramenta, quædam medicamenta ſpũalia animæ: quibus ipſa ægrota per pctm̃ curetur à ſuis morbis eam infeſtantibus. Quod ſignificatum eſt in parabola de Samaritano, qui miſericordiã exhibuit ei qui inciderat in latrones, & appropiãs alligauit uulnera eius, infundens uinum & oleum. Nempe per hominem illũ uulneratũ à latronibus, intelligitur genus humanũ myſtice, ſauciatum à diabolo in primis parentibus, & ſpoliatũ gratia dei. Per Samaritanũ uero Chriſtus intelligitur, pro nobis incarnatus. qui miſericordia motus, alligauit uulnera nr̃a per ſuę mortꝭ uirtutẽ, & infudit illis uinum & oleũ, id eſt, efficaciam & dulcorem ſanctorũ ſacramentorum: quæ præbeant medelam noſtris plagis, emolliendo quæ dura ſunt, quæ confracta ſolidando, & q̃ ſaucia fuerint integrãdo. Hanc autem uim medicatricẽ habẽt ſacramenta nouæ legis, quoniã om̃ia conferunt gratiam gratũ facientẽ ijs, qui rite & debite ſuſcipiũt ipſa ſacramenta. Et id quidem ex opere operato, id eſt, ex uirtute & efficacia ipſorũ ſacramentorũ, quam Chriſtus eis contulit in ſua inſtitutione, eo quidẽ pacto, ut quicunq; non poſuerint obicẽ in illorũ ſuſceptione, ſed digne ſe p̃parauerint ad ipſa recipiẽda, nouam

Pſal. 44

Luc. 10.

etiā ſimul grām recipiant in anima, ex huiuſmodi ſuſceptione. Vnde cognoſcit magna excellentia ſacramētorum nouæ legis, ſupra ſacramēta ueteris legis, etiam à deo ordinata. Quoniam ueteris legis atq; Moſaicæ ſacramenta, gratiam quidem ſignificabāt & ꝓmittebāt, in noua lege cōferendam, ſed illam non conferebant ſua uirtute. Legis autem nouæ atq; euangelicæ ſacramenta, pſignificatam illam gratiam atq; promiſſam, ſua uirtute exhibent & conferunt. Studeant itaque oēs hic ſancta ſacramenta eccleſiæ ſic honorare & digne ſuſcipere, ut eorum adminiculo ualeant ad domum dei æternam in cælis peruenire. Quod nobis concedat ſua pietate deus omnipotens & benedictus inſecula. Amen.

DE SACRAMENTO BAPTIſmi, ſermo.

QVi crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, Marci 16. Verba ſunt dñi noſtri in cęlos aſceſuri ad ſuos diſcipulos, q̄ neceſſariū & utile ſit ſacramentū baptiſmi, plane declarātia. Solet quidē à ſacris doctoribus aſſignari triplex baptiſmus, ſcilicet fluminis, flaminis & ſanguinis. Baptiſmus fluminis eſt, q fit in aqua per debitā uerborum formā, & ſecundum modum eccleſię conſuetum. Et hic proprie eſt ſacramentum, imo ianua & introitus omnium ſacramentorum: qa ſine ipo non habet ſalus, quemad-
Ioan. 3. modum teſtat Chrs ad Nicodemum: Niſi qs renatus fuerit ex aq̄ & ſpūſancto, non poteſt introire in regnū dei. Et ergo dr̄ communiter ſacramentū neceſſitatis. Etiā ſine ipo alia eccleſię ſacramenta non poſſunt re

ſte ſuſcipi, quia prçſupponunt oĩa baptiſmum, tanquã baſim & prçcipuum ſuũ fundamẽtum. Baptiſm⁹ aũt flaminis, id eſt, ſpiritusſancti ẽ, cum quis habens fidem rectam & uolens baptizari, caret baptiſmo aquę, & ſine eo moritur, non quidem per negligentiã uel contemptum: ſed propter impotentiam, quia ſ. illum habere non poteſt: & ibi defectũ illius ſupplet gratia ſpũſſancti, purgans animã illius à pctõ. Baptiſmus uero ſanguinis eſt, cum quis nõ potens habere baptiſmũ aquæ, ꝓprium ſanguinem fundit pro Chriſti fide per martyriũ, & in ſuo ſanguine baptizatur, quemadmodũ de multis ſanctis martyribus factum fuiſſe legit. Et inter hæc baptiſmata duo, ſcilicet fluminis & ſanguinis, delent oẽm culpam & pœnã pctĩs debitã in ijs qui illa ſumunt. Baptiſmus uero flaminis per contritionẽ delet oẽm culpã, ſed nõ habet de ſe illam efficaciam ut deleat oẽm pœnam. Hæc aũt eſt differentia inter dictos baptiſmos, ꝙ iſti duo baptiſmi, flaminis ſcilicet & ſanguinis, nõ imprimũt characterẽ in anima, ad eius ornatũ & decorẽ. Baptiſmus autem fluminis illum imprimit animæ ſuſcipientis, tãquam ſignaculum quoddã quo diſcernũtur fideles ab infidelibus, & cognoſcuntur ij qui ad gregẽ & ouile dei pertinent. Et ergo nunquam debet baptiſmus aquæ iterari circa unum & eundem hominem: & qui attentaret iteratiõem eius, grauiſſime peccaret, & iniuriam deo ac eccleſiæ faceret: eo facto ſignificans Chriſtum pluries eſſe mortuum pro nobis, quoniam ex eius morte ſumitur baptiſmi efficacia. Ideo ſcribit beat⁹ Paulus ad Epheſios: Vnus dominus, una fides, unum baptiſma. Et in ſymbolo miſſæ canit eccleſia: Confiteor unũ baptiſma in remiſſionem pctõrum. Aue Maria. Epheſ.

¶Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ex

loco prædicto. In prima parte de iјs quæ ad ſacramen tū baptiſmi neceſſario attinent, diſſeretur. In ſecunda, qui ſunt effectus baptiſmi, & bona ex eo prouenientia, declarabitur. Quantū ad priorē partē, præſupponendū illud eſt ex euāgelio, ꝙ baptiſmus aquæ (nā de eo ſolo hic ſemper habebitur ſermo) inſtitutus fuit à Chriſto tempore ſuæ prædicationis in Iudæa ante ſuā paſſionē. Nā Iohannis quarto cap. leguntur diſcipuli Chriſti baptizaſſe, & id quidē ex ipſa Chriſti ordinatione & præcepto: quod publice nō feciſſent, niſi tūc fuiſſet ſacramentū baptiſmi à Chriſto inſtitutū. Aſcenſurus uero in cælum, iuſſit ipm baptiſmum non tantū in Iudæa ut prius, ſed per totum mundū conferri, his uerbis ad diſcipulos ſuos dictis: Euntes docete omēs
[Ma]tth. 28 gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & ſpūſ ſancti, ut ſcriptū eſt. Ex quibus uerbis ſumpta eſt forma certa & determinata uerboꝝ, à cōferēte baptiſmū proferēda ſuper eū qui baptizatur, hæc uidelicet: Ego baptizo te in nomine patrꝭ & filij & ſpūſſancti, Amē. Quæ nullo modo uarianda eſt aut mutāda, qm̄ à Chriſto eſt toti eccleſiæ præſcripta & conſtituta. Materia uero baptiſmi eſt aqua ſola, & nō alius quiuis liquor. Nā illā materiā determinauit & approprjauit Chriſt⁹ baptiſmo, quādo in Iordane baptizari dignatus eſt à
[Ma]tth. 3. ſancto Iohanne Baptiſta, ut ſuo ipſius exemplo baptiſmum conſecraret, & contactu ſui mundiſſimi corporis aquas ſanctificaret, ut propriā materiā in uſum baptiſmi. Inſuper aqua eſt cōmune elementū, quod ubiꝗ terraꝝ inuenitur, & facile à quouis habetur: non ita uinum & oleū. Sacramentū aūt baptiſmi eſt ſacramētū neceſſitatis, ut ante eſt dictū, & ad quod ſumēdum omēs ſine diſcrimine obligantur. Et ergo congruū eſt ac expediens, ipm in aqua miniſtrari, quæ omibus eſt

ad manū. Deniq; aqua uim habet abluendi ſordes cor poris, & refrigerādi ea quæ nimis exæſtuāt. Sic gratia baptiſmalis animā purgat ab om̄i labe pctōꝝ & miti gat incendiū fomitis & cōcupiſcentiæ ex pctō origina li relictæ. Ad deſignandā itaq; hanc duplicē baptiſmi uirtutē, emundādi ſcilicet animam à ſordibus uitioꝝ, & mitigādi æſtū cōcupiſcentiæ, recte baptiſmus in aq̄ ſola cōfertur. Porro miniſter baptiſmi à Chriſto & ec cleſia cōſtitutus, eſt ſacerdos, cū ſolis apoſtolis & eorū in eccleſiæ adminiſtratiōe ſucceſſorib⁹ dictū ſit à Chri ſto: Baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpūſſan cti. In quo ſimul requiritur intentio animi, & propoſi tū id faciēdi, quod eccleſia in collatiōe baptiſmi intēdit facere. Nā ſi in hoc ſacramēto aut quouis alio, deeſt il la intentio in cōferente, nō cōfertur ſacramentū ſecū dū ueritatē. Attamen in caſu neceſſitatis, & ubi time tur probabiliter de morte baptizādi, niſi acceleret ba ptiſmus, quilibet laicus poteſt conferre baptiſmū ſine diſcrimine ſexus, dūmodo debitā ſeruet materiā & for mā & intentionē antè dictā. Demū quantū ad ſuſcipi entē hoc ſacramentū, id unū eſt tenendū, φ om̄es obli gātur ad ipſius ſuſceptionē ex diuino præcepto, ſiue adulti ſunt & ad prouectam uenerunt ætatem, ſiue in fantes, ſiue maſculi, ſiue fœminæ: quoniam iſtud inter om̄ia ſacramenta cōmuniſſimum eſt, & à quo ſuſcipiē do nullus excluditur aut excuſatur. Attamē ante ipm̄ baptiſmū, duo ſunt in om̄ibus ſuſcepturis præmitten da, ſcilicet catechiſmus, id eſt, inſtructio articulorū fi dei & præceptoꝝ decalogi, ad quæ credēda & ſeruan da obligātur: & exorciſmus, id eſt, adiuratio ſathanæ, quæ fit per inſufflationē in baptizandū & oratiōes ad id ordinatas: ut qui prius occupauit animā baptizan di, qui erat filius iræ, det locū ſpūiſancto, ut faciat eum

Matth.

filium adoptiõis & gratiæ. Debent autẽ omes qui baptiſmũ ſuſceperunt, cũ ad legitimã uenerint ætatẽ, ubi plenus eſt uſus rõnis, & per totã uitã ſuã ſemper eſſe memores ſuæ promiſſionis, factæ ipſi deo & eccleſiæ, in ſuſceptiõe baptiſmi, ſcilicet ꝙ abrenunciauerunt ſathanæ & operibus eius, & ꝙ fidem Chriſti tenerent & mãdata obſeruarẽt, à quo ſuſcipiunt nomen in baptiſmo nouũ, & denominãt Chriſtiani. Solicíteq; & aſſidue, quãdiu uiuunt, debent anniti, ut illã promiſſionẽ ſuã pro uiribus cõpleant, & ſecundũ ſuũ nomẽ uiuãt, ad imitationẽ ſcilicet Chriſti, à quo dicuntur Chriſtiani. Alioquin in die iudicij particularis & exitu uitæ eorũ proferet ſathanas ſcriptũ illius promiſſionis; & accuſabit eos corã ſupremo iudice, ꝙ illã ſuam pollicitationem uiolarunt, & ꝙ per opera ſua adhæſerunt non Chriſto, ſed diabolo: ꝙq; ſolo nomine & non re ipa fuerunt Chriſtiani, & tũc durum iudicium in eos fiet, q fidem in baptiſmo datam non ſeruarunt illabefactã. Ergo nunc dũ tẽpus habemus, euitemus hoc periculũ, ut ſimus de numero eoꝝ, de quibus dictum eſt in the-
Marc. 16. mate: Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c.

¶ In ſecunda parte oſtendendi ſunt diuerſi effectus baptiſmi, & ſpũalia munera, quæ conſequuntur ij qui debite baptiſmũ recipiunt. Quoꝝ primus eſt, ꝙ in baptiſmo cælum aperitur ijs qui baptizantur, ita ꝙ ſi ſtatim poſt baptiſmum moriuntur, protinus euolant ad cælũ, liberi ab omi culpa & pœna. Et in illo cognoſcit excellentia ipſius baptiſmi ſuper ſacramentũ circunciſionis in antiqua lege, cui ſucceſſit baptiſmus. Nam licet circunciſio deleret culpam originalẽ & conferret gratiam, non tamen aperuit ianuam paradiſi: qm̃ accepta circunciſione morientes, quantumcunq; eſſent iuſti, deſcenderunt in limbum ſanctorum patrum,

donec per paſſionem Chriſti aperiretur ianua paradiſi. Et iſte effectus nobis eſt repræſentatus per hoc, ꝙ ſuper Chr̄m baptizatum à Iohanne in Iordane, cęli ap̄ti ſunt, ut ſcribunt euangeliſtæ. Secundus baptiſmi effectus eſt, quod per natiuitatem ſpūalem quæ fit in baptiſmo, efficimur filij dei per adoptionem. Nam p̄ natiuitatem priorem ſecundum carnem, eramus filij ſathanæ & gehennæ, propter peccatum originale quod in nobis adhuc erat, & obligabat nos ad æternam damnationem. Sed per baptiſmalis lauacri ſuſceptionē renaſcimur ſecundum ſpm̄ ex aqua & ſpū ſancto, & efficimur filij regni & filij dei adoptiui. Et idcirco baptiſmus uocatur à ſanctis patribus ſacramentū regenerationis. Iſte autem effectus nobis eſt ſignificatus per hoc, quod ſuper Chriſtum cum baptizaretur à ſancto Iohāne in flumine Iordanis, uox dei patris audita eſt atq; intonuit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Erat q̄dem & eſt Chriſtus ſecūdum diuinitatem filius dei patris, natura & origine ab ęterno. Nos autem per eum efficimur filij dei, adoptiōe & gr̄a in tēpore. Tertio, per baptiſmum datur nobis gr̄a ſpūſſancti, emūdans animā ab om̄i pc̄tō, & illuſtrās eā uirtutibus & donis ſuis, ſ. fide, ſpe, charitate & cęteris uirtutibus infuſis, q̄bus adornatur anima ſuſcipientis baptiſmum. Et hoc nobis ſignificatum eſt eo ip̄o indicio, ꝙ ſuper Chr̄m baptizatum à ſancto Iohāne in Iordane deſcēdit ſpūſſanctus uiſibiliter in ſpecie columbę, & māſit ſuper eum, ut ſcribit Lucas. Deſignauit em̄ hoc ſignum, quod ſuper unumquenq; baptizatum deſcēdit ſpūſſanct⁹ inuiſibiliter, purificās animam eius. Idem etiam indicat inunctio illa quę fit chriſmate in uertice baptizati, & in pectore & ſpatulis baptizandi oleo ſancto. Nam per h̄mōi inunctiones ſignatur gr̄a

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Iohan. 1.

Matth. 3.

Luc. 3.

ſpũſſancti, per oleum in ſcripturę frequenter expreſſa. Quarto, per baptiſmum ſaluantur homines à morte ęterna, & a diluuio perpetuę damnationis. Quod ma nifeſte oſtẽdunt uerba Chriſti in themate adducta, ſci
Marc. 16. licet: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Et idem nobis figuratum eſt per diluuium Noę, quod lõ go ante tempore præceſſit in expiationem pctõꝝ humani generis. In quo ſoli illi qui arca continebantur, euaſerunt ſalui, ſcilicet Noe cũ ſua familia, cęteris omi
Gene. 7. bus extra arcam ſubmerſis, ut ſcriptum eſt in Geneſſ. Vbi per arcam ſancta deſignata ẽ eccleſia, & p aquaſ diluuij ſuper quas ferebatur arca, figuratum eſt ſacramentum baptiſmi. Et per huiuſmodi myſticam figuram nobis ẽ deſignatum, ꝙ q in ſancta eccleſia bapti ſmum ſuſcipiunt, ſaluantur incolumes ab interitu mor tis æternæ. Quod & beat⁹ Petrus clare expreſſit in ſua
1. Petri. 3. prima epiſtola canonica, cum ait: Quãdo expectabãt dei patientiam in diebus Noę, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod & uos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in deum. Hæc ibi. Quinto, per baptiſmum liberantur homines à poteſtate & ſuitute diaboli, cui erant ante ſubiecti per pctũm originale & alia pctã in adultis ſuperaddita, & aſſcribũtur in liber
Exodi. 14 tatem filioꝝ dei p grãm ſuperadditam. Quod nobis ſignificatum eſt per populum Iſraeliticum, tranſitu ma ris rubri liberatũ à fornace ferrea Aegypti, & dura ſer uiture Pharaonis. Qui cum omi ſuo exercitu demer ſus eſt in mari rubro, & populus domini tranſiuit per ſiccũ in medio eius, illæſus & incolumis, & ductu Moy
Exodi 20. ſi in deſerto legem domini accepit. Siquidem mare ru brum figura fuit baptiſmi, & Pharao cum ſuo egtatũ

ſathanam & totam uitioꝝ cohortem deſignabat: populus autem Iſrael. tranſiens p mare rubrum, populū pfigurabat Chriſtianum, ex inſtituto Chriſti p Moyſen ſignati, ſuſcipientem baptiſmum. In quo diabolus cum tota pctōꝝ colluuie demergitur, & populus dei liber euadit eius tyrannidem & iugum. Sexto p baptiſmum recuperant homines puritatem innocentiæ p expurgationem ab omibus pctis. Nam paruuli cū baptizantur, à pctō originali (quia ſolum illud contraxerunt) purgantur, quātum ad culpam & pœnā. Adulti uero, cum baptiſmum rite ſuſcipiunt, & à pctō originali, & ab omibus pctis actualibus, tam uenialibus q̄ mortalibus ante commiſſis omino mundantur, etiam quantum ad culpam & pœnam, atq; omimode reſtituuntur innocentiæ. Quod figuratum eſt in ueteri legi p Naaman Syrum, uiꝝ potentem, ſed leproſum: q ſecundum uerbum Eliſei prophetæ poſtquam lauerat ſe in Iordane flumine ſepties, omino mundatus eſt à lepra, & reſtituta eſt caro eius tanquam caro pueri, ut in quarto libro Regum ſcribitur. Per Iordanē em̄ intelligit ſacramentum baptiſmi, & p Naaman leproſum homo infectus pctō, quod ē lepra ſpūalis animę: q p lauacri baptiſmalis ſuſceptiōem purgatur ab omi inquinamēto animæ, & ſanatur. Idem etiam deſignat ueſtis cādida, quæ puero baptizato & homini etiam adulto circumponitur, ad ſignificandum amictum innocentiæ quo baptizati anima decoratur. Et hanc ob cauſam hoc ſacramentum appellat ſacramentū purificatiōis. Septimo p baptiſmum illuminant homines in anima diuinæ gratiæ claritate, & liberantur à cæcitate, in qua prius fuerant uerſati. Ante baptiſmū enim excæcata eſt anima p pctm̄, & deſtituta diuino lumine, quod p baptiſmi ſuſceptionem illi infunditur, ſi-

4. Reg. 5

deiꝗ & moꝝ notionem rectam eidem elargit. Et er-
go baptiſmus dr̃ cõmuniter ſacramentum illuminati
onis. Et hoc nobis in euangelio Iohan. myſtice ſigni
ficatum eſt per cæcum à natiuitate, qui iuxta Chriſti p̃
Iohan. 9. ceptum oculos ſuos luto facto ex ſputo domini illi-
tos, lauans in natatoria Siloę, ilico uiſum recuperauit.
Fuit autem natatoria Siloę, figura quædam baptiſmi,
& cęcus ille repræſentauit humanum genus, in primis
parentibus excæcatum per peccatum, & in ſingulis ho
minibus illuminatum per baptiſmi gratiam in oculis
interioribus animæ. Itaꝗ ſtudeant omnes ſic hoc ſa-
cramentum indigentibus debite ſuſcipiendum ꝓcu-
rare, & ſuſceptum conſeruare, ut iuxta domini uerbũ
tandem ſalui ſint in regno cælorum. Amen.

DE SACRAMENTO CONFIR mationis, ſermo.

COnfirma hoc deus quod operatus es
in nobis. Pſalmo ſexageſimo ſeptimo
continentur hæc uerba, & ꝓ ſacramen
ti confirmationis ꝑtractanda breui-
ter materia nũc aſſumunt. Opatus eſt
qdem dominus in nobis uitam ſpũa-
lem & regenerationem animæ ꝑ baptiſmi ſacramen-
tum, quo ꝑ eccleſiam ſumus Chriſto regeniti. Atq nõ
ſufficit uitam illam ſpũalem accepiſſe ad ſalutem, niſi
etiam robur adijciatur nobis contra hoſtes animæ, &
detur fortitudo in pugna aſſidue gerenda contra ini-
micos inuiſibiles, quæ ſane uires dantur in ſacramen-
to cõfirmationis. Itaꝗ in uerbis ꝓpoſitis petit ſuppli-
citer cœtus fidelium, ut ꝑ ſacramentum cõfirmationis
deus ipſe corroboret in nobis ſui nominis cõfeſſionẽ,
quam ꝑ baptiſmi ſacramentum inchoauit in nobis.
Sane quemadmodum in ipſo naturæ decurſu præce-

dit natiuitas ſecũdum carnem,& deinde paulatim accreſcunt & ſuggeruntur uires homini nato, qbus recte pagat naturæ functiones & opera: ita in ſpũali pfectu primum p baptiſmum acqritur natiuitas ſecundũ ſpiritum, deinde ſecundo loco per cõfirmationem adijciuntur uires ipſi animæ, qbus creſcat & adoleſcat in robur legitimum, ad reſiſtendũ hoſtibus eius. Quod & Melchiades papa præclare inſinuat ſequentibus uerbis, quæ habentur in decretis, de cõſecratione diſtinctione quinta, cap. ſpũſſanctus, in hũc modũ: Quia in hoc mundo tota ętate uicturis, inter inuiſibiles hoſtes & picula gradiẽdũ ẽ, in baptiſmo regñamur ad uitã, poſt baptiſmũ cõfirmamur ad pugnam: in baptiſmo abluimur, poſt baptiſmum roboramur. Et quamuis continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, uicturis tamen neceſſaria ſunt cõfirmationis auxilia. Regeneratio per ſe ſaluat, mox in pace baptiſmi uel ſeculi recipiendos. Cõfirmatio armat & inſtruit, ad agones mundi huius & pręlia reſeruãdos. Hęc ibi. Recto igitur ordine poſt baptiſmum datur confirmationis ſacramentum: quoniam poſt uitę conſecutionem adaugẽdum eſt robur ad ſalutem. Eſt autem ſacramentum cõfirmationis (ut ex prędicta Melchiadis autoritate habetur) neceſſarium fidelibus, nõ quidem ſimpliciter & abſolute ſicut baptiſmus, ſine quo nullus poteſt ſaluari: ſine confirmatione autem poteſt quis ſaluus fieri, dummodo ex contemptu non omittatur. Obligant enim omnes ad non contemnendum hoc ſacramentum. Sed eſt neceſſarium ad bene eſſe, & ſub conditione, ſi quis ſcilicet uelit efficaciter roborari ad pugnam contra hoſtiles dæmonis inſultus. Et ergo conſulendum eſt potius, quòd tempore & ętate congrua ſumatur cum deuotione hoc magnę dignitatis

Melchiades.

& utilitatis ſacramentum. Aue Maria gratia.

¶Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Ex Pſalm. 67 loco ſupradicto. In prima parte explicantur ea, q̃ ad huius ſacramẽti ſubſtãtiam ptinent. In ſecunda q̃ ad miniſtri & ſuſcipiẽtium attinẽt cõditionem. Quãtum ad priorem particulã in primis apiendum eſt quæ ſit materia & forma huius ſacramẽti. Materia quidẽ eius debita eſt chriſma, quod conficitur ex oleo oliuarũ & balſamo p cõſecrationem põtificis, omino neceſſariã ad rõnem materię: nã ſi nõ eſſent oleum & balſamum conſecrata p epiſcopum, non poſſent eſſe materia ſacramenti cõfirmationis. Neq; ſimile debet cenſeri iudicium de baptiſmo, q; in caſu neceſſitatis bene datur in aqua non benedicta p preſbyterũ in fonte baptiſmali. Quoniã baptiſmus ſacramentum eſt neceſſitatis, & ſine quo non habetur ſalus. Confirmatio uero nõ eſt ſacramentum neceſſitatis, quoniã ſine eius ſuſceptione poteſt homo ſaluari, ut iã dictum eſt: & ergo nunquã poteſt dari niſi in chriſmate: p epiſcopum conſecrato. Prædicta autem materia confirmationis myſticum aliquid & ſpũale deſignat. Nã oleum, quod lucida reddit & nitida quæ illo inunguntur, ſignificat nitorem cõſcientię per bona opera & puritatem cordis. Balſamum autem quod ualde eſt odoriferum, deſignat odorem bonę famæ in pximos. Itaq; p hoc q; q cõfirmãtur, chriſmate inunguntur, quod ex oleo oliuarũm & balſamo componitur: deſignatur, confirmatos debere pro uiribus elaborare deinceps, ut & nitorem conſcientiæ habeãt atq; munditiã: ſimul & obtineãt odorem bonæ famæ, quem diffundãt in alios, Cor. 2 ſicut Paulus de ſe & ſuis diſcipulis dicit: Chriſti bonus odor ſumus. Forma uero huius ſacramenti eſt hæc, Signo te ſigno crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis, in

nomine patris & filij & ſpũſſancti. Amen. In qua p notã copulationis duo enunciãtur, rõnabili ex cauſa. Nã hoc ſacramentum potiſſimum ordinatum eſt contra debilitatem ex fomite peccati ſurgentẽ in nobis, quæ ſane debilitas non tota purgatur in baptiſmo, ſed adhuc aliquanta remanet in baptizatis, ad exercitiũ bene agendi reſiſtendo contra eã. Huiuſmodi autem debilitas in nobis eſt duplex, ſcilicet interior & exterior. Interior debilitas eſt noxia uerecundia & erubeſcẽtia confitendi publice nomen Chriſti corã hominib⁹. Et ad hãc tollendã conſignamur in fronte (q locus ẽ pudoris & uerecundiæ) impreſſione ſanctæ crucis, quod eſt uexillũ ſummi imperator, in quo triumphauit de principe tenebrarum. Itaq; in confirmatione epiſcopus ſignãs eos quos confirmat, ſigno ſanctæ crucis, conſignat illos uexillo Chriſti, ſub quo deinceps militent, & quod in fronte gerant aperte, quemadmodum milites ſolẽt ſuorum regum & principum inſignia in armis & ueſtibus ſuis deferre. In illo certe uexillo gloriabatur Apoſtolus, cum ait ad Galatas: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et iſtud efficit atq; fit per primam particulam formæ ſupradictæ, ſcilicet, Signo te, ſigno crucis. Exterior autem debilitas noſtra, eſt infirmitas ad reſiſtendum cõtra hoſtes noſtros ſpũales, dæmonem, mundum & carnem, cũ quibus aſſiduum nobis gerendum eſt bellũ, quandiu hic uiuimus. Et ad iſtã debilitatem tollendã, epiſcopus eos quos cõfirmat, inungit in fronte chriſmate, ut per gratiã ſancti ſpũs illo chriſmate deſignatã, ſiant fortes in bello, & uiriliter pugnent cum antiq̃ ſerpẽte. Siquidem apud antiquos, pugiles, athletæ & palæſtritæ ſolebant oleo inungi antequam ſubirent certamen, ad corroborationem neruorum & membrorum Gala. 6

corporis,ut apud Virgilium in tertio Aeneidos:

Exercent patrias oleo labente palæſtras.

In hunc modum Chriſtiani inituri pugnã cum hoſtibus animæ,tanquã pugiles & milites Chriſti ungũtur chriſmate in fronte,ut robuſtiores ſint in tam diuturno & difficili certamine.Et iſtud innuitur in ſecunda particula ſupradictæ formæ.Ex his etiam iam palã cõſtat,quis ſit effectus præcipuus huius ſacramenti cõfirmationis.Eſt enim iſte,ſcilicet corroboratio & fortificatio animę fidelis contra inimicos ſpũales,per ſeptiformem gratiã ſanctiſpũs,illi in hoc ſacramento infuſam,ſcilicet timorem,fortitudinem,pietatem,ſcientiam,ſapientiam,intellectum & conſilium.Quod & Rabanus atteſtatur in ſuo libro de inſtitutione clericorum,& adducitur eius ſententia in libro decretorum de cõſecratione diſtinctione quinta,cap.nouiſſime,his uerbis.Per pontificem ſignatur confirmandus cum chriſmate in fronte , ut ſpũſſancti ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & uirtutis uenire in hominem declaretur.Hæc ibi.Sedulo igitur & ſuppliciter orare debemus idipm, quod in principio huius ſermonis adductum eſt:Confirma hoc deus &c.

¶In ſecunda parte uidendum eſt,quis ſit miniſter huius ſacramẽti,& q ſuſcipientes, & quomodo debẽt eſſe diſpoſiti. Conferens qdem hoc ſacramentum,ſolus eſt epiſcopus, neq; ſimplex ſacerdos aut in aliqua dignitate eccleſiaſtica citra epiſcopatum conſtitutus, poteſt rite eum conferre, ſic q; ſi attentet confirmare, nihil facit,quia nõ eſt idoneus illius miniſter.Et iſtud ex ſacra ſcriptura clare deducitur, quia in primitiua eccleſia tempore apoſtolorum ſoli apoſtoli (quib' in regimine eccleſiæ ſucceſſerunt epiſcopi)cõferebant ſacramentum confirmationis per manuũ impoſitionẽ.

Vnde in Actibus legitur, quod ſancti Petrus & Iohan Actu.8
nes miſſi ab apoſtolis q erant Hieroſolymis, ad Sama
ritanos, conuerſos qdem à Philippo, uno ex ſeptē dia
conis, & ab eo baptizatos: orauerunt ꝓ ipſis ut acci-
perent ſpm̄ſanctum, imponebātq; manus ſup ipſos Sa
maritanos, & acceperunt ſpm̄ſanctum. Per illam autē
manuum impoſitionem (quam Philippus ille facere
non potuit, quia non erat apoſtolus, ſed tātum diaco
nus) prædicti duo apoſtoli contulerunt Samaritanis
ſacramentum confirmationis, quoniam tempore ec-
cleſiæ primitiuæ, & aliquanto etiam tempore ſuccedē
te, dabatur iſtud ſacramentum confirmationis ꝑ ma-
nuum impoſitionē ab epiſcopo factam. Vnde & à ſan
ctis patribus hoc ſacramentum nominat, & dicit etiā
ſacramentum impoſitionis manuum, ut in hoc decre
to Vrbani papæ, quod adducitur in libro decretoꝝ, de
conſecratione diſtinctione quinta, cap. om̄es, his uer-
bis: Om̄es fideles, per manus impoſitiones epiſcopo-
rum, ſpiritumſanctum poſt baptiſmum ſuſcipere de-
bent, ut pleni Chriſtiani inueniantur. Quia cùm ſpiri
tuſſanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & cō
ſtantiam dilatatur. Sic ibi. Magnæ igitur excellentiæ
& ſublimitatis eſt hoc ſacramentum ratione miniſtri
conferentis, ut quod à ſolis epiſcopis conferri poſſit &
debeat. At uero ſuſcipientes illud ſacramentum, ſunt
ſine ſexus diſcretione, puerilis & iuuenilis ætatis, non
tamen prouectæ nimiū & ingraueſcentis ætatis homi
nes. Et melius ac ſecurius eſt (ut dicit Gerſon in ſuo cō
pendio Theologiæ, titulo de ſacramento cōfirmatio
nis) q pueri cōfirmētur & puellæ, quia quamuis ætas
immatura tentationes & fortes motus concupiſcentię
adhuc non ſentiat, præparantur tamē ad pugnam ſpi
ritualem, cum tempus tentationis aduenerit: & bonū

ac ſecurę eſt, ſemper eſſe paratum. Non autē debēt cō firmandi ſeipſos præſentare epiſcopo, ſed tanquam debiles & conſcij ſuæ imbecillitatis, ab alijs debent adduci & præſentari, tanquam non ualentes per ſe ſubſiſtere. Et huiuſmodi præſentantes, ſunt ipſis confirmādis quaſi patrini ſpūales. Neq; ſtatim poſt ſuſceptā confirmationem, debent eodem die ſuam frontem tāgere, aut linteum quo alligata eſt eorum frons, deponere: ſed expectare in tertiū aut quartum diem ſecundum loci conſuetudinem, & deinde ꝓcurare, q̄ à ſacerdote auferatur linteum frontis, & cum ſale & aqua lauetur frons ob reuerentiam chriſmatis conſecrati. Inſup nō debet iſtud ſacramentum unquam iterari, quia imprimit characterē indelebilem in anima ſuſcipientis, tanq̄ ſignaculum quoddam inſigne, quo dignoſcatur ipa ſignata eſſe ſpiritu ſancto. Et ergo irreuerentiam faceret ſacramento & contumeliam ſpūiſancto, qui attentaret ſæpius hoc ſacramentum uel ab uno uel à diuerſis epiſcopis ſuſcipe: & grauiter deberet ab eccleſia puniri, ꝓ tali temeritate, quemadmodum expreſſe continetur in libro decretoꝝ, de conſecratione diſtinctione quinta, cap. dictum eſt nobis. Ad ſuſcipiendum etiam reuerenter & utiliter hoc ſacramentum tam excellens, ordinatum eſt eccleſiaſticis inſtitutis, q̄ ieiuni ſuſcipiant hoc confirmationis ſacramētum, & facta prius peccatorum ſuoꝝ confeſſione, ut cum maiori deuotione & debita ꝑparatione illud recipiāt, mundaq; conſcientia aduentum ſpiritusſancti in ſe percipiant, qui non niſi pura corda uult inhabitare & inuiſere. Quod expreſſe habetur in libro decretorum de conſecratione diſtinctione quinta, cap. ut ieiuni. ubi ex cōcilio Aurelianēſi hoc depromitur decretum: Vt ieiuni ad confirmationem ueniāt, perfectæ ætatis (id eſt, duodecim

annorum aut circiter, ut dicit gloſſa) ut moneantur cõfeſſionem facere prius, ut mũdi donum ſpũſſancti ualeãt accipere. Quinimo & illud, eccleſiaſtica ſanctione eſt conſtitutum, quòd hoc ſacramentum etiam à ieiunis epiſcopis cõferatur fidelibus. Siquidem in libro decretorum, de conſecratione diſtinctione quinta, ca. ut epiſcopi, ex concilio Meldenſi adducitur hoc decretum: Vt epiſcopi nõ niſi ieiuni, per impoſitionem manuum ſpiritumſanctum tradant, exceptis infirmis, & morte periclitantibus. Et paulo poſt in eodem capit. Traditionem ſpũſſancti à ieiunis pontificibus cõuenit celebrari. Veruntamen quod hic iam dictum eſt de hoc ſacramento cõfirmationis, quòd ieiunus illud recipiat, & à ieiuno conferatur: intelligendum eſt quantum ad decentiam & honeſtatem, ob reuerentiam tãti ſacramenti, & non quantum ad neceſſitatem: quoniam ſi aliter fiat propter raritatem & carentiam epiſcoporum, aut aliam rationabilem cauſam, id non nocet, neq; præiudicat ſacramento. Melius eſt enim etiam poſt prandium confirmari, dum poteſt haberi epiſcopus: quàm ipſo recedente, ſacramenti illius pati dilationem. Deniq; tanta ueneratione ſtudeant omnes hoc hoc ſacramentum proſequi, ut tandem à deo mereantur confirmari in bono per æternæ felicitatis adeptionem. Amen.

DE SACRAMENTO EVcharistiæ, ſermo.

EDucas panem de terra, & uinum lætificet cor hominis. Pſalmo centeſimo tertio. In quibus uerbis innuitur digniſſimum euchariſtię ſacramentũ à Chriſto in ultima cœna ſub duplici ſpecie conſtitutum, in alimẽtum animæ no

ſtræ. Nempe ad naturalem hominis ſubſiſtentiã quã tum ad uitam corporalem, non ſufficit quod natus ſit homo in mundum ſecundum carnem, & quod uires acquiſiuerit ac robur, paulatim creſcendo: ſed inſuper requiritur, quod nutrimentum habeat ſuo corpori cõ ueniens, cibum ſcilicet & potum, ad ſui corporis ſuſtẽ tationem. Ita ſane ad uitam animæ ſpiritualem plene obtinẽdam, non ſatis eſt quod regeneratus ſit homo per baptiſmum, & corroboratus robuſtiorq́ factˀ per ſacramentum confirmationis, ſed oportet inſuper ꝙ congruum habeat ſuo ſpũi alimentum, ſcilicet ſacramentum euchariſtiæ, ordinatum ad animæ noſtræ ali moniam. In rebus autem corporalibus, nullus inuenitur cibus communior & magis ſalutaris corpori humano, quàm ſit panis: & nullus potus conuenientior homini, quàm ſit uinum. Ad ſignificandum igiť, ꝙ ſanctiſſimum euchariſtię ſacramẽtũ eſt plena & perfecta, imo optima animæ refectio ſpũalis, ipm inſtitutum ẽ ſub duplici ſpecie rerꝝ, congruentiſſimarꝝ ad uictum, ſ. panis & uini. Et hoc ipm denotať per thema in principio aſſumptum. Nam ibi per panem intelligiť ſacratiſſimum Chriſti corpˀ, in euchariſtia ſub ſpecie panis ueraciter contentum. Quod de terra quidem eductũ eſt à deo, id eſt, de ſacratiſſima uirgine Maria aſſumptum, atq; formatũ & ꝓductum: quæ eſt terra myſtica & ſpiritualis, irrigata copioſo rore cæleſtis grã, ſpiritu ſancto fœcundata, benedicta à domino & fructifera: nam ꝓtulit huic mundo fructum ſalutis & uitæ. De

Pſalm. 66 qua terra dicit Dauid in Pſalmo: Terra dedit fructũ ſu

Pſalm. 84 um. Et iterꝝ: Benedixiſti domine terram tuam, & ueritas de terra orta eſt, id eſt, Chriſtus natus eſt de Maria uirgine. In eodem etiam themate noſtro, ꝑ uinum intelligiť precioſus Chr̃i ſanguis, ſub ſpecię uini in ſacra

mento altaris uere & realiter contentus. Qui lætificat cor hominis, quia debite ſumptus ab ijs ad quos ex ordinatione dei & eccleſiæ pertinet eum ſub ſpecie uini ſuſcipere, ſcilicet à ſacerdotibus miſſam celebrãtibus, ſpũali lætitia ꝓfundit animam hominis, inebriatã dulcedine diuinæ benignitatis & charitatis, in hoc ſacramento oſtenſæ: quod ſecundum Hilarium in libro de trinitate, dicitur ſacramẽtum amoris. Vnde & in Pſalmo dicit Dauid de hoc admirabili myſterio: Et calix meus inebriãs quàm præclarus eſt. Felices certe ſunt, qui hanc diuinam inebriationem ſentire in ſe & guſtare poſſunt. Nã huiuſmodi ebrietas calicis Chriſti, moderatiſſimæ ſobrietati eſt coniuncta. Aue Maria. Pſalm 22

¶Educas panẽ de terra, & uinũ lætificet cor hominis. Pſal.103 Ex loco prius citato. In prima parte monſtrabit, quid fide tenendum eſt de ſacramento euchariſtiæ, & quomodo digne eſt recipiendum. In ſecunda explicabuntur eius effectus & utilitates, debite illud ſumenti proueniẽtes. Quantũ ad primam partẽ, illud ab unoquoq; fideliũ inconcuſſe tenendum eſt & firmiter credendũ, ꝙ poſt uerba conſecrationis ſuper hoſtiam à ſacerdote ꝓlata, uere ibi continetur ſacrum Chriſti corpꝰ, ſecundũ ſubſtantiã ſuam & realem exiſtentiam, idem omnino quod natũ eſt ex Maria uirgine, paſſum ꝓ nobis in cruce, & quod reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælos. Continetur quidem, non cum ſubſtãtia panis, quæ ante ibi fuit. Nam illa omnino deſijt, & tranſſubſtãtiata eſt atq; conuerſa in corpus Chriſti: ſed cõtinetur ſub accidentibus panis ibi remanẽtibus ſine ſubiecto, in confirmationem noſtræ fidei. Quæ quidem accidẽtia non ſunt corpus Chriſti neque in corpore Chriſti, ſed ſunt tanquam uelamen ſenſibile, & tegmen ſiue tabernaculũ ſummi regis ſub eo latentis. Quare in ad-

oratione ſacræ hoſtiæ, illa accidentia, ut albedo & rotunditas hoſtiæ, non ſunt adoranda, ſed corpus Chriſti ſub illis contentum. Neq; ſolum Chriſti corpus illic adeſt ſub ſpecie panis, ſed etiam eius ſanguis, eius anima & deitas. Nã corpus Chriſti eſt in ſacramento euchariſtiæ uiuens, glorioſum atq; glorificatũ, immortale & impaſſibile, ſicut eſt in cælo. Non autem poteſt eſſe uiuens, ſine ſanguine & anima. Sic etiam ſub ſpecie uini in calice poſt conſecrationem, nõ cõtinetur ſolus Chri ſanguis, ſed etiam ꝑ concomitãtiam illic adeſt eiuſdem ſacrũ corpus & anima, ac perfecta diuinitas. quoniam non eſt in Chriſto ſanguis ſine corpore & anima. Et ergo ſub ſpecie panis, Chriſtus totus cõtinet. Et illam ſolam ſumentes laici, etiam ſumũt Chriſti ſanguinem, imo totum Chrm. Sub ſpecie etiam uini continet Chrus totus, & ſumit ab iis, qui in miſſę celebratione calicem domini bibunt. Firmiter etiam & ſine hæſitatione credẽdum eſt, quod ſicut in hoſtia integra continet totum Chriſti corpus, ita poſt eius fractionem à ſacerdote factam, ſub qualibet parte hoſtię diuiſæ, etiam totum cõtinetur Chri corpus: quoniam illa fractio non in corpore Chriſti fit, ſed ſolum in ſpeciebus panis, ſine aliqua corporis Chriſti diſtractione aut partitiõe. Similiter cum ſancta euchariſtia ſumpta dẽtibus atterit, ſolę ſpecies panis cõterunt dẽtibus & maſticãtur, ſine aliqua læſione aut cõtuſione corporis Chri, qd ẽ immortale & impaſſibile atq; incorruptibile. Et q̃diu ſpecies hoſtię, ſiue in ore, ſiue in ſtomacho ſumentis, ſiue in pyxide, manẽt in ſua naturali diſpoſitione, tandiu ſub illis uerũ Chriſti corpus ſubſiſtit. Cũ primum autem ſpecies illæ corrumpunt, & diſcedunt à ſua natura, ſiue ꝑ caloris naturalis digeſtiõem, ſiue ꝑ putrefactionem in pyxide, ſtatim deſinit ſub illis eſſe

Chriſti corpus,& illinc diſcedit. Hæc autem omia præ dicta non curioſa ſunt inquiſitione inueſtiganda, quo niam perſcrutator maieſtatis opprimetur à gloria: ſed firma fide credēda ſunt & tenēda, qm̄ ueriſſima ſunt. Prou. 25
Tm̄ autem & tam ſublime ſacramentum cum magna reuerētia & deuotiōe recipiēdum eſt ab unoquoq;, ſe cūdum eccleſiæ ordinatiōem, præcedēte debita ſui p̄ parariōe per examinatiōem ſuæ conſciētiæ, ſicut ſcri bit Apoſtol⁹ Corinthijs: Probet autem ſeipm̄ homo, & ſic de pane illo edat & de calice bibat. Debet etiam præcedere illā ſumptionem uera & integra confeſſio ſuorū pc̄tōrū, per quam conſequatur grām & puritatē cōſcientiæ: quoniam Chrus (qui fons eſt puritatis) nō uult niſi in mundo cordis hoſpitio ſuſcipi. Vnde ſicut cibus & potus corporalis non exhibet corpori mor-tuo, ſed uitam habēti, & illi ſolum prodeſt: ſic nec iſte cibus ſalutaris cōducit animæ p mortale pc̄tm̄ mor-tuæ coram deo, ſed potius obeſt & nocet, cum dicat Apoſtolus, ꝙ qui mādducat & bibit indigne, reus erit corporis et ſanguinis domini, et quod iudiciū ſibi mā ducat et bibit. Debet igit qui ad ſalutem uult recipere hunc cibum, habere uitam animæ per grām, quando ad eum ſumendum accedit neq; ſcienter eſſe in pecca-to mortali. Et tunc uirtute huius ſacramenti delentur pc̄tā uenialia, ſi q̄ inſunt ipſi ſuſcipiēti. Vt em̄ p bapti-ſmū delet originale pc̄tm̄, & p ſacramētū pnīę morta-lia pc̄tā: ita p hoc ſacramētū delent pc̄tā uenialia, qa p̄ ſupponit mortalia prius eē deleta p p̄cedentē cōtritio nē & confeſſionē. Debet aūt hoc ſacramētū ſumi à ieiu nis, et añ ſumptionē ciborū q̄rūcunq; corporaliū, p lau dabilem eccleſiæ conſtitutionem, quam ſcribit beatus Auguſtinus ad Ianuarium: et adducūtur eius uerba in libro decretorū, de conſecratiōe diſtinctione ſecunda,

1. Cor. 11
1. Cor. 11

cap.liquido apparet,in hanc formam:Placuit ſpũiſan ᾱo,ut in honore tanti ſacramenti prius in os Chriſtiani dominicum corpus intraret,quàm cæteri cibi. Nã ideo per uniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Hęc ibi. Deniq; debito tẽpore ſumendum eſt hoc ſacramentũ, ex obligatiõe ſemel ab unoquoq; in feſto paſchæ q̃tãnis, qui ad annos diſcretionis peruenerit, ſecundum eccleſiæ decretum & ſtatutum. Illorum autem annorum principium in pueris & puellis,conſtituitur circa decimumquartum annum. Ad quem cum peruenerint,eorum parentes aut curam ipſorum gerentes, debent eos inducere ad ſuſceptionem ſanctæ euchariſtię in feſto paſchæ.Prouectiores uero tam uiri quàm fœminæ,præter hoc,in feſtis anni ſolennioribus, ut in feſto Pentecoſtes,Aſſumptionis beatæ uirginis,in feſto Om̃ium ſanctorum , & Natiuitatis domini, ac conſimilibus,non quidem ex obligatione,ſed laudabili deuotione ſe diſponere debent diligenti ſtudio ad ſuſceptionem ſanctæ euchariſtiæ, de qua dictum eſt in themate:Educas panem &c̃.

¶Pro ſecunda parte expediẽda, multiplices inueniuntur effectus ſalutarꝫ huius ſacramẽti in ijs,qui digne illud recipiunt. Quorum primus eſt,quòd uberẽ cõfert gratiam ipm mãducantibus,quemadmodũ teſtaĩ ipſa eccleſia in hac præclara antiphona de ſancto ſacramẽto altaris:O ſacrũ cõuiuium in quo Chriſtus ſumitur,recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia. Hoc etiam deſignat ipm nomen græcum euchariſtia,quo iſtud ſacramentum ſpecialiter exprimitur.Significat em̃ euchariſtia tãtundem,atq; bona gratia. & recte quidem.Nam omnis gratiæ plenitudo in eo continetur, quinimo ipe fons gratiæ Ieſus Chrus,

Iohan. 1. per quem(ut ait beatus Iohãnes) gratia & ueritas facta eſt.Et in hoc cognoſcitur magna excellentia hui-

us ſacramẽti ſuper cætera ſacramẽta nouæ legis,quia illa cõferunt quidem gratiam rite ea ſuſcipiẽti,ſed eam in ſe non cõtinent. Hoc uero ſacramẽtum & gratiam cõfert,& eam in ſe continet:qm ipm dominum gratię habet ſub tegmine ſpecierum ſacramentalium reconditum, in quo omnes theſauri gratiæ ſunt abſconditi, ut de eius plenitudine omẽs gratiam exhuberantẽ accipiamus. Secundus eius effectus eſt, quòd eſt ſacrificium placatiõis iræ dei pro pc̃tis noſtris. Nam eccleſia ſancta pro uarijs & multiformibus ſacrificijs ueteris legis iam olim abolitis,hoc unicum & ſingulare ſacrificiũ & ſibi propriũ habet,ſcilicet uerũ corpus & ſanguinem Chriſti. Quod quotidie in ſacro miſſæ officio offertur deo ſub ſpecie panis & uini, in memoriam dominicæ paſſionis, & in expiationem pro pc̃tis noſtris quotidianis. Et iſtud ſignificatum eſt per ſacrificium ipſius Melchiſedec qui,ut in Geneſi ſcribitur,erat ſacerdos dei altiſſimi,& obtulit deo panem & uinum in ſacrificium,pro uictoria ipſi Abrahæ cõceſſa. Sic & Chrs (qui eſt ſacerdos in ęternũ ſcd̃m ordinẽ Melchiſedec) cõſtituit in ultima cœna, per apoſtolos & ſacerdotes eis in miniſterio eccleſiæ ſuccedẽtes,eſſe offerẽdum ſuum corpus & ſanguinem pro ſalute noſtra in officio miſſæ. Quinimo & ipe quotidie ſeipm deo patri ſic offert per miniſtros eccleſiæ ad hoc deputatos,in reconciliationem noſtri,ſicut & ſeipm ſemel in cruce obtulit immaculatum deo pro nobis. Tertius effectus huius ſacramenti,eſt quòd digne ſuſceptum liberat nos à poteſtate tenebrarũ & ſeruitute ſathanæ,qua prius opprimebamur. Et hoc præfiguratum eſt in Exodo per agnum paſchalem, cuius immolatione & manducatione populus Iſraeliticus liberatus eſt à manu Pharaonis,& eductus Aegypto. Siquidem Pharao,opprimẽs Hebræos,figura fuit diaboli,totum genus humanum

Gene. 14.
Pſalm. 109.
Hebr. 9.
Exod. 12.

captiuum tenentis. Et agnus ille paſchalis figura fuit Chriſti, in cruce immolati pro redẽptiõe noſtra, cuius eſu & manducatione in euchariſtia, liberamur ab Aegypto, id eſt, à regione tenebrarũ pcti : & à iugo Pharaonis, id eſt, ſathanæ & principis tenebrarũ: & uendicamur in libertatem gratiæ, ut per deſertum pœnitẽtiæ tandem perueniamus in terram promiſſionis æternæ gloriæ. Quartus effectus huius ſacramenti eſt, quód ẽ uiaticum noſtræ peregrinationis, enutriens nos & educãs ſpiritualiter in hac uita, ne inedia deficiam' in uia. Eſt eñ ſacroſancta euchariſtia, & Chriſtus in ea uere
Iohan. 6. ſubſiſtens, panis uiuus qui de cælo deſcendit, & panis
Exodi. 16. uitæ, ut de ſeipõ dicit Chriſtus. Et hoc nobis figuratũ eſt per manna ſubminiſtratum filijs Iſrael à deo in deſerto per quadraginta annos pro quotidiano alimento. Quo nutriti ſunt, quouſq; pertranſito Iordane, ue-
Ioſu. 5. nerunt in terram promiſſionis. Vbi (ut ſcriptum eſt) cum mãducauerunt de fructibus terrę, defecit eis manna, quoniam non erat ipſis amplius neceſſarium. Ita quandiu uerſamur hic in deſerto uitæ præſentis, pleno periculorum & miſeriæ, habemus pro noſtro uiatico ſanctam euchariſtiam per manna reprę ſentatam, qua ueſcamur & paſcamur ſecundum animam, quouſq; p uenerimus in terram uiuentium iuſtis repromiſſam.
1. Cor. 13. Et tunc amplius non utemur euchariſtia ſicut nunc, ſed facie ad faciem deum uidebimus, depoſito omni uelamine ſpecierum ſacramentalium. Quintus effect' atq; utilitas euchariſtiæ, eſt quód perducit nos deniq; ad mõtem felicitatis æternæ per ſuam uirtutem, qua nos corroborat in peragenda uia noſtræ peregrinationis. Quod nobis figuratum eſt per panem ſubcineri
3 Reg. 19 cium, ab angelo delatum ad Eliam prophetam, ut illum manducaret & ſumeret. Quem poſtquã cõedit,

ambulauit in fortitudine cibi illius q̃draginta diebus & noctibus uſq; ad mõtem dei Oreb, ſicut dicit hiſtoria tertij libri Regum. Enimuero per illum panẽ ſubcinericiũ, intelligitur ipſe Chriſtus, in ſancta euchariſtia exiſtens, qui eſt panis è cęlo deſcendens, formatus in utero ſacratiſſimę uirginis uirtute ſpiritusſancti, & excoctus ſub cinere noſtrę mortalitatis igne ardẽtiſſimæ charitatis & acerbiſſimæ ſuæ paſſionis. Qui manducatus à nobis, ſuggerit uires animo: ut pacta huius uitæ uia, tandem perueniamus ad mõtem ſublimem gloriæ cæleſtis, ubi uideamus deum deorum in Sion. Ad quẽ ſua bonitate nos tandẽ perducat deus omnipotens. Amen. Iohan. 6 Pſalm. 83

DE SACRAMENTO POENITENTIæ, ſermo.

POEnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorũ. Verba ſunt ſancti Iohannis baptiſtæ in ſua prædicatione, Mat. 3. cap. & etiam uerba Chriſti in principio ſuæ prædicatiõis, Mat. 4. capite. Quemadmodum corpus humanum multis in hac uita morbis obnoxiũ, cum à ſanitate deciderit in languorem, indiget medicina inſtaurante eius ſanitatem, alioq; interiret & morte hinc ſuſtolleretur: ita & anima noſtra poſtquam regenerata eſt & corroborata atq; enutrita, ſępius à bona ſua diſpoſitione decidit in pęccatũ, quod eſt morbus & plerũq; mors animæ. Idcirco indiget ipſa aliq̃ ſpirituali medicamento, per quod & uita illi reſtituatur & priſtina ſanitas: aliter æternæ morti ſubiaceret. Itaq; deus humanæ fragilitatis conſcius, & non uolens mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat: ordinauit ſacramẽtum Ezech. 18

pœnitentiæ tãquam ſalutiferam medelam, per quam anima mortua reuocetur ad uitam, & ægrota reducatur ad ſanitatem. At uero quemadmodum trifariam peccatum committitur, cogitatione ſcilicet cordis, locutione oris, & executione exterioris operis: ita triplex conſtituta eſt à deo pars pœnitentiæ, tanquam apta & congrua medicina contra hũc triplicem morbum, ſcilicet contritio cordis, confeſſio oris, & ſatisfactio operis: ut cum in corde habeatur dolor de peccatis commiſſis, & in ore confeſſio illorum coram ſacerdote, & in opere ſatisfactio per ſacerdotem impoſita compleatur, omne peccati genus & modus à nobis expellatur: & integra ſanitas animę noſtræ reddatur. Hoc autem ſacramentum uſqueadeo eſt nobis ad ſalutẽ neceſſariũ, ut poſt baptiſmũ in pctã plapſi(qs eſt
Prou. 24. aũt, q non plabat in malũ poſt baptiſmi lauacrũ, cũ ſepties in die cadat iuſtus?) ſine eo ſaluari nequeãt, cum
Luc. 14. Chriſtus hanc comminatoriam ſententiam bis nobis omnibus inculcet: Niſi pœnitentiam habueritis, ſimiliter omnes peribitis. Multum itaq; nobis eſt neceſſaria pœnitentia, ſine qua in æternũ interitum deciden
Ma. 3. 4. di nobis eſt periculum. Aue Maria.

¶Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cælorum. Ex loco prius adducto. In prima parte, de tribus prædictis pœnitentiæ partibus fiet ſermo: in ſecunda, de utilitate & fructu pœnitentiæ. Quãtum ad primam partem, contritio à ſacris autoribus diffinit eſſe dolor de peccatis præteritis, cum pPoſito ea confitendi & ſatisfaciendi, atque illa iterum non admittẽdi. Et illa debet fieri cum ſedula examinatione uitæ tranſactæ ab ultima confeſſione, & diſcuſſione dili-
Pſalm. 37. gẽti ſuæ conſcientiæ, ſicut in perſona pœnitentis dicit Propheta in Pſalmo: Quoniam iniquitatem meã an

nunciabo, & cogitabo ꝑ peccato meo. In tali autem ſuipſius probatione & examinatiōe, debet peccator conſiderare & ponderare circunſtantias ſuorum peccatorum, tempus, locum, numerum, modum, perſonam, multitudinem, grauitatem, & turpitudinem ſuorum peccatorum, atq; damnum quod ex eis incurrit, cū excitatione deteſtationis & diſplicentiæ eorum in ſeipſo, ut exinde oriatur efficacior contritio & ad ſalutem utilior, ſecundum illud uerbum Iezechiæ regis in ſuo cantico: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīæ meę. Talis aūt pc̄tor̄ cōtritio tantæ eſt efficacię & uirtutis, q̄ per eam obtinet remiſſio peccator̄ etiā anteq̄ fiat ore cōfeſſio eor̄ ſacerdoti. Quod patet ex illo dicto Prophetę in perſona pœnitētis: Dixi (.i. animo propoſui & cōſtitui) confitebor ad uerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Hoc ipſum autem, ſcilicet q̄ per contritionem cordis anteq̄ fiat confeſſio, habeat peccatorum remiſſio à deo, multipliciter oſtenditur in libro decretorum, de pœnitentia, diſtinctione prima cap. ſicut etiam, paragrapho, hoc idem probatur. Vbi inter cætera dicitur: Hinc etiam leproſi illi, q̄bus dominus præcepit ut oſtenderent ſe ſacerdotibus, in itinere antequā ad ſacerdotes uenirent mundati ſunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quod antequā ſacerdotibus ora noſtra oſtēdamus, id eſt, peccata noſtra confiteamur, à lepra peccati mundamur. Hęc ibi, & reliqua in eandem tendētia ſentētiam, annotatu digniſſima. Secunda autē pars pœnitētiæ, eſt confeſſio peccator̄, faciēda ſacerdoti tanq̄ dei uicario, ex ipſius Chr̄i inſtitutiōe, cū eēt adhuc in terra. Qui in ipſo die ſuę reſurrectiōis dixit ap̄ſis ſuis, & cōſequent oībus ſacerdotibus: Quor̄ remiſeritis pc̄tā, remittūtur eis: &

Iſaię. 38. Pſalm. 31. Luc. 17. Iohan 20.

quorum retinueritis,retẽta ſunt. Non poſſunt autem ſacerdotes remittere peccata pœnitentium, aut ea retinere denegãdo abſolutiõem ex rationabili cauſa,niſi illa cognoſcant. Et non poſſunt illa cognoſcere ſacerdotes,niſi detegantur ipſis per ſecretam confeſſionem pœnitentiũ. Ergo per illa uerba ſupradicta,obligauit Chriſtus ſuos fideles ad faciẽdam ſacerdotibus confeſſionem ſuorum peccator℞, neq; ſufficit illa ſoli deo confiteri,ut dicunt hæretici. Ad hæc debet ægrotus oſtendere ſua uulnera medico,ſi uelit ab eo curari,ſecundum illam Boethij ſententiam in libro de conſolatione philoſophiæ:Si operã medicantis expectas, opus eſt ut uulnus detegas tuum. Sacerdotes autẽ in eccleſia ſunt ut medici à deo cõſtituti ad curanda uulnera animarum,& pœnitentes ut ægroti. Debent igitur hi detegere per cõfeſſionem ſacerdotibus ſua peccata,ex ordinatiõe Chriſti. Quam & beatus Iacobus in ſua epiſtola canonica promulgauit,dicens:Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Vñ & Iſaias ad hãc confeſſionem faciendam quenq; exhortatur his uerbis:Dic tu iniquitates tuas,ut iuſtificeris. Et Salomon in Prouerbijs ad idem admonet omnes,dicens: Qui abſcondit ſcelera ſua,non dirigetur. Qui autem confeſſus fuerit & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Et quamuis per contritionem dimiſſa ſint peccata pœnitentis coram deo, tamẽ confeſſio eorum adhuc eſt neceſſaria:tum quia confeſſio fuit præſuppoſita in contritione,& habita in propoſito: tum etiam quia debet homo obedire eccleſiæ obliganti ad confeſſionem:tum deniq;, ut inſtruatur homo in agẽdis pro ſua conſcientia,& ſatisfactionis faciẽdæ modũ & quantitatem atq; qualitatem accipiat,ſecundum arbitrium ſacerdotis cui cõfitetur,qui eſt tanquam iudex

Iacobi. 5.

Iſaię. 43.

Prouer. 28.

conſtitutus ſuper eum in foro pœnitentiali, quoniam non debet ipſe pœnitens eſſe iudex ſuſpſius in ꝓpria cauſa, neq; ſecundum ſuum arbitrium ſibi ſatisfactionem imponere. Deniq; tertia pars pœnitentiæ, ſcilicet ſatisfactio, diffinitur eſſe emendatio iniuriæ aut damni, deo aut proximo illati, atq; recompenſatio per bona opera, à ſacerdote pœnitenti impoſita. Ad quã hortatur omnes beatus Iohannes baptiſta, cũ ait: Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ, ut poſſitis fugere à uentura ira. Dignos autem fructus pœnitentię facit, qui opera bona oppoſita uitijs in quibus deum offendit, exercet: ut ſi per gulam peccauit, per abſtinentiam & ieiunium ſatisfaciat: ſi deliquit per auaritiam, per largitatem in pauperes ſatisfacere ſtudeat, & ita de cæteris peccatis, quoniam contraria contrarijs curantur. Sunt autem ſatisfactionis tres ſpecies præcipuæ, ſcilicet oratio, ieiunium, & eleemoſyna: omnino contrariæ tribus præcipuis peccatis, in quibus potiſſimum homines offendunt deum, ſcilicet ſuperbiæ, cõcupiſcentiæ carnis, & auaritiæ. De quibus ait beatus Iohannes in ſua prima canonica: Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia uitæ. Siquidem oratio qua homo ſe humiliat coram deo, ſuam recognoſcens indigentiam & fragilitatem, & omnia bona à deo profluere profitens, opponitur ſuperbiæ, & ſatisfactoria eſt contra uirus eius. Ieiunium uero emacerans corpus atq; caſtigans, contrarium eſt uitijs carnalibus gulæ & luxuriæ, & ſatisfactio idonea pro illis extirpandis. Eleemoſyna uero, larga manu facta in ſubleuationẽ pauperum, aduerſatur auaritiæ & tenacitati, congerẽti opes in theſauros abſcõditos, & ſalutare eſt antidotum atq; ſatisfactorium contra illius mali uenenum.

Matth. 3.

1. Ioh. 2.

Has autem tres ſatisfactionis ſpecies magnopere cõmẽdat ſanctus dei angelus Raphael, cum ait ad Thobiam: Bona eſt oratio cũ ieiunio & eleemoſyna, magis quàm theſauros auri recondere. Quas quiſqȝ ſtudioſe amplectitur, ſalutarem facit pœnitẽtiam, ſecundum propoſiti thematis ſententiam: Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum.

Thob. 12.

¶Pro ſecunda præſentis ſermonis parte, annotare eſt operæpretium, quod pœnitentia multiplices habet fructus & utilitates. Quorum primus eſt, ꝙ pœnitentia regnum cælorum aperit peccatori, q̃d per eius culpam fuerat clauſum. Id ſatis comprobat præſentis thematis ſecunda pars, aſſerens regnum cælorum appropinquare ĳs qui pœnitentiam agunt. Vnde conſequens eſt, eoſdem etiam regno cælorum appropinquare, à quo fuerant elongati per culpam. Hoc etiam ſuo exemplo manifeſtat latro ille crucifixus cũ Chriſto. Qui cum cõfeſſus fuiſſet ſuam ipſius iniquitatem, & quod pro illa digne & iuſte erat addict⁹ cruci, cum etiam domini noſtri innocentiam publice prædicaſſet, & ipſius imploraſſet miſericordiam: audiuit ab eo hanc optatiſſimam promiſſionem: Amẽ dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Ecce quomodo ſalutaris illa pœnitẽtia etiam circa extremum uitæ articulum, illi latroni aperuit paradiſum. Secundus pœnitentiæ effectus eſt, q̃d peccatorem gratiæ dei reſtituit, quam deperdiderat per culpam. Quod nobis aperte cõſtat in ipſo rege Dauid: qui cum à Nathan propheta rep̃henſus de commiſſo adulterio & homicidio, humiliter ſuam culpam recognouiſſet, dicens: Peccaui domino, audiuit ab eodem hoc uerbum conſolatoriũ: Dñs qꝙ tranſtulit pc̃m̃ tuum, non morieris. Cũ etiã idem offendiſſet deũ grauiter in numeratiõe populi totius

Lucæ 23.

2. Reg. 12.

ſui regni, & cũ humilitate ſe peccaſſe fateretur, & dei plagam in ſe conuerti petiuiſſet, non in ſuũ populum innocentem: iuſſus eſt per Gad prophetam offerre holocauſtum dño, cuius oblatione facta in area Areuna Iebuſæi, mitigatus eſt dominus ſuper peccato Dauid, & recepit eum dñs deus in gratiam, ut ſcriptum eſt 2. Regum. Tertius pœnitentiæ fructus eſt, ꝙ à captiuitate ſathanę liberat hominem, & reſtituit in libertatem priſtinam gratiæ dei. Quod nobis aperto exẽplo demonſtrauit Manaſſes rex Iuda, filius Iezechiæ regis. Qui ob idololatriam & effuſionẽ ſanguinis prophetarũ corripientium ipm̃ de malitia ſua, deo permittente, captus fuit ab exercitu Aſſyriorum, & ductus in Babylonem captiuus. Vbi coniectus in carcerem & cõpeditus, reuerſus eſt ad cor, & egit ſalutarem pœnitẽtiam deo acceptam: liberatusq́ꝫ de carcere Babylonico, rediꝫt incolumis in regnum ſuũ, & uitam ſuam in melius commutauit. Deſtruxit enim om̃ia idola quæ prius fabricauerat, & aras eorũ ſubuertit: totumq́ꝫ ſui regni populũ induxit ad ſeruiendũ deo uero, & in bono ſtatu ac pace uitam ſuam finiuit, ut ſecundus liber Paralipomenõ diffuſe refert. Quinimo & oratio eius deuotiſſima, qua in carcere poſitus orauit deum pro uenia peccatorũ obtinenda, habetur in Biblia immediate poſt finem ſecundi libri Paralipomenon. Quartus huius ſacramẽti fructus eſt, ꝙ mitigat iram dei nobis infenſi propt̃ peccata noſtra, & à plaga nobis inferenda manum dei retardat. Quod aperte nobis oſtẽſum eſt in habitatoribus ciuitatis Niniues, ad q̃s miſſus eſt à deo Ionas ꝓpheta, ut prædicaret eis hãc dei ſententiã: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Quam cum audiſſent Niniuitæ, crediderũt uerbo domini: & conuerſi ſunt ad pœnitentiã oẽs à ma-

2. Reg. 2

2. Para.

Ione. 3.

ximo uſq; ad minimum. Quinetiam rex ipſe Niniuitarum, propoſuit edictum publicum per totum ſuũ regnum, ꝙ omnes ſaccis induerent & ieiunarent, & idipſum primus fecit, ut monſtraret alijs exemplum. Et hoc remedio placat⁹ eſt dominus, neq; intulit ſubuerſionem illi populo. Ecce exempla pręclara pœnitentię, oculis noſtrꝫ ꝓpoſita in ſacra ſcriptura, ut illã imitemur, & ardentius incitemur ad pœnitentiam. Quintus fructus pœnitentię eſt, ꝙ operat̃ remiſſionem peccatorum, & ea diluit atq; abolet animo. Quod ex euãgelio Lucæ plane cõſtat exemplo beatę Marię Magdalenæ: quæ cum prius fuiſſet in ciuitate peccatrix, & ad pedes Chriſti in domo Simonis Phariſæi ꝓuoluta, lachrymis huberrimis eos lauiſſet, exterſiſſetq; ſuis capillis & unguento perunxiſſet, meruit hanc à domino uocem conſolatoriam audire: Dimiſſa ſunt illi
Luc.7. peccata multa, quoniam dilexit multum. Et hãc deinceps: Mulier, remittuntur tibi peccata tua. Similit̃ be-
Matt.26. atus Petrus cum trinam illam negationem qua Chriſtũ abnegauerat, amaris deploraſſet lachrymis, in ſignum remiſſi iam peccati, ab angelo ſpecialiter nominatus eſt mulieribus ſanctis, ut illi reſurrectionẽ Chri-
Mar.16. ſti nunciarent, ut ſcribit Marcus, & à Chriſto ſpeciali
Luc.24. apparitione uiſitatus eſt poſt reſurrectionem, paſcen-
Iohan.21. darũq; eius ouiũ curam accepit. Quis igitur q̃tumuis grauis peccator iam deſperet de uenia? Sextus deniq; fructus eius eſt, ꝙ gratiam dei prius habitã & ꝑ peccatũ deperditã recuperat atq; reſtituit, imo uiuificat oĩa bona opera ante peccatũ facta, & per peccatũ morti-
Luc.15. ficata. Quod nobis aperte deſignat̃ in parabola de filio ꝓdigo, q cum oĩbus bonis ſuis cõſumptis, nudus & miſerabilis redijſſet ad patrem ſuũ, & miſericordiam ipſius per ueram pœnitentiã ſuppliciter imploraſſet;

amplexãs illum pater cum admirãda benignitate, & recipiẽs in ſinũ paternæ pietatis, iuſſit ipſi filio ſuo (q mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus fuit) proferri ſtolam primã, id eſt, candidã innocentiæ ueſtem: quam in baptiſmo ſuſceperat, & annulos in manibus, ac calceamenta in pedibus. Per quod deſignat, ipſum pœnitentem, quãdo ad dominum cõuertitur, recuperare gratiam innocentiæ & alia dona dei, collata illi poſt baptiſmum: ut fiat amicus dei, qui prius p peccatum fuerat inimicus, quia iſtud eſt ſacramẽtum reconciliationis. Itaque per illud det nobis deus gratiam & gloriam, Amen.

¶DE SACRAMENTO ordinis, ſermo.

VOS elegit dominus, ut ſtetis coram eo, & miniſtretis ei. Secundi libri Paralipomenon ca. uiceſimonono. Et ſunt uerba Iezechiæ regis Iuda laudatiſſimi, ad ſacerdotes & Leuitas templi Ieruſalẽ, cum eos hortaretur ad rite exequẽdum ſuum officiũ in miniſterio ſanctuarij. Recte tamen ea applicantur ad quoſcunq;, etiam in noua lege conſtitutos in ordinibus eccleſiaſticis: quoniã omnes etiã illi à deo ſunt delecti, ut aſſiſtant in conſpectu domini, & miniſterium illi exhibeant. Certe ab ipſo mũdi exordio ſemper fuerunt aliqui ſpecialiter ad cultum deo exhibẽdum in tabernaculo conſtituti: & à reliqua turba plebeia, populari & laica, moribus & uita ſeparati. Quinimo ethnici, gentiles & pagani, à cognitione ac fide unius & ueri dei alieni, pro ſuorum cultura (qui tamẽ dij nõ erant, ſed dæmonia, ut ſcriptum eſt in pſalmo) habuerunt miniſtros, flamines & pontifices, à multitudine Pſalm

laicorum diſſeparatos: quoniam indignum cenſebāt, infimæ ſortis uiros & plebeios, abiectęq; conditionis, admitti ac deſumi ad miniſterium templorū dijs ſuis exhibēdum. Quanto magis ipſe uiuus & uerus deus, nō per quoſuis de media plebe, populariq; caterua colendus eſt in ſui altaris miniſterio, ut oblatrant hæretici, dicentes, omnes homines charactere baptiſmali inſignitos, eſſe ſacerdotes, pueros ſcilicet & puellas, uiros & mulieres: ſed colendus eſt ipſe deus per aliquos ad hoc ſpecialiter conſecratos, & ad miniſteriū eccleſiæ ordinatos, ſcientiaq; & moribus probatos.
[Nu]me. 3. Quandoquidem in Numeris iuſſit deus Moyſi, q applicaret tribum Leui ad cultum tabernaculi, & ſepararet à cæteris tribubus ad miniſterium ſanctuarij, ut ſoli de illa tribu, & nulli de alia quacunq; tribu, aſſumerentur ad miniſtrandum deo circa altare. Vnde Oza
[Re]g. 6. manu tangens arcam domini, quod ſui non erat officij, ſed Leuitarū, ſubita morte percuſſus eſt à domino.
[R]eg. 13. Et Saul rex Iſrael, quia præſumpſit offerre holocau-
[Pa]r. 26. ſta domino, abiectus eſt de regno ſuo. Denique Ozias rex Iuda, quia præſumpſit adolere incēſum in templo domini, quod ad ſolos pertinebat ſacerdotes: ſubito lepra eſt infectus, eiectusq; eſt de tēplo, & permāſit per totam ſuam uitam leproſus. Itaque longe potiore ratione, in lege euangelica, quæ dignior eſt & perfectior quàm lex uetus, imo excedit eam ſicut ueritas figuram, lux umbram, & facies uiua ſuam imaginem: qui ad miniſterium templi deputantur, ſpecialiter eximuntur & diſtinguūtur habitu, uita, moribus & ſtatu, à turba uulgari & populari, atque à laicis diſſeparātur per ſuſceptionem ordinum à Chriſto ordinatorum, atque ab apoſtolis & eccleſia continuò uſu approbatorum, ut de illis etiam uerū ſit præſentis ſer

monis thema: Vos elegit domin⁹, ut ſteris coram eo, & miniſtretis ei. Aue Maria.

¶ Vos elegit dominus, ut ſtetis coram eo, & miniſtretis ei. Ex loco ſuperi⁹ adducto. In prima parte declarabitur quid eſt ordo, ut nomen eſt ſacramenti eccleſiaſtici, & quot ſunt ordines. In ſecunda, quæ ſunt neceſſaria ad debitam ordinum ſuſceptionem, & quot & quæ ſunt de neceſſitate huius ſacramenti. Quantum ad primã partem, ordo diffinitur à Magiſtro ſententiarum in quarto libro, diſtinctione uiceſimaquarta, quòd eſt ſignaculum quoddam ſacrum, quo ſpiritualis poteſtas datur ordinato & officium, quod icili cet exerceat in eccleſia, & circa rem eccleſiaſticam. Et ſeptem ſunt ordines eccleſiaſtici (ut idem late in eodẽ loco proſequitur) propter ſeptiformem gratiam ſpiritusſancti: cuius qui non ſunt participes, ad gradus eccleſiaſticos indigne accedunt: qui etiam diffuſe declarantur in libro decretorum, diſtinctione uiceſimatertia. Iſti autem ſeptem ordines, ipſius capitis noſtri, ſcilicet Ieſu Chriſti, exemplo monſtrãtur: qui omnium officia in ſeipſo exhibuit, & corpori ſuo quod eſt eccleſia, eoſdem ordines obſeruandos reliquit. Horũ uero ſeptẽ ordinũ, q̃tuor ſunt non ſacri, ſcilicet Oſtiarij, Lectores, Exorciſtæ & Acolythi: ſic dicti, quia eos ordines ſortiti, non obligantur ad perpetuam continentiam ſeruandam, ſed poſſunt matrimonium contrahere. Tres autem reliqui, ſcilicet Subdiaconi, Diaconi, Sacerdores, dicuntur ordines ſacri, quia illos conſecuti, obſtringuntur ad perpetuam continentiã, nec poſſunt uxorio ſe uinculo innectere. Itaq; prim⁹ ordo ẽ Oſtiariorũ, q ita nũcupati ſunt, qa p̃ſunt oſtijs tẽpli. Horũ officiũ eſt, om̃ia intra templũ & extra ſub 2. par.

claue diligenter cuſtodire, atq; inter bonos & malos diſcernere, dignosq; in templũ admittere, & indignos repellere. Quod officium Chriſtus exercuit, quando facto de funiculis flagello, ementes & uendentes eie-
an.2. cit de templo. Et de ſeipſo dicit, Ego ſum oſtium. per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur & egre
an. 10 dietur, & paſcua inueniet. Secundus ordo eſt Lectorũ, qui à legendo dicti ſunt, quoniã eorum eſt officiũ, in eccleſia legere oracula prophetarũ, & alias ſacras lectiones, ad ſeruitium eccleſiaſticũ pertinentes, diſtincte, aperte & alte corã omni populo & clero. Et hoc
c.4. officium peregit Chriſtus in ſe, quando oblato ſibi à miniſtro in conſpectu ſynagogæ libro Iſaiæ prophetæ, legit in omnium cõſpectu uaticinium unũ eiuſdẽ
61. prophetę, ſcilicet, Spiritus domini ſuper me &c. quod in ſeipſo perhibuit eſſe completũ, & de ſe fuiſſe prænunciatum. Tertius ordo eſt Exorciſtarum, id eſt, adiurãtium: quorum officium eſt, ſuper energumenos & uexatos à dæmonio inuocare nomen domini, illiusq; uirtute adiurare & expellere immundos ſpiritus ab obſeſſis. Quod quidem officium Chriſtus, cum in in terris diuerſaretur, exercuit, quãdo eiecit dęmonia
c.9. ab hoĩbus in ptãte & imperio uerbi, ut cum dixit: Præcipio tibi immũde ſpiritus, ut exeas ab eo, & ne amplius in eũ introeas. Et ſępe a'ias, ut euãgelica lectio mul
c.4. tis in locis plane oſtẽdit. Quartus eſt ordo Acolythorum, qui latine ceroferarij dicuntur, à ferendis cereis in officio eccleſiaſtico. Horum autem officium peculiare eſt, deportare cãdelabra cum cereis accenſis, qñ legẽdum eſt euãgelium, uel ſacrificium miſſæ offerendum, præparareq; luminaria in ſacrario: quæ adhibentur etiam in die, ad repræſentandã lucem illam perpetuãm regionis cæleſtis, ad quam pie & iuſte uiuendo

& dei mandatis obſequendo tãdem peruenitur. Admonet enim lumen materiale cereorũ nos illius ęter næ lucis, in terra uiuentiũ perpetuo rutilãtis, eſſe memores. Hoc uero officium Chriſtus ſe exercere perhibuit ſpiritualiter, quando dixit: Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumẽ uitæ. Quintus eſt ordo Subdiaconorum, q̃ ideo ſic uocantur, quia ſubſunt & ſubiacent pręceptis Diaconorum. Horum autẽ officiũ eſt, epiſtolam in miſſa legere, aſtareq́ ſecũdo loco ſacerdoti celebranti. Ad eos itidem pertinet, calicẽ & patenam ad altare deferre, & diaconis tradere eisq́ miniſtrare: urceolum quoq́ & manutergium tenere, & ſacerdoti celebrãti pro lauãdis ante altare manibus aquam prębere. His autem lex continentię imponitur: quia altari propin quãtes plus q̃ aliqui ſupradictorũ ordinum, uaſa cor poris & ſanguinis Chriſti portãt, & propheticũ illud dictum implere debẽt: Mundamini qui fertis uaſa do mini. Porro hoc officiũ in ſe exhibuit Chriſtus, quantum ad uſum ſimilem & exercitium, quãdo in ultima cœna linteo ſe pręcinxit, miſit aquã in peluim, lauitq́ pedes diſcipulorũ ſuorum, eoſdẽq́ lotos extérſit linteo, ut teſtatur Iohannes. Sextus eſt ordo diaconorũ, id eſt, miniſtrorũ altaris, qui præcipuum habent circa ſacerdotem celebrãtem in altari miniſterium, legẽdi ſcilicet euangelium alta uoce in miſſa, & imponendi calici ſacro uinum & aquam, atq́ hoſtiã ſubminiſtrandi. Et quoniã propius q̃ ſubdiaconi accedũt ad ſacra uaſa contrectanda, & ad exhibendum fidelibus ea q̃ ad ſacramentorum uſum pertinent, etiam potiore ratione q̃ ſubdiaconi, obligantur ad legem continentię obſeruandã. Dicuntur & iidem, Leuitæ, à genere Leui ueteris teſtamẽti, cum quo idem ſortiuntur officiũ

Iohan. 8
Iſa. 52.
Iohan. 13

att. 25. in miniſterio templi. Quod & Chriſt⁹ in ſe exhibuit, quando ſuum ſacratiſſimum corpus & ſanguinem di
tnũ. 6. ſcipulis ſuis in ultima cœna miniſtrauit atq; diſtribuit. Et poſt miſſionem ſpirituſſancti in diſcipulos, apoſtoli leguntur elegiſſe ſeptem diaconos in miniſteriũ fidelium. Septimus eſt ordo ſacerdotum, omnium ſupremus & excellentiſſimus, propter ſublimitatẽ officij quod gerunt, ſcilicet celebrãdę miſſæ & conſecrandi corporis & ſanguinis Chriſti in altari. Vnde & cõtinentiæ legi merito ſunt obſtricti, quoniã ſancta ſanctorum manibus contrectant, quæ non niſi cum ſumma puritate ſunt cõtingenda. Clamat enim dominus
nit. 19. non ſemel per ſcripturam: Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum. Hi etiam presbyteri gręce dicuntur, id eſt, ſeniores, non ab ingraueſcente & ſenili ætate, ſed à maturitate morum & grauitate conuerſationis, quam debent habere cum omni honeſtate, ut cæteris
piẽ. 4. cedant in exemplum bonitatis, ut Sapiens ait: Aetas ſenectutis uita immaculata. Hoc autem officium in ſe Chriſtus exhibuit, quando in ultima cœna panem
att. 26. conſecrauit in ſuum ſacratiſſimum corpus, & uinum in ſuum ſanguinem, & quando deinde ſeipſum tradi-
he. 5. dit pro nobis in cruce oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis, ut ſcribit beatus Paulus ad Epheſios. Ecce ſeptemplicẽ eccleſiaſticorum graduũ modum & formam, de qbus omnibus & ijs qui eos ſunt ſortiti, dicitur quod in principio ẽ propoſitũ pro themate: Vos elegit dominus, ut ſtetis coram eo &c.

¶ Pro ſecunda parte huius ſermonis expedienda, id annotandũ eſt, qꝫ ſeptẽ ſunt potiſſimũ, quæ aſſignãtur eſſe de neceſſitate huius ſacramenti, ſ. ordinis eccleſiaſtici. Primũ eſt, ſexus uirilis. Nempe mulier nõ eſt ſuſceptibilis huius ſacramenti: & ſi quis attentaret

ei aliquem conferre ordinem eccleſiæ, nihil faceret, neq; conferret illi: quia ex inſtitutione Chriſti non eſt iſtius ſacramenti capax. Si eñ alicui mulierũ competerent ordines, maxime cõueniſſent ſacratiſſimæ uirgini & matri dei Mariç, ob ſanctitatis ipſius inſignem excellentiam. Attamen ipſi nõ contulit filius ſuus poteſtatem clauium, nec ullum ordinem eccleſiaſticum: per quod ſignificauit, & cæteris fœminis idipſum ordinis ſacramentum eſſe denegatum, nec ullis earũ eſſe conferendum. Secundo, ad ordines ſuſcipiendos requiritur præcedens baptiſmus, qui etiam eſt fundamentum cæterorũ ſacramentorum. Nam ſi aliquis nõ baptizatꝰ attẽtaret recipere aliquẽ ordinẽ eccleſiaſticũ, nihil reciperet: & oporteret eum poſt ſuſceptum baptiſmum iterum ordinari, & de nouo recipere etiam illos quos ante baptiſmum tentaſſet recipere. Quod manifeſte cõſtat ex tertio lib. epiſtolarũ decretalium, titulo de presbytero nõ baptizato, cap. ſi quis, ubi ex cõcilio apud Cõpendiũ habito, depromitur hoc decretum: Si quis presbyter ordinatus, deprehẽderit ſe nõ eſſe baptizatum: baptizetur, & iterum ordinetur. Tertio exigitur poteſtas ordinantis, quoniam qui nõ eſt epiſcopus, quantacũq; polleat ſanctitate, aut quauis alia dignitate eccleſiaſtica, ordines eccleſiaſticos conferre non poteſt: q; ex inſtitutione Chriſti ad ſolum epiſcopũ ptineat cõferre & q̃tuor minores ordines ſupradictos, & tres maiores. Quarto requirit̃ tã ex parte ordinantis q̃ ordinati intentio recta, ut ſcilicet ordinans, intẽdat facere quod facit & inſtituit eccleſia: & ſuſcipiens ordines, etiam intendat recipere, quod per ſuam ordinationem eccleſia tradere conſtituit. Si enim in hoc ſacramento (ſicut & in aliis quibuſcunque) deſit hæc intentio in conferente

ſacramenta & ſuſcipiente,ſi eſt capax rationis:nõ con fertur illi tale ſacramentum, & ille nihil illius recipit. Quinto expoſcitur in hoc ſacramẽto materia,ſeu exterius ſenſibile aliquod ſignũ aut materiale:quod traditur ſuſcipienti à cõferente in ſua ordinatione,ut clauis,aut liber,aut calix,& conſimilia,cũ certa uerborũ forma, q̃ in illa traditione ꝓfert ab ordinãte ſup ordinatum.Et hæc materia atq; forma in unoquoq; ſeptẽ ordinum eſt diuerſa atq; diſtincta, ſecundũ eorum diuerſitatem atq; uarietatem. Vſqueadeo tamẽ utrũq; eorum,& materia ſcilicet & forma, eſt neceſſariũ ad unumquẽq; dictorum ordinũ,ut ſi unum eorũ defuerit aut alterum,non conferãtur ordines. Sexto requiritur ad ſuſceptionem ordinum tempus ſeu ætas, à iure determinata ad ſuſcipiendos ordines:tum quidem ratione præcepti & de neceſſitate obligationis eccleſiæ, quæ iubet ante certã ætatem hominem non ordinari:tum etiã ſecundũ multorum opinionem, de neceſſitate ſacramenti requiritur ætas talis,ꝙ homo habeat uſum rationis: quoniã ſi paruulus in infantia ſua & nõdum habens uſum liberi arbitrij ordinaretur ab aliquo,non reciperet characterem,nec ordinem,quẽ attentaret epiſcopus illi dare. Nam ut paulo ante dictum iam eſt, ad ſuſcipiendos ordines requiritur intentio recipiendi id,quod eccleſia dare intendit. Hãc autem intentionem non poteſt habere infans,cũ nõdum habeat uſum liberi arbitrij. Quõ etiã in ſubdiaconatu,diaconatu,& ſacerdotio, ſi cõferrent infanti, obligaret ſe infans ad perpetuã cõtinẽtiam ſecũdum eccleſiæ conſtitutionem,cũ nondum per defectũ ętatis norit quid ſit continẽtia? aut quis ſanę mentis tam graue iugum uellet imponere infanti, rerum omniũ inexperto? Septimo aũt loco requiritur tam in ordi-

nante quàm ſuſcipiente ordines, ieiunium, id eſt, abſtinentia à ſumptione cibi ante ordinationem: ut puriore mente ordinans conferat ordines, & ordinatus eos ſyncerius ſuſcipiat. Nempe ipſe ordinans ſecundum eccleſiæ conſtitutionem debet conferendo ordines celebrare miſſam, quod non niſi ieiunus facere poſſet. Suſcipiens etiam ordines, ex laudabili conſuetudine eccleſiæ recipit ab ordinante poſt ſuſceptũ ordinem ſanctam euchariſtiam, ad quam ſumẽdam debet eſſe ieiunus. Et ubi illam non reciperet, tamen ob reuerentiam ſacramẽti ordinis, ut cum maiori deuotione ſuſcipiatur, & liberiore animi ſynceritate debet eſſe ieiunus. Hoc tamen poſtremum non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed ſolum de neceſſitate præcepti, quia id eccleſia ordinauit. Ad honeſtatem tamen & congruitatem ſacramenti multum pertinet. Et ſi quis aliter faceret, grauiter peccaret propter inobedientiam. ¶ Sunt & alia nonnulla ad honeſtatem & congruitatem, imo neceſſitatẽ præcepti pertinentia ad ſuſcipiendos ordines. Quorum primum eſt, ꝙ ordinandus ſit contritus & confeſſus, ut ꝑ confeſſionem ſacramentalem ſit diſpoſitus debite ad recipiendam gratiam, quæ in ordinum collatione confertur. Admonet enim beatus Paulus Timotheum, ꝙ reſuſcitet gratiam quæ data eſt illi per impoſitionẽ manuũ presbyteri. ex quo manifeſtum ſumitur argumentum, ꝙ in collatione ordinum confertur gratia. Secundũ eſt, ꝙ in ordinãdis potiſſimũ ad maiores ordines promouendis, ſit ſufficiens literatura & ſcientia rerũ ſacrarum. Indignũ eſt enim & ſcandaloſum, idiotas & illiteratos promouere ad ordines eccleſiaſticos, qui nec loqui latinum nec legere ſciant. Idcirco dicit dominus per Oſee prophetam: Quia tu ſcientiã 1. Tim. 4

ſe.4. repuliſti,repellã & ego te,ne ſacerdotio fungaris mi-
hi. Tertium eſt, ꝙ in ordinãdis ſit probitas uitæ & ho
neſtas morũ,maturitasꝗ rectæ conuerſationis. Quo
niam ipſi clerici & in ſortem atꝗ miniſterium templi
aſciti, conſtituuntur tanquam ſpeculum & exemplũ
uitæ omnibus aliјs, ut eos imitentur tanquam duces
ad patriam cæleſtem. Si autem ſcelerati ſint uiri eccle
ſiaſtici,inferunt aliјs graue ſcandalum, & trahunt eos
pariter ſuo exemplo in foueam damnationis ęternę.
Idcirco conqueritur dominus per Prophetam: Laque
ſe.9. us ruinæ populi mei,ſacerdotes mali. Cæterũ ſic ſtu-
deant omnes uocati ad ſtatum eccleſiaſticum,deo ſer
uire hic in ſuo templo materiali, ut demum ei perpe
tuo ſeruiant in templo ſuo cæleſti. Amen.

❡DE SACRAMENTO matrimonij,ſermo.

SAcramentum hoc magnũ eſt, ego aũt
dico in Chriſto & eccleſia. Ad Epheſi
os v,capi. ad cõmendationem matri-
monij hæc uerba ſcribuntur. Et reuera
magnũ eſt illud ſacramentũ. Primo ra
tiõe antiquitatis, quia à deo fuit inſtitutũ ſtatim poſt
primorum parentũ formationem, cũ adhuc in ſtatu in-
ene.2. nocentiæ exiſterent. Deinde poſt diluuij ceſſationem
fuit iterum à deo confirmatũ, cũ dominus dixit Noæ
ene.9. & filijs eius de arca egreſſis: Creſcite & multiplica-
mini,& replete terrã. Et ita ex dei approbatione de-
currit hoc ſacramentum per totũ ueteris legis tẽpus.
In nouo uero teſtamento dominus noſter approba-
att.19. uit nuptias,qm̃ ex uirgine deſponſata uiro, dignatus
eſt naſci. Et ad nuptias uocatus, eas primo ſuo mira-
han.2. culo,ſ.mutatione aquæ in uinũ, illuſtrauit. A Phari-
ſæis etiã poſtea interrogatus,an licite poſſet uir dimit

tere ſuam uxorē, adductis ipſius Adę uerbis, ex diuina inſpiratione prolatis in prima inſtitutione matrimonij, ſubiūxit: Quod deus cōiunxit, hō non ſeparet. Per quam ſententiā huic ſacramento magnam adiecit dignitatem & pondus. Secundo hoc ſacramentum eſt magnū ratione ſignificationis, qm̄ tria nobis repræſentat excellentia myſteria. Primo unionē per amorē ipſius Chriſti ſpōſi & eccleſiæ ſponſæ ſuæ dilectę, quā emūdauit ab omni macula lauacro baptiſmi & effuſione ſui ſanguinis in cruce, quēadmodū B. Paulus pie deducit cū ait: Viri, diligite uxores ur̄as, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiā. & cætera q̄ ſubſequunt̄ in eandē ſententiā cum ſumma pietate. Et hoc myſteriū nobis inſinuat etiam in eodem loco beatus Paulus, per ſecundam partem thematis modo propoſiti. Secundo ſacramentum matrimonij ſignificat nobis unionem naturæ diuinę cum humana in una CHRISTI perſona, ſine ulla illius admirabilis unionis ſeparatione poſtea ſubſecuta. Quod enim ſemel aſſumpſit Chriſtus, nūquam dimiſit, ut ait Damaſcenus, ad deſignandam ipſius matrimonij indiuiduam & inſeparabilem ſocietatem. Fuit enim in illa deitatis cum humanitate ineffabili coniunctione, in CHRISTO facta, matrimoniū quoddam ſpirituale, in thalamo uirginali, ſcilicet in utero ſacratiſſimæ dei matris Mariæ, celebratum cum ſummo totius chori cæleſtis tripudio. Tertio matrimonium nobis ſignificat unionem ipſius dei cum anima fideli per amorem & charitatem. In qua ſpirituali copula etiam eſt quoddam coniugium per glutinum & uinculum dilectionis, q̄d nunquam dirumpitur niſi per peccatum ſpōte ab anima cōmiſſum, diſſeparans ipſam à deo. Et de hac unione myſtica ſcribit beatus Paulus: Qui adhæret deo,

Matt.1[9]

Ephe.5

Ibidem

1.Corin

unus ſpiritus eſt cum eo. Magnum eſt igitur matri-
monij ſacramentum, quod tam magna, myſteria no-
bis repræſentat, & in magna habendum ueneratione
& reuerentia. Aue Maria.

Ephe.5. ¶ Sacramētum hoc magnū eſt, ego autem dico in
Chrō & eccleſia. Ex loco prius adducto ſunt deprom
pta hæc uerba. In prima parte, quæ ſunt neceſſaria ad
debitam huius ſacramenti obſeruationem, declarabi
tur. In ſecunda uero, quæ ſunt mutua uiri ad uxorem
ac ediuerſo officia, deprometur. Pro prima parte ab-
ſoluenda, ſunt nonnulla ad huius ſacramenti rectam
ſuſceptionem & uſum neceſſaria. Quorum primum
eſt, ꝙ eius cōſtituatur debitus & honeſtus finis ac in-
tētio, propter quem ſuſcipiatur, qui præſertim debet
eſſe duplex. Primo ſcilicet ad prolis ſuſceptionē, atq;
educationem in dei cultu & obſequio. Quem finem
1.Tim.2. beatus Paulus inſinuat, cū ſcribit ad Timotheum de
muliere coniugata: Saluabitur autem per filiorū gene
rationem, ſi permanſerit in fide & dilectione & ſan-
ctificatione cum ſobrietate. Et ad hūc finem fuit pri
mo inſtitutum à deo matrimoniū in ſtatu innocētiæ,
ſcilicet in officium prolis habendæ. Secūdo debet ma
trimonium ſuſcipi ad euitandā fornicationem & ꝓ-
lapſionem in libidinem, ex procliuitate carnalis con-
cupiſcentiæ illicientis ad multa facinora, niſi frenum
illi adhibeatur, cui per honeſtatem nuptiarū legitime
occurritur. Et hanc cauſam deſignat & exprimit bea-
1.Corin.7 tus Paul⁹, cū in prima ad Corinthios epiſtola ſcribit:
Propter fornicationē autem (ſubaudi uitandā) unuſ-
quiſq; uir uxorem ſuā habeat, & unaquæq; uxor ſuū
uirum. Et ad hunc etiam finem ordinatum fuit matri
monium poſt lapſum primorū parentum, ut eſſet ſci
licet in remediū carnalis concupiſcentiæ. Quod ſi qs

inordinatum finem matrimonij ſibi conſtitueret, &
principaliter illud contraheret ad explendam ſuã li-
bidinem, non ſumeret id ſacramentum ad animæ ſuę
ſalutem. Propter hoc enim ſeptem uiri Saræ filiæ Ra Thob.6
guelis, fuerunt prima nocte præfocati à dęmonio, cui
nomen erat Aſmodæus, ut patet ex his uerbis angeli
Raphaelis ad Thobiam iuniorem: Audi me, & oſten
dam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmoniũ.
Hi nanq; qui coniugium ita ſuſcipiũt, ut deum à ſe &
à ſua mente excutiant, & ſuæ libidini ita uacent, ſicut
equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet po- Pſal.31 Thob.6
teſtatem dæmonium ſuper eos. Secũdo ad matrimo
nium requiritur cauſa efficiens, ſcilicet mutuus cõſen
ſus & uiri in uxorẽ & uxoris in uiꝝ, per uerba de p̄ſen
ti expreſſus. Et debet ille cõſenſus ex utraq; parte eẽ li
ber & uolũtari⁹ atq; ſpõtaneus, & minime coactus aut
imperio parentũ, aut alicui⁹ ſuperioris autoritate: q̃m
coacta matrimonia, & inuita altera parte facta, ſp̄ ſo-
lẽt triſtes & funeſtos habere exitus, & aliq̃ infortunio
deturbari, quoniã non fuerunt recte inchoata. Et ra-
ro felices habẽt exitus humana opera, quæ malo ſunt
inchoata principio. Idcirco quemadmodũ filij & filię
non debent nuptias contrahere ſine conſilio, ſuaſu,
conſenſu & autoritate ſuorum parẽtum, ſed illorum
inniti directioni & beneplacito: quoniã ſi pro ſuo ar-
bitrio & placito ineant fœdera nuptiarum, inconſul-
tis parentibus aut tutoribus eorum, ſolent in graues
incidere calamitates, ꝙ ſolam ducem ſequãtur ſuam
carnalem concupiſcentiam. Ita ediuerſo parentes nõ
debent adigere ſuos filios aut filias imperioſe ad cõ-
trahendum matrimoniũ cum aliqua perſona, ad quã
non habent animi affectum, & in quam libere & ul-
tro non conſentiunt: quoniã tam graue pondus & ſar

cina rei uxoriæ, non eſt inuitis eorum humeris impo-
nenda. Huius autem rei exemplum ſcribitur de Re-
becca filia Bathuelis, & fratre Laban, quæ quamuis à
matre & fratribus ſuis eſſet deſignata uxor ipſius Iſa-
ac filij Abraæ, ſecundum diuinam diſpoſitionem ex ſi
gno præcedente cognitam: tamen antequam diſcede
ret ad illas nuptias, dixerunt adinuicem: Vocemꝰ pu-
ellam, & quæramus ipſius uoluntatem. Cumq́ꝫ uoca
ta ueniſſet, dixerunt ei, ſciſcitatiq́ꝫ ſunt: Vis ire cum ho
mine iſto? Quæ ait: Vadam. Et dimiſerunt eam abire
cum ſeruo Abraam, qui uenerat ad procurãdas illas
nuptias, ut pergeret ad Iſaac uirũ ſuum. Tertio ad ma
trimonium expoſcitur debita materia, ſcilicet uir &
mulier legitimæ ætatis, idonei ad prolis procreatio-
nem & cætera matrimonij officia: inter quos nullum
intercedat impedimentum, quod prohibeat eos adin
uicem matrimonio iungi, ſecundũ eccleſiæ cõſtitutio
nem: ſcilicet neq; conſanguinitas, neq; affinitas in gra
du prohibito, neq; uotum continentię aut religionis,
aut ſacrorꝫ ordinũ iam à uiro facta ſuſceptio, & ita de
cæteris impedimẽtis à iure determinatis, quæ ꝓhibẽt
matrimonia inter aliquos contrahi. Et ut illa impedi
mẽta, ſi qua ſint, poſſint cognoſci ante nuptias, debẽt
fieri bãna ꝑcedẽtibus diebus publica, in qbus denun-
cient̃ ſpõſalia eſſe cõtracta inter tales & tales ꝑſonas:
ut ſi qs aliq̃d nouerit eſſe inter eos impedimentũ legi
timũ, denũciet illud eccleſiæ, anteq̃ procedatur ad nu
ptias. Neq; debẽt cõtracturi matrimoniũ petere diſpẽ
ſationem illorꝫ bannorũ, qm̃ ex eorꝫ ſuppreſſione in-
terdũ eueniũt grauia ſcãdala & ꝑicula, qñ poſt factas
nuptias uenit in lucem aliquod impedimentũ, q̃d eos
cogit diuelli. Quarto ad matrimoniũ requirit̃ debita
forma, ſ. q; ſm ritum & ceremonias laudabiles cõtra-
hatur matrimoniũ in facie eccleſię, & publice accipia

tur bñdictio à ſacerdote miſſam celebrante. Qui eñ clandeſtina faciũt matrimonia, & excõmunicationẽ incurrunt, & inobediẽtes ſunt eccleſiæ, & mille ſe ma lis implicant ac inuoluunt, & tandẽ miſeri ſunt & miſerabiles & calamitoſi. Quare ab illis ſummopere debent abſtinere, qui animæ ſuæ ſaluti uolunt cõſulere. Debent etiã ſponſę ad eccleſiam duci, non primo mane, & cum adhuc ſunt tenebræ, ut faciunt nõnulli fugientes hominũ cõſpectum: quoniã is modus agendi propemodum accedit ad clandeſtinũ matrimoniũ, & ſuſpicionem quandã mali ingerit animis hominũ: ſed claro iam die & in propatulo ducantur ad eccleſiam ritu conſueto, ut laudentur ex probitate & continentia uitæ hactenus ſeruata. Ad debitam etiam formam illud ſpectat, ꝙ ſponſus & ſponſa anteꝗ̃ contrahant matrimoniũ, ſecũdum laudabilem eccleſiæ ritũ uadãt ad confeſſionem, ut inſtruantur à ſacerdote de ijs quæ debent facere in ſtatu matrimoniali: & etiam recte diſponant ad gratiã dei percipiendã, q̃ in hoc ſacramento cõferi rite illud ſuſcipiẽtibus, & ꝑ quã dirigantur recte ad faciendã ſuam ſalutẽ, & ad iuſte ac bñ uiuendum in eo laudabili ſtatu quem ſuſcipiunt: quoniam ut in principio eſt aſſumptum, Sacramentũ hoc magnum eſt, ego autem dico &c.

¶ Pro ſecũda ſermõis huius parte expediẽda, id ſcire eſt operępreciũ, ꝙ ut dicit Magiſter ſentẽtiarꝫ in 4. lib. diſtin. xxxi. ex ſciẽtia B. Auguſtini, tria ſunt bona coniugij, ſcilicet fides, proles & ſacramentũ. Fides q̃dem, ut ſeruetur thori fidelitas ſine adulterio. Proles, ut nutriatur in dei obſequio. Et ſacramentum, ut indiuiſum maneat matrimoniũ & ſine diuortio. Et ſm hæc tria bona ſumuntur tria prima officia, quæ debẽt ſibi mutuo coniuges præſtare. Quorum primum

eſt,q; fidē promiſſam ſibi mutuo in conſpectu dei & eccleſiæ,debēt ſeruare,thoriq; fidelitatē,ut uir ad alienam non accedat mulierem,neq; uxor ad alienū uir. Quod ſi facerent,datam mutuo fidem frangerent,pmiſſum ſuum uiolarent,& adulterium committerēt.
Exod. 20. Quod & diuina lege atq; pręcepto eſt prohibitum,& in ueteri lege ex dei ordinatiōe puniebat lapidatiōe,
Leuit. 20. acerbaq; morte corporali, ad oſtendēdam grauitatē atq; enormitatē mali. Ex illo etiam ſcelere adulterij, tanta proueniūt incōmoda, & animæ,quæ obligatur ad æternā dānationem: & corporis,quod plerūq; incurrit exinde graues morbos:& bonorum externorū, quæ diſſipantur ac prodigūtur: & alia permulta detrimenta, tot & tanta, ut ne una quidem hora ſufficeret ad illa enarranda.Et expimēto ut plurimū cognoſcit, maledictionē dei deſcendere in domū in q̄ regnat adulteriū: propter calamitates, miſerias,ærūnas,egeſtatem &inopiā,quæ deo ultore illā domum opprimūt. Secundum uero coniugatorū officiū eſt, quod ſuſceptam in matrimonio prolē diligenter enutriāt in ti-
Tob. 1. more dei, à prima ætate, exēplo ſancti uiri Thobiæ,q filium ſuū ab infantia docuit timere deum,& abſtinere ab omni peccato.Si enim per ſuā indulgentiam aut negligentiam,parentes permittūt ſuos filios aut filias in prima pueritia aſſuefacere ſe peccatis,& non caſtigant eos: reddent de illis rationem coram deo in die iudicij,& interdum etiam tēporalter punietur in hoc
1. Reg. 4. mundo,ſicut Eli ſacerdos in Iſrael, cadens retrorſum de ſella ſua, fractis ceruicibus, expiraſſe legitur, eo q nouerat indignē atq; peruerſe agere filios ſuos, & nō
1. Reg. 2. corripuit eos. Hinc recte dicit Eccleſiaſticus:Qui dili
Eccle. 30. git filium ſuū, aſſiduat illi flagella. Et Salomon in Pro
Prou. 13. uerbijs: Qui parcit uirgæ,odit filium ſuum. Tu uirga

percuties eum,& animam illius ab inferno liberabis. Sunt & in eãdem ſententiam complura alia in ſacris literis præclara monita,quæ nunc omittuntur. Tertium coniugatorum officium eſt,quod non debent cõiuges quandiu uiuunt,abinuicem ſeparari:ſed cohabitare & mutuam adinuicem ſocietatem habitationis ſeruare.Qđ ex ipſa matrimonij diffinitione apte conſtat,qua dicitur eſſe legitima uiri & mulieris coniunctio,indiuiduam uitæ ſocietatem continens. Idem & beatus Paulus confirmat,cum ait:Non ego præcipio, ſed dominus,uxorem à uiro non diſcedere:ꝙ ſi diſceſſerit,maneat innupta,aut uiro ſuo reconcilietur. Nẽpe uſqꝫadeo eſt indiſſolubile uinculum matrimonij, quod ſi etiam per iudicium eccleſiæ fieret diuortiũ inter uirum & uxorem,quoad thorum aut cohabitationem,nunquam tamen fieri poteſt quo ad uinculũ matrimonij.Nam mulier dimiſſa ſemper manet uxor uiri ꝗ eã dimiſit,ut nec ipſa uiuẽte uiro poſſit alteri nubere,aut uir alterã ducere,illa quã dimiſit ſupſtite:alſ ter adulteriũ cõmitterẽt. Vñ cõſtat,ꝙ grauiter peccẽt uiri,ꝗ etiã ſine iudicio eccleſiæ & abſqꝫ legitima cauſa dimittunt uxores ſuas clanculum, & uadunt in alienas regiones,ubi uagantur interdum multorum annorum ſpatio,& dant occaſionem ſuis uxoribus labẽdi in adulterium,aut propter inopiam,aut fragilitatẽ carnis. Certe tales deberent puniri in republica,ſicut fures & latrões,propter ſuã infidelitatem. Quartum cõiugatorum officium eſt,quod debent adinuicẽ uiuere in pace & concordia:uir quidem præſidendo,& primatum in domo habendo:mulier autem obediẽdo uiro,& ſe illi ſubijciẽdo. Siquidem inter ea quæ Eccleſiaſticus ſcribit eſſe placita domino atqꝫ grata, ponitur concordia fratrum,& uir & mulier bene ſibi cõ

1.Cor.

Eccl.

ſentientes. Mulierem autem litigioſam atq; rixoſam, Salomon cōparat tectis iugiter perſtillātibus, ſignificans nihil in matrimonio eſſe indecentius, q̄ rixam & diſſidium inter coniuges. Qđ aūt uir debeat in domo habere dominatum, diuina lege cautum ē, cum dixit
ne. 3. dñs ad Euam: Sub uiri poteſtate eris, & ipſe domina-
he. 5. bitur tui. Et B. Paul⁹ in ſuis epiſtolis ſcribit: Mulieres uiris ſuis ſubiectę ſint in omni honeſtate. Lege etiam humana idem eſt decretum, ut rationi naturali conſo-
her. 1. num. Nam à rege & ſapientibus Perſarum legitur fuiſſe conſtitutum hoc decretum, & per totum regnum publicatum, ꝙ uxores cuiuſcunq; ſint ſtatus, dignitatis aut conditionis, debent uiris ſuis eſſe ſubiectæ: & cū iuſta ac honeſta præceperint, eis obedire. Quintū officium eſt, ꝙ licet ad debitum coniugale reddendū petenti, coniuges mutuo obligantur, interdum tñ ab illo debent abſtinere ob deuotionē & religionem. Scri-
or. 7. bit enim beatus Paulus, ꝙ uir non habet poteſtatē ſui corporis, ſed mulier: & ꝙ ediuerſo mulier non habet poteſtatem ſui corporꝫ, ſed uir. Qm̄ ex regula iuſtitię obligatur uterq; ad reddendum petenti debitum, ob tranſlatam in alterum ſui corporis poteſtatem: & qui legitime petenti negaret, iniuſte ageret. Tñ ſubiungit Apoſtolus ibidem, ꝙ interdum ad tempus debent cōtinere coniuges, ut uacent orationi, ut in diebus ſolēnibus, in dieb⁹ ieiuniorum ab eccleſia ordinatorum, & cū eſt recipienda ſancta euchariſtia: ut cum maiori puritate corporis & animi talia peragantur. Unde ꝑ
is. 2. Ioelem dr̄: Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Sextum officium eſt cōiugatoꝝ, ꝙ cū tanta beneuolentia & amore coniugali debēt adinuicē uiuere coniuges, & ſibi mutuo aſſiſtere, ꝓbendo auxilium & ſubleuamen unus alteri, ꝙ ꝓ nulla ne

ceſſitate fortunæ aut morbi debet unus alterũ relin-
quere. Nẽpe in ipſis debet eſſe anima una & cor unũ,
imo una (ut dici ſolet) anima in duobus corporibus.
Et ergo ſm promiſſionẽ deo factam & eccleſiæ, quę-
cũq; aduerſitas & ærumna, quicũq; morbus ſit peſtis,
lepra, paralyſis, aut alius quiſpiam, ſuperuenit uni cõ
iugum, debet alter fideliter illi aſſiſtere uſq; ad mor-
tem. Et ita magnum conſequetur p̃mium in cælo. q̊d
etiam nobis annuat deus omnipotens. Amen.

DE SACRAMENTO EXTRE- mæ unctionis, ſermo.

INfirmatur quis in uobis? inducat presby-
teros eccleſiæ, ut orent ſuper eum, ungen-
tes eum oleo in noĩe domini. Iacobi quin
to capite ſcribuntur hæc uerba, in q̃bus ſa
cramenti extremæ unctionis communica
tio fidelibus facienda commendatur. Quod quidẽ ſa-
cramentum à Chriſto ante ſuam paſſionem per ſe fu-
it inſtitutum & ordinatũ, ut ſacri doctores plane col-
ligunt ex illo loco apud Marcum, ubi dicitur, ꝙ Chri- Marc. 6
ſtus diſcipulos ſuos miſit ad prædicandum per Iudæ-
am euangelium regni. Deinde ibidem ſubiungitur de
diſcipulis: Et exeuntes prædicabant ut pœnitentiam
agerent, & dæmonia multa eijciebant, & ungebant
oleo multos ægros, & ſanabantur. Illa autem inun-
ctio facta per apoſtolos ſuper ægrotos, non putanda
eſt fuiſſe ab eis exhibita ex propria adinuentione, au-
toritate, aut arbitrio, ſed ex Chriſti inſtitutiõe, q man
dauerat ap̄lis ꝙ oleo inungerent ęgros ad ſubleuati-
onem eorum. Et id quidem in quandam p̃ſignationẽ
atq; rep̄ſentationem huius ſancti ſacramenti, utq; uſu
quomda manuducerẽtur hoĩes ad illius ſuſceptionẽ,

Eſt igitur ex eo loco perſpicuum, quod Chriſtus hoc ſacramentum per ſe primum inſtituit,&diſcipulos ſuos edocuit illius uſum & modum, ut etiam ibidē annotat in ſua expoſitione Nicolaus de Lira. Cæterum in uerbis ſuperioribus pro themate adductis, beatus Iacobus explicat promulgationem ſiue diuulgationem eiuſdem ſacramēti,prius à Chriſto inſtituti:oſtēdens à quibus debet ſumi,& per quos conferri,& quo modo.Diffinitur autem extrema unctio à ſacris autoribus,quod eſt ſacramētum ex unctione infirmis per oleum ſanctificatum facta,conferens infirmis remedium contra peccati reliquias:& ſi expedit,alleuiationem ferens corporis infirmitati. Ex qua diffinitione dilucide conſtat,quanta eſt huius ſacramenti utilitas & efficacia,in deductione præſentis ſermonis poſtea latius explicanda.Et ergo ipſum licet non ſit ſimpliciter neceſſarium & abſolute, quoniam ſine illius ſuſceptione poteſt homo ſaluari, dummodo illud non cōtemnat,& non prætermittat illud ſumere ex cōtemptu:quandoquidem obligantur omnes fideles ad nō contemnendum iſtud ſacramentum, tamen cum magna reuerentia & deuotione eſt expetendū ab his quibus conuenit ſumere,& diligenter ſuſcipiendum,ut illius uirtute homo conſequatur gratiam & robur contra ſpirituales hoſtes,inſidiātes animæ grauiter in exitu à corpore. Aue Maria.

Iacob.5. ¶Infirmatur quis in uobis?inducat preſbyteros eccleſiæ,&cæte. Et loco prius adducto. In prima parte oſtendetur,ad quem ſpectat hoc ſacramentum ſuſcipere, & ad quem conferre id ſacramentum, ſecundum primam huius thematis partem. In ſecunda, quæ eſt materia & forma eiuſdem ſacramenti iuxta ſecundam aſſumptę propoſitionis partem,& quis eſt

eiuſdem ſacramenti effectus, à beato IACOBO poſtea expreſſus. Pro expedienda prima parte beatus Iacobus in prædicta propoſitione primum explicat, quiſnam debeat id ſuſcipere ſacramentum, cum dicit: Infirmatur quis in uobis? quoniam hoc ſacramentum ſolis infirmis debet conferri, non tamen quibuſlibet, nec quocunq; morbo laborantibus: ſed illis duntaxat, qui eo languore detinentur, ex quo probabiliter ſequetur mors, ſecundum communē naturæ curſum: quoniam hoc eſt ſacramentum exeuntiū ex hoc mundo ad alteram uitam per mortem, ut illo muniātur in ipſo exitu uitæ, ſicut baptiſmus eſt ſacramētum intrantium uitā huius mundi. Qđ ſi quis graui morbo detentus, qui putabatur illum tunc deducturus ad mortem, ſuſceperit extremam unctionem, & tamen poſtea conualuerit atq; redierit ad priſtinam ſanitatem: ſi poſtea rurſum laborat morbo periculoſo, & ſecundum exiſtimationem hominum peritorum mortifero, poteſt rurſum ſuſcipere hoc ſacramentū extremæ unctionis in illo ſecūdo morbo, & ita in tertio & quarto: quoniam hoc ſacramentū non imprimit characterem, ſiue ſignaculum ſpirituale in anima ſuſcipientis, & ergo poteſt frequentius ab eodem iterari atq; repeti in diuerſis morbis. Quinimo ſi quis graui decumbens morbo, & ſecūdum hominum iudiciū lœtifero, fuerit in illius principio inunctus extrema unctione, deinde ab eodem morbo aliquantulum conualuerit: & ob morbi diuturnitatem poſtea illo ingraueſcente, rurſum inciderit in periculū mortis: poteſt, ubi magna fuit protractio temporis inter primam & ſecundam inunctionem, iterum ſuſcipere extremam unctionem: q̄niam propter diminutionem illius morbi, & ſubſecutam poſtea illius aggrauationem, cōcur

rente longa temporis mora in eo morbo, reputatur grauior ille morbus ſubſequẽs quaſi nouus morbus, & nouam requirens inunctionem. Porro pro generali quodam documento, id tenendum eſt ſecũdum eccleſiæ ordinationem, quod inter ſeptẽ eccleſiæ ſacramenta, tria tm̃modo ſunt, quæ iterari non poſſunt, ſ. baptiſmus, confirmatio, & ordo: qm̃ cũ ſuſcipiuntur, imprimunt in anima ſuſcipiẽtis characterẽ indelebilem ſiue ſignaculum ſpirituale, nunq̃ animo abolendum. Reliqua uero quatuor, ſ. euchariſtia, pœnitẽtia, extrema unctio & matrimonium, poſſunt ab eodem iterari & ſæpe ſuſcipi, ſine detrimento ſalutis: qm̃ p̃dicta quatuor ſacramenta non imprimunt characterẽ. Quod ſi quis percontetur, utrũ indifferenter quicunq; infirmi graui morbo, unde timetur periculum mortiſ, ſunt inungendi: adhiberi debet reſponſio, ꝙ non, ſed ſoli recognoſcentes uim & myſterium illius ſacramẽti, & illud ſibi exhiberi poſtulantes, quatenus cum debita reuerentia & honeſtate recipiatur, & non promiſcue, & ſine delectu. Quare pueri adhuc ætatẽ agẽtes puerilem, ſimiliter amentes & ignorantes quid ſit de illo ſacramẽto, quinimo nec furioſi ſunt hac extrema unctione muniẽdi, niſi furia agitati, habuerint interdum lucida interualla & rectæ rationis uſum, quo durante, petiuerint ſibi illud ſacramentum deuote exhiberi: tunc enim non deberet eiſdem denegari. Similiter ægroti ob morbi uehementiam interdum nõ habent facultatem petendi per ſe id ſacramentum, quia perdiderunt loquelam aut uſum rationis. Et tũc ſuffi cit quod illi qui gerunt curam illorum, petant & ſolicitent extremam unctionẽ ipſis exhiberi: maxime qñ compertum habent, quod illi eos ægroti, cum eſſent mentis compotes & uocis, non recuſarũt neq; abhor

ruerunt hoc ſacramentum eccleſiæ, ſed bene erāt ad illud affecti: & deuotionem animi ad illud per exteriora ſigna oſtenderunt. At uero miniſter huius ſacramenti, & ex ordinatione Chriſti ac eccleſię potens cōferre illud alijs, eſt ſolus ſacerdos, quemadmodū aperte innuit beatus Iacobus in prędicto noſtro themate, cum dicit: Inducat presbyteros eccleſiæ. Nempe hoc ſacramentum non confertur, niſi in oleo benedicto ab epiſcopo. Tale autem oleum ſic conſecratum, non debet contrectari niſi à ſacerdote habēte conſecrationem in manibus, quibus illud oleum attrectet. Ad hæc, ſacramentum iſtud extremæ unctionis, eſt conſummatiuum pœnitentiæ, & ualens ad remiſſionem peccatorum, ut poſtea oſtendetur. Et ergo pertinet quoquo pacto ad clauium poteſtatem, quę ſolis ſacerdotibus eſt collata. Neq; ſimile debet cēſeri iudicium de hoc ſacramento & de baptiſmo, q̄niam baptiſmus ſacramentum eſt neceſſitatis: & ergo imminēte neceſſitate, etiam per laicum ſiue uirum ſiue mulierem, poteſt conferri. Hoc uero ſacramentum non eſt neceſſitatꝫ, quia ſine eo poſſunt homines ſaluari: & ergo per ſolos ſacerdotes eſt conferendum, neq; unquam laici debent attentare, ꝙ alijs conferant extremam unctionem: ut ſatis declarant uerba ſancti Iacobi, in principio aſſumpta: Infirmatur quis in uobis? inducat p̄sbyteros eccleſiæ, &c.

¶Pro expedienda ſecunda ſermonis huius parte, id in primis tenendum, quod materia huius ſacramēti eſt oleum ſimplex ſiue purū, & non permixtum balſamo, benedictum ab epiſcopo, ut innuit in uerbis ſupradictis beatus Iacobus, cum ait: Vngentes eū oleo in nomine domini. Et recte illa eſt determinata huius ſacramenti materia, quoniā oleū in ſcriptura deſi- Iacob. 5.

gnat gratiam ſpirituſſancti, lenitiuam morbi ſpiritua lis, ſcilicet peccati in anima, & alleuiatiuam interdum morbi corporalis, ſicut oleum materiale & lenit dolorem hulcerum, & alleuat moleſtiam membrorum corporis male affectorum. Quod autem oleum ſimplex & ſine alterius rei admixtione deſignatum ſit in huius ſacramenti materiam: hæc redditur à ſacris autoribus cauſa, quoniam oleum ſignificat nitorem cõſcientię: & balſamum, ſuauitatem ac bonum odorem famæ. Moriturus autem maxime indiget nitore con ſciẽtiæ, quem exhibeat deo in ſuo particulari iudicio: & nõ multum indiget ſuauitate famæ, quia ſtatim eſt ex hoc mundo tranſiturus: idcirco recte conſtitutum eſt, quod morituri oleo ſimplici perungantur in hoc ſacramento, & non chriſmate, ſicut in confirmatione quod compoſitum eſt ex oleo & balſamo. Et quoniam in exitu uitæ conſtitutus indiget gratia dei ſanãte non tantum cor à prauis cogitationibus, ſed etiam ſanante alia mẽbra corporis ſui, quibus abuſus eſt, ipſe indiget non ſolum unctione cordis in hoc ſacramento, ſed etiam unctione aliorum membrorum, quibus maxĩe peccauit: ut ſicut trina merſio in baptiſmo deſignat ſubmerſionem trium peccatorum, quæ maxime regnant in mundo, ſcilicet concupiſcentiæ carnis, concupiſcentię oculorum, & ſuperbię uitæ: ſic multiplex inunctio & in diuerſis membris in hoc ſacramento, ſignificat eliminatiõem peccatorum per diuinam miſericordiam ex ſingulis membris corporis, quę ſic oleo per epiſcopum ſacrato unguntur. Quantum uero ad loca unctionis, & membra corporis ſpecialiter in hoc ſacramento inungenda: apud diuerſas eccleſias diuerſus eſt ritus, & quiſq; tenere debet ſuæ ritũ eccleſiæ. Hoc tamen ſemper tenendum eſt, quod loca

quinq́ ſenſuũ exterior principaliter inungenda ſunt, ſ. oculi, aures, nares, pedes, & manus. Aliqui aũt addũt pectus, renes, & umbilicum contra delectationes uenereas, licet illud (ut ſentit Iohannes Gerſon) nõ ſit neceſſarium. Seruetur in his ab unoquoq́ miniſtro huius ſacramenti mos ſuæ eccleſiæ. Cæterũ formam huius ſacramenti in uerbis ſupradicti thematis etiam inſinuat beatus Iacobus, cum ait: Et orent ſuper eum, ſ. infirmum, legendo ſeptem pſalmos, letanias & orationes ab eccleſia conſtitutas, quæ debent legi in adminiſtratione huius ſacramenti: dicendo etiam & proferendo debitam formam uerborum, ſingulis unctionibus deſignatam, quæ ſemper eſt deprecatoria. Vnde ſicut forma aliorum ſacramentorum conſiſtit in ſermone & opere, ut baptiſmus in illis uerbis: Ego baptizo te in nomine patris, &c. & in opere, ſ. merſione baptizandi ſiue eiuſdem aſperſione. Et cõfirmatio cõſiſtit in opere, ſ. unctione chriſmatis in fronte p epiſcopum: & in ſermone, ſ. prolatione uerborum, ſigno te ſigno crucis, &c. ita & huius ſacramenti extremę unctionis forma, conſiſtit in opere & ſermone. In opere quidem, ſ. in illa ſignatione ſpecialium membrorũ per oleum benedictum, in formam crucis. In ſermone uero, ſcilicet in prolatiõe horum uerborum ſuper oculos: Per iſtam ſuauiſſimam unctionem, & ſuã piiſſimam miſericordiam dimittat tibi deus quicquid p uiſum peccaſti. Et ſic de cæteris membris, cuiq́ eorũ applicando nomen ſenſus aut operis exteriorũ, cuius eſt inſtrumentum & organum. Neq́ hic eſt iteratio eiuſdem omnino formę ſuper eandem materiam per replicationem eorũdem uerborum: quia ſicut diuerſa eſt unctio ſuper oculos & aures, & per aliud numero oleum facta, ita & diuerſa eſt uerborum prolatio

totalium, cum ibi dicatur, Quicquid per uiſum pecca ſti: & hic, Quicquid per auditũ peccaſti, licet aliq̃ uerba in principio formæ poſita, ſint eadem ubiq;. A totali aũt forma debet ſumi iudiciũ. Demũ effectus huius ſacramenti aſſignatur duplex, ſ. alleuiatio infirmi à morbo corporali, ſi id ſit ei expediens ad ſalutẽ, & dimiſſio peccatorum, p̃ſertim uenialiũ. Et hic ſecundus effectus ẽ principalior, qa ſemp ſubſequit̃ eũ qui rite ſuſcipit hoc ſacramentũ. Siue em̃ conualeſcat, ſiue moriat̃: ſemp obtinet uirtute huius ſacramẽti remiſſionẽ peccatorũ, & gratiã dei in aĩa. Et merito hic duplex effectus aſſignatur huic ſacramento, ut ſicut hõ ex corpore componit̃ & aĩa, ita in utraq; ſuarum partiũ ſubſtãtialiũ conſequatur remediũ ex hoc ſacramẽto. In corpore quidẽ ſubleuationẽ à morbo, ſi expediat: in anima uero, remiſſionẽ peccatorum, & gratiæ diuinæ munus. Hunc aũt duplicem effectum innuit exp̃ſſe S. Iacobus in 5. cap. ſuæ epiſtolę canonicæ, & in his uerbis, continuo ſupradictũ thema ſequentibus: Et oratio fi dei ſaluabit infirmũ, q̃tum ſ. ad aĩam, & alleuiabit eũ dñs deus. (Gloſſa interlinearis, ab infirmitate corporis.) Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei. Gloſſa interlinearis, etiam ſi contigerit mori. Præter hos aũt duos effectus ſalutares, à beato Iacobo hic expreſſos, ſolet & tertius aſſignari effectus multũ cõmendabilis huius ſacramẽti, ſ. uigoratio & fortificatio ipſius infirmi cõtra tẽtationes ſathanæ in exitu uitæ. Sicut em̃ in baptiſmo & confirmatione fiunt inunctiones ad conſolidationẽ ipſius baptizati & cõfirmati, cõtra inſultus & impugnationes dæmonis, p decurſum uitæ p̃ſentis futuras: ita & in extrema unctione p uirtutẽ huius ſacramenti corroboratur infirmus, ut in agonia mortis fortius reſiſtat cõtra tẽtationes ſathanæ, q̃ ſolent eſſe

acriores & infeſtiores in articulo mortꝫ interdũ, q̃ fue- Pſalm.5
rint in uita, ſm illud uerbũ Pſalmi: Ipſi calcaneũ meũ obſeruabunt.i.finẽ uitæ meæ. Sed uirtute huius ſacramẽti reprimit malignitas dæmonis, ut non tm̃ poſſit infeſtare infirmum, quantũ uellet: quia hoc ſacramẽto quaſi armis ſpũalibus eſt munitus, ut pugil & athleta ad pugnandum contra hoſtem in exitu uitæ. Quare conſulendum eſt ſemp, ꝙ præcedente confeſſione ſacramentali ſuſcipiatur hoc ſacramentum, & quãdo adhuc infirmo adeſt uſus rationis: quia quanto maiori pręparatione & deuotione ſuſcipitur ipſum, tanto ampliorem præſtat efficaciam & uim reſiſtẽdi ſathanæ. Itaq; ſtudeant omnes ſic hoc ſacramentum honorare & ſuſcipere, ut eius adminiculo tãdem ad regnũ cælorum perueniant. Amen.

EIVSDEM IVDOCI CLICHTOVEI SERMONES aliquot uarijs de rebus, & primum exhortatio ad religioſam dirigendam in obſeruationem integram uitę monaſticæ.

AVDI filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populũ tuum, et domum patrꝭ tui. Pſalmo quadrageſimoq̃rto, continentur hæc uerba, & in p̃ſentis exhortatiõis thema nunc aſſumunt. Quæ quãuis recte intelligi poſſint eſſe generatim dicta

à deo ad quamlibet animam fidelem, cuiuſcũq; ſit ſta tus & conditionis, ut illorum admonitione mundi fu giat illecebras, & deo adhæreat: particulatim tamẽ & peculiariter etiam apte poſſunt accipi tãquam uerba dei directa ad quãcunq; religioſam, & deo in monaſti cæ religionis obſeruatiõe dedicatam, quibus eam de us ſtudioſe hortat, ut auſcultet ad eius monita, & mun dum cum ſuis concupiſcẽtijs relinquat. Et merito ad talẽ (quæ ſ. monaſterio ſe deuouit) hæc uerba dei nũc applicãtur. Nam illa tribus potiſſimum modis appel latur & eſt dei filia, honoraturq; tam excellenti appel latione, qua nulla ſublimior aut dignior illi põt aſſeri bi. Primo ſiquidem eſt ipſa religioſa, dei filia per crea tionem: quoniam ab ipſo & corporis habuit formati onem, & animæ ſuæ ad imaginem dei, creatiõem. Nẽ pe in oratione dominica, ex inſtitutione Chriſti, ipſe deus uocatur pater noſter, cum ſic oramus: Pater no-
Matt. 6. ſter qui es in cælis. Pater inquam, per formatiõem & productionem in eſſe. Nam ipſe fecit nos, & non ipſi
Pſal. 99. nos, ut ait Propheta in Pſalmo. Et Moyſes in ſuo can
Deute. 32. tico ad unumquenq; hominum dicit de deo: Nũquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te, & fecit, & crea uit te? Igitur per legem relatiuorum, unaquæq; religi oſa, patrem habens deũ per creationẽ, ſic eſt dei filia. Et ita eã uocat de⁹ in uerbis ſupradictis. In qua nomi natione paternum ad eam declarat affectum & mira bilem beneuolentiam, cum eam dignatur appellare ſuam filiam. Secũdo, religioſa eſt filia dei per adopti- onem & baptiſmi gratiam. Nam antequã lauacrũ re generationis acciperet, erat filia iræ, ſicut ſcribit Apo
Ephe. 2. ſtolus ad Epheſios: Eram⁹ natura filij iræ. Sed poſtq̃ renata eſt ex aqua & ſpirituſancto p baptiſmũ, facta
Iohan. 1. eſt filia dei. Vñ alibi de hac filiatione dr̃: Quotq̃t au-

tem receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fi eri,his qui credunt in nomine eius.Et alibi de eadem dicitur: Videte qualem charitatem nobis oſtendit de us,ut filij dei nominemur & ſimus.Et Apoſtolus etiam ad Galatas de tali filiatione ait: Non enim accepiſtis ſpm̃ ſeruitut iterum in timore,ſed ſpm̃ adoptiõis filiorum dei,in quo clamamus,abba pater.Tertio,religioſa eſt filia Chriſti,per imitatiõem uirtutum eius. Quos enim imitamur in moribus,eos habemus tanquam patres,ſiue id ſit in bono,ſiue in malo,quemadmodum Chriſtus dixit Iudæis perſequentibus cũ ad mortem: Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris ueſtri uultis adimplere. Itaq; ea ſanctimonialis q̃ imitatur Chriſtum in ſuis operibus,recte dicitur filia Chriſti. Ipſe autem CHRISTVS obſeruauit in uita ſua obedientiam,paupertatem & caſtitatem.Obedientiam quidem.Nam ipſe dicit de ſeipõ: Deſcendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me,patris. Et ad Philippenſes dicit Apoſtolus de Chriſto, q̧ factus eſt obediens patri uſq; ad mortem,mortem autem crucis. Paupertatem uero ſeruaſſe dignoſcitur ex eo eius uerbo: Vulpes foueas habẽt,& uolucres cæli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Et ex eo uerbo Pauli in ſecunda ad Corinthios epiſtola:Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam cum diues eſſet,egenus pro uobis factus eſt, ut uos illius inopia diuites eſſetis.Virginalẽ uero puritatẽ ſeruaſſe Chriſtus omnium confeſſione comprobatur,quoniã ſpõſus eſt & rex, imo & corona uirginum, ex ſacratiſſima matre uirgine ſine aliqua carnis concupiſcentia conceptus & natus.In quo nihil niſi puritas & ſingularis munditia refulget.Itaq; religioſa,ſtudens,p uiri-

1.Ioh.3. Gal.4. Iohan. Iohan. Philip.2 Matth.

busChr̄m in his tribus uirtutibus imitari, merito eius filia nuncupatur & dicitur: Aue Maria.

fol. 44. ¶Audi filia & uide, & inclina aurē tuā, & obliuiſcere populū tuū, & domū patris tui. Ex loco pauloante adducto ſumpta ſunt hæc uerba in materiā pręſentis ſermonis. Qui in duas partes diuidetur. Prima, qd audire debeat filia, & quid uidere, & ad quid aurē ſuam inclinare, declarabit, iuxta priorē thematis partē. Secunda uero, quō obliuiſci debeat populū ſuum & domum patris ſui, oſtendet, ſm poſteriorē adductę propoſitionis particulam. Pro prima parte expedienda, in uerbis priore loco propoſitis, religioſa deo conſecrata, à Chriſto eam alloquente admonetur, ut tria potiſſimū faciat. Primo ꝙ audiat, deū ſ. in ipſa loquētem ſecreto & tacite, atꝗ in cordis penetralibus, aut interius per bonā inſpirationem, ut mundi blandimēta fugiat, & ad monaſterij ſecreta confugiat, ſm illud

fol. 84. dictū Prophetæ: Audiā qd loq̄t in me dn̄s deus. Aut audiat deū loquentē ad eā exteri⁹ p ſcripturā ſanctā, aut p̄dicationē euangelij: q̄ audita, pulſetur cor eius à deo, & trahatur deſiderio relinquendi mundū. Cæterum, ad hanc domini uocem ſiue interius ſiue exterius ſonantem & pulſantem ad cor filiæ, ut mundū relinq̄t: nō debet ipſa obſurdeſcere neꝗ obdurari, cū di

fol. 94. cat Propheta in Pſalmo: Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare corda ueſtra, ſed prompte auſcul

1. Reg. 3. tare ad dei uerbum, & (ut in 1. Regum docemur) dicere cum Samuele propheta: Loquere dn̄e, qa audit ſeruus tuus. Debet & auſcultare ad illud uerbum dei, lo-

Roma. 12. quentis ſic in Paulo ad Romanos: Nolite conformari huic ſeculo, ſed renouamini in nouitate cordis ur̄i. Et ad illud etiam uerbū dei, p ſanctū Iohannē euāgeliſtā, in prima ſua epiſtola, platū: Nolite diligere mun

dū,nec ea q̄ in mundo ſunt,qm̄ mundus tranſit,& cō cupiſcentia eius.Cū́qꝫ audierit ipſa filia uocē dn̄i uocā tis ipſam ad monaſteriū,debet ipſa non ſolū corpore, ſed & animo & affectu uerſari in clauſtro. Qm̄ nihil prodeſt corpori eſſe in religiōe, & corde eſſe in ſeculo, atqꝫ per plateas urbis & rura cogitatione uagari. Deus enim præcipue cor requirit,& integrum animi affectum ſibi dedicari.Secundo,in uerbis p̄dictis admonetur à Chriſto filia religioſa,ꝙ uideat qua intentione intrauerit monaſterium,& quo motiuo potiſſimum ad hoc inducta.qm̄ ex ipſa primaria intentione ſumitur p̄cipue iudicium de bonitate aut malitia operis,ſm illud uerbū Chr̄i: Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.Et,Si oculus tuus fuerit ſimplex,totū corpus tuū lucidum erit. Et ſi oculus tuus fuerit neq̄,corpus tuum tenebroſum erit.Vbi per oculum,intentio cordis intelligitur, in q̄cunqꝫ faciendo opere. Et per corpus accipitur congeries & collectio noſtrorum operꝝ.Prędictoruḿqꝫ dn̄i uerborꝝ ſententia eſt,ꝙ ſi intentio cordis noſtri in quouis opere faciēdo eſt recta & bona,etiam totū illud opus eſt bonum. Qđ ſi mala fuerit intentio cordis,& opus ipſum eſt malū. Videat itaqꝫ religioſa diligenti inſpectione cordis,quid potiſſimum eā induxerit ad ſubeundam religionē monaſticam,an ea intētio atqꝫ propoſitum, ut ocioſa ibi uiueret & ſine labore exteriore,ſecura de ſuo uictu& ueſtitu,inueniret́qꝫ illic ſuum panem coctum ſine cura & ſolicitudine.Quæ ſane intentio peruerſa eēt, atqꝫ ex pigritia procedens ac ignauia. An potius ea intētione intrauerit ſepta clauſtri,ut ſub diſciplina regulari deo liberius ſeruiret,exuta curꝭ & ſolicitudinibus mundi,& grauia ſeculi præſentis pericula fugiendo mundum declinaret. Quæ ſane intentio,ſancta eſt &

Matt.6. Luc.11.

ſalutaris. Quod ſi uidendo intima ſui cordis, dęphendat ſe prauam habuiſſe intentionem & oculum ſiniſtrum in hoc opere ingreſſus religionis, emendet illã intentionem malam, & commutet eam in rectam intentionem: cum adhuc temp⁹ adeſt, & opportunitas emendatiõis conceditur. Demum, tertio loco in uerbis ſupradictis admonetur filia dei à Chriſto, ꝙ inclinet aurem ſuã ad uerba Chriſti exhortantia ad perſeuerantiã in bono iã incepto. Non eñ ſufficit bonũ aliquod opus incipere, aut ad tempus proſequi, ſed inſuper oportet in illo ad finem uſq; uitæ perſeuerare: ut quis ſalutẽ æternam tandẽ conſequatur, ſm illud uer
Matt. 10. bum Chriſti: Qui perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſal
24. uus erit. Videmus enim non eos qui pugnam incipiunt, triumphum acquirere: ſed qui in ea perſtantes ad finem uſque, uictoriam reportant. Neq; eos conſpici
Cor. 9. mus aſſequi brauium, qui curſum in ſtadio incipiunt: ſed illos duntaxat, qui toto decurſo ſtadio, metã ante alios pertingunt. Neq; nautas cõmendatione dignos ducimus, q nauẽ è portu ſoluũt & deducũt in pelag⁹, ubi forte faciẽt naufragium: ſed eos magnopẽ laudamus, q emẽſo pelago & ſuperatis uorticibus atq; ꝓcellis, nauem ſaluam & integram in portũ cum mercibus reducunt. Certe ad hanc in bono perſeuerantiam, cũ
Luc. 17. alijs multis in locis, tum etiã Chriſtus dñs noſter nos
Gene. 19. hortat̃, dicẽs: Memores eſtote uxoris Lot, q̃ ſ. egreſſa Sodomis, contra angelicũ p̃ceptum reſpexit retro, & uerſa eſt in ſtatuã ſalis. Cui oĩno aſſimilat̃ religioſa, q̃ detẽta quidem corpore in monaſterio, reſpicit retro per affectum & deſiderium ad ea quę reliquit in mundo, concupiſcens delicias & oblectamenta mundi. Et idcirco uertitur ipſa ſpũaliter & myſtice in ſtatuam ſalis, quoniam animo efficitur obdurato, & nullum ha

bente motum aut ſenſum deuotionis. Talis itidē religioſa perſimilis eſt filijs Iſrael, qui (ut ſcribitur in Numeris) relicta Aegypto, cōſiſtentes in deſerto, faſtidic runt manna de cælo ipſis quotidie datū, & ſuſpiraue rūt poſt ollas carniū Aegypti, poſt cepas, pepones & allia, quæ comederant in Aegypto. Et tādem eo inſaniæ deuenerunt, ut dixerint: Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Sic ſane, ſic religioſa habens faſtidium clauſtri, & anhelans ad uanitates mūdi quas reliquit: toto fertur animi deſiderio ut ad mundum reuertatur, quinimo & ſathanā ſibi ducem conſtituit, ut in Aegyptū, id eſt, tenebras mundi, redeat. Verū illam maxime debent deterrere hæc Chriſti uerba: Nemo mittens manū ad aratrū, & reſpiciēs retro, aptus eſt regno dei. Ad hęc igitur & ſimilia Chriſti uerba ſuam inclinet aurem ſecundum thema propoſitum: Audi filia & uide &c. Nume. Num. Luce. Pſal. 4

¶ Pro ſecūda præſentis ſermonis expedienda parte, id prægnoſcendū eſt, ꝙ obliuiſci populū ſuū in uerbis propoſitis, eſt ſocietatē mundanorū & uanitates mūdi ſectantium (cū quibus aliquis ante eſt uerſatus) animo & affectu relinquere. Obliuiſci uero domū patris ſui, eſt parentum & conſanguineorū contuberniū atq; conſortium, ne quis ad peccata pertrahatur, refugere corpore & animo excutere. Itaq; hiſce uerbis in ſecunda prædicti thematis parte prolatis, obliuiſcere populum tuū, & domū patris tui: Chriſtus admonet filiam ſuam religioſam, quā benigniter alloquitur, ut omnem mundanorū familiaritatem, quā prius in mundo habuit in quotidiana conuerſatione, penitus aboleat animo & reijciat, ne illi⁹ recordatiōe rurſum pertrahat ad deſideriū mūdi, & ut reuertatur ad ſeculum. Admonet etiā eiſdē uerbis ſuā filiam Chriſtus,

ut omnem affectum parẽtum & cognatorum in mun do relictorum penitus exuat animo, eligens ſibi deũ in patrem ſuum, & ſacratiſſimam uirginem Mariã in matrem ſuam: ſanctosq́ ac ſanctas dei in fratres & ſorores ſpirituales, ne ex frequenti recordatione cõſan guineorum & fratrum aut ſororum aut parentum in mundo relictorum, trahatur eorũ deſiderio, affectet eorum ſocietatẽ ut prius, & ita ſuſpiret ac anhelet redire ad uitam ſecularem, quam dimiſit ingrediẽs mo naſterium. Huiuſmodi autẽ obliuio populi ſui & domus paternæ, potiſſimum acquirit & habetur p obſeruationem trium uotorum ſubſtantialium, quæ ſiunt in omni religione monaſtica, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, & caſtitatis. Nam illa penitus ſunt cõtraria tribus uitijs principalibus, quib⁹ pro maiori parte labefactantur homines, ſcilicet ſuperbiæ, auaritiæ, & luxuriæ. De quibus peccatis ait beatus Iohannes in
Ioh.1.2. prima ſua epiſtola canonica: Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculo rum, & ſuperbia uitę. Illis autem tribus monſtris opti me reſiſtit per p̃dicta tria uota eẽntialia religiõis. Nã ſuperbiam conculcat obedientia, auaritiam uoluntaria paupertas, & luxuriam cõtinẽtia & caſtitas. Itaq́ primo filia religioſa inducitur in obliuionem populi ſui & domus paternæ, per obedientiam promptam atq́ uoluntariã, qua quis abneget ſemetipſum, & abducat à ſe ſuam uoluntatẽ, ſubijciendo ſe omnino uo luntati ſui ſuperioris, in his quæ ſunt rationabilia &
b.13. non contraria deo. Quam & beatus Apoſtolus obſeruandam præcipit, cum ait: Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem de animabus ueſtris reddituri. Ad declarationem autem initij huius ſecundæ partis, poſſet adduci

exemplum de Abraam,cui dixit dominus: Egredere Gene.12
de terra tua,& de cognatione tua, & de domo patris
tui:& uade in terram quã monſtrauero tibi. Quã ter
rã Nicolaus de Lira moraliter applicat ad ingreſſum
clauſtri. Quantum autẽ obedientia placeat deo,oſtẽ
dit Abraam ſuo exemplo. Nam paratum ſe exhibẽs Gene.22
ad immolandum filium ſuum ſecundum dei mãdatũ,
obtinuit à deo benedictionẽ pro ſe & poſteritate ſua.
Et quantum inobedientia eidẽ diſpliceat, oſtenderũt
primi parentes, ob tranſgreſſionẽ diuini præcepti eie
cti paradiſo,& multis ſubiecti miſerijs cũ tota ſua po
ſteritate. Oſtẽdit hoc & Saul regno ſuo eiectus,& re- 1.Reg.15
probatus à deo propter ſuam inobedientiam. Deniq; 3.Reg.13
alibi oſtendit idem & ille propheta, qui fuit miſſus in
Bethel ad Ieroboam regẽ Iſrael idololatram. Et qm̃
cõtra dei prohibitionem comedit & bibit in eodem
loco:cum rediret,ſtrangulatus fuit à leone in uia. Se-
cundo, filia religioſa inducitur ad obliuiſcendum po
pulum ſuum & domum patris ſui per paupertatẽ uo
luntariam atq; ſpontaneã, qua abrenunciat ipſa om̃i
proprietati,& uitam communem in uſu rerum exter
narum ducit in monaſterio. Et hęc ipſa uirtus cõmen
datur in euangelio à Chriſto,cum ait:Si uis perfectus
eſſe, uade & uende omnia quæ habes & da pauperi- Matt.19
bus,& ſequere me. Commendatur etiam & obſerua
ta deſcribitur in Actibus, ubi de uiuentibus apoſtoli-
ca uita dicitur:Nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dice-
bat, ſed erant eis oĩa cõmunia. nec quiſquã egẽs erat Actuũ.
inter eos. Et diſtribuebat̃ unicuiq; ꝓut cuiq; opus erat.
Sed maxĩe hic cauendũ eſt filiæ religioſæ ab occulta
ꝓprietate,& ne quicq̃ propriũ apud ſe clãculũ detine
at, Ne ipſa ob id dei irã incurrat & grauiter puniatur.

ſicut Ananias & Sapphira ob detentā clanculum unā partem pecuniæ agri uenditi, & mendacium in eo facto, ſubita morte ſunt extincti. Tertio filia religioſa recte diſponitur ad tradendum obliuioni populū ſuū & domum patris ſui, per caſtitatem & continentiam: qua firmo animo, uoto & ꝓpoſito, nuptijs hui⁹ mundi omnino renunciet, ut Chriſtum ſponſum cæleſtē obtineat, eiq́ꝫ caſto amore ſemper adhæreat. Et hæc ipſa uirtus commendatur à Chriſto in euāgelio apud Matthæum ſub nomine eunuchorū tertij generis, q ſcilicet ſe caſtrant propter regnum dei, per repreſſionem carnalis concupiſcentiæ, quibus & per Iſaiā dominus repromittit amplam mercedem in regno cælorum. Et in Apocalypſi commendātur illi, qui cum mulieribus nō ſunt coinquinati, ſed uirgines permanſerunt, & cātant canticum nouū coram deo & agno. Sic ergo ſtudeat filia religioſa ſecundum Chriſti monitum obliuiſci mūdum, ut in perpetua memoria habeatur apud deum in cælis. Amen.

Actuū 5. Matt. 19. Iſa. 56. Apoca. 14.

¶ Pro materia præſentis ſermonis, legatur epiſtola beati Hieronymi ad Euſtochium de cuſtodia uirginitatis. Cuius principium eſt, Audi filia & uide, & inclina aurem tuam. &c.

¶ Conducit etiam non parū ad idem propoſitum, opuſculum de laude monaſticæ religionis iampridē impreſſum, & in multis capitibus ſuis ea pertractās, quæ ad obſeruandam recte uitam monaſticam conducunt & conferunt.

¶ Similiter in 3. li. Antilutheri, de uotꝫ monaſticis.

¶ DE SENTENTIA EXCOMmunicationis ſummopere uitanda, ſermo.

SI eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Matthæi xviij. cap. ſcribunt hæc uerba, & ꝓ themate pſentis ſermonis ſumuntur. In quibus Chriſtus innuit ſententiã excõmunicatiõis eſſe ferendam in eos, q inobediẽtes fuerint eccleſiæ & platis eius. Et ne aliquid exiguũ aut parui pẽdendũ putet eſſe excõmunicatio, lata à ppoſitis maioribus eccleſiæ in aliquẽ: in ſequentibus uerbis Chriſtus illã poteſtatẽ excõmunicandi tradit apoſtolis, & in regimine eccleſiæ eorum ſucceſſoribus epiſcopis, cum ait ad diſcipulos ſuos: Amẽ dico uobis, quæcũq; alligaueritis ſuper terrã, erũt ligata & in cęlo: & quęcunq; ſolueritis ſuper terrã, erũt ſoluta & in cælo. Vbi manifeſte teſtat, ſententiã excõicationis aut abſolutionis in terris datã, etiam in cælis à diuina maieſtate approbari atq; cõfirmari. Vnde Chryſoſtom⁹ in ſuis cõmentarijs ſiue homilijs ſuper epiſtolã ad Hebręos, recte ait: Nemo contẽnat eccleſiaſtica uincula. Non eñ homo eſt qui ligat, ſed Chrs: qui hãc poteſtatẽ dedit, & dños fecit hoies eſſe tanti honoris. Cęterum, ad hanc materiã apertius intelligendã, id ante oĩa annotandum, ꝙ excõicatio eſt ſequeſtratio alicuius extra conſortiũ cæterorũ fidelium, aut à participatione ſacramentorũ, propter grauẽ culpã, ab habente ptãtem facta. Et duplex aſſignari ſolet excõicatio, ſ. minor & maior. Minor excõicatio eſt ſeparatio alicuius duntaxat à participatione ſacramentorũ, & non à conſortio hominũ, nec à ſuffragijs eccleſiæ. Et hæc incurritur ex eo, ꝙ quis participat ſcienter & ſine neceſſitate cũ excõicato maiore excõmunicatiõe, in colloquio, conuiuio & cõſortio. Et ergo ſemper annectitur peccato

Matt. 18

mortali, ſcilicet contemptui eccleſiæ, prohibentis talem participationem. Ab illa tamen excõmunicatiõe minore, quilibet etiam ſimplex ſacerdos poteſt abſoluere, ſicut & à quolibet peccato mortali non reſeruato. Et in q̃tidiana forma abſolutionis, ſacerdotes oẽs communiter hoc ipſum exprimunt, dicentes: Abſoluo te à ſententia minoris excõmunicationis, ſi indiges. Quod ad cautelam, nõ eſt omittendum. Maior aũt excommunicatio eſt ſeparatio alicuius non ſolum à participatione ſacramentorum eccleſiæ, ſed & à fidelium cõſortio, & ſuffragijs eccleſiæ: ut illorum amplius non habeat communionem nec cõſortium, quandiu manet innodatus illi ſentẽtiæ. Et hæc ſolum ꝓ graui crimine, cui annexa eſt contumacia & inobediẽtia in eccleſiam, eſt inferenda: non quidem ad damnationẽ illius cui infertur, ſed ad ipſius emendationem: ut confuſus per ignominioſam ſui eiectionem & ſeparationem ab eccleſia, tandem reſipiſcat & redeat ad cor. Quemadmodum medicus percipiẽs aliquod uulnus aut hulcus non poſſe ſanare niſi per aſperam & acerbam medicinam, adhibet illi cauterium aut ſectionẽ aut mordax cataplaſma, non quidem ut membrum illud in q̃ eſt uulnus, perdat aut mutilet, ſed ut ipſum reſtituat integræ ſanitati atque conſolidet. Et idcirco ipſa excõmunicatio maior in iure canonico recte uocatur medicinalis & diſciplinans: tum, quia per eam tãquam ſalutarem medicinã, ſanatur putridum uulnus ſuperbiæ, quod deliteſcit in animo excommunicati: tum etiam, quia per excõmunicationem tanquã diſciplinam rigidam & ſeueram, ipſe excommunicatus caſtigatur, ut redeat ad obediẽtiam eccleſię. Et ab iſta maiore excõicatiõe nullus põt abſoluere, niſi maior ꝑlatus eccleſiæ, ſ. papa, archiepiſcopus, epiſcopus:

uel aliquis habens eorũ autoritatem, ut pœnitentiarius ipſorum. Et de hac maiore excommunicatione, in hoc ſermone ſemper fiet mẽtio, quia ipſa principaliter uẽdicat ſibi nomen excõicatiõis. Aue Maria.

¶ Si eccleſiã nõ audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ex loco prius citato deprõpta ſunt hęc uerba in præſentis orationis materiam, quæ in duas partes diuidet. In prima declarabit, ꝙ maxime formidanda eſt excõicatio propter grauia incommoda ſpiritualia, quæ infert excommunicato. In ſecunda oſtendetur uitandam eſſe participationem cũ excõmunicatis, & pro quibus cauſis eſt inferenda excommunicatio. Quantum ad primã partem, ipſa excõicatio inter multa mala quæ ingerit homini: primùm excludit eũ à conſortio dei, & omniũ ſanctorũ ac angelorũ in regno cælorũ, ſic ꝙ moriẽs obſtinatus in excõicatione, ſine abſolutione nõ habet unq̃ partẽ in regno dei nec hæreditatem. Et idcirco recte comparatur morbo lepræ, per quam eo detentus morbo, ſeparatur à cõſortio & cohabitatione hominũ. Vt Maria ſoror Moyſi ob iniquam murmurationem contra ſuum fratrem, pcuſſa à domino lepra, iuſſa fuit ſeparari extra caſtra, quemadmodum ſcribitur in Numeris. Et in Leuitico leproſi prohibebantur inter homines conuerſari. Et Ozias rex Iuda percuſſus lepra ob ſuam ſuperbiam, quia uoluit ſibi uſurpare officiũ ſacerdotale: eiectus fuit de tẽplo, & habitauit in domo ſeparata reliquo uitæ ſuæ tempore, ſine aliqua regni adminiſtratione, ut narrat hiſtoria ſecundi Paralipomenon. Sic certe excommunicatio tanquam lepra ſpiritualis, ſeparat hominem à cõſortio beatorum in cælo. Secundo, ipſa excommunicatio ſecludit hominẽ ab ingreſſu eccleſiæ ſiue templi, & ab auditione diuini officij: quinimo

Matt. 18

Caelo

Nume. 12

Leuit. 13.

2. Par. 26

Ecclesia

etiam priuat eundem omnibus ſuffragiis & orationibus eccleſiæ, ut nullam habeat miſſarũ quæ celebrant & orationũ eccleſiaſticarũ participationem, quandiu manet in ſententia excõicatiõis. Et hoc nobis figuratum eſt in ueteri lege, ubi inobedientes ſummo ſacerdoti aut magiſtratibus templi, eiiciebantur extra ſynagogam cum ignominia: & nõ permittebantur interesſe ſacrificiis, ut ex euangelio Iohãnis conſtat, ubi de ciectione extra ſynagogã ſępe fit mentio. Et in primitiua eccleſia ante fores templi ſæpe ſtabant oſtiarii, quorum erat officium, excommunicatos & impœnitentes arcere ab auditiõe ſacrorum, ut perhibet beatus Dionyſius in libro de eccleſiaſtica hierarchia. Ergo ſi excommunicatus hoc tẽpore irrumperet in eccleſiam tempore diuini officii, cui⁹ eſſet manifeſta & publice declarata excommunicatio, aut ipſe cogendus eſſet ut exeat, aut ceſſandum foret ab officio incepto, ſecundum conſtitutionem iuris. Quantum uero diſpendium ſpirituale ſit priuatio ſuffragiorum eccleſiæ, non poteſt quiſpiam ſatis explicare. Quanto em̃ maior eſt ualor unius miſſæ, imo & omniũ quæ fiunt in eccleſia catholica: tãto dãnoſior ẽ priuatio participationis eorũ, imo & oĩm ſuffragiorũ, quæ in uniuerſali eccleſia fiunt cõiter pro om̃ibus fidelibus. Tertio, excõicatio ſeparat hoĩem à colloquio, cõuictu & conuerſatiõe cæterorum hoĩm, ut nullus cum eo debeat habere familiaritatem aut ſocietatem. Quod nobis in ueteri lege ſignificatum eſt per id, quod primo lib. Eſdræ dicitur poſt promulgatam conſtitutionem, ꝙ omnes filii Iſrael deberent ad certũ diem cõuenire in Ieruſalẽ ad conciliũ, propter arduã cauſam indictum: Et oẽs (inquit litera) qui nõ uenerit in trib⁹ diebus, iuxta conſiliũ principũ & ſeniorũ, auferetᷣ uniuerſa ſub-

Iohan. 9. 12. et 16.

Eſd. 10

ſtantia eius,& ipſe auferet de cœtu tranſmigrationis. Vbi manifeſte exprimit forma excōicationis & modus,etiā in ueteri lege.Similiter in prima ad Corinth. epiſtola ſcribit Apoſtolus:Si is qui frater nominatur inter uos,eſt fornicator,aut auarus,aut idolis ſeruiēs, aut maledicus, aut ebrioſus,aut rapax:cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Et beatus Iohānes in ſua ſecunda epiſtola canonica ait: Si quis uenit ad uos,& hanc doctrinam nō affert,nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei aue,communicat operibus eius malignis. Quarto,excommunicatio & id infert malum homini,quod tradit ipſum ſathanæ & poteſtati eius. Et in primitiua quidem eccleſia ad oſtendendum eius autoritatem ac poteſtatem, excommunicati tradebantur ſathanæ, corporaliter uexandi. ut in prima ad Corinthios epiſtola, de Corinthio qui nouercā ſuam duxerat uxorē,ſcribit Apoſtolus, quod tradidit illum ſathanæ in interitum carnis,ut ſpiritus eius ſalu⁹ eſſet in die domini.Et in prima ad Timotheū epiſtola ſcribit idem de Hymenęo & Alexandro, contradicentibus ueræ fidei: Quos tradidi ſathanę (corporaliter ſcilicet uexandos)ut diſcāt non blaſphemare,Nūc uero quia ſatis radicata eſt fides,& cognita eccleſiæ poteſtas, excōicati tradunt ſathanæ ſpūaliter uexandi. Nā deſtituti diuino auxilio, ſuffragijs eccleſiæ, & pſidio bonorum angelorum: magis exponunt tentationi dæmonis,qui pualet amplius in eos,ut ad malū inducat,& in peccatis eos detineat,ne redeant ad pœnitentiā. Quinto,excōicatio reddit hominem præciſum à corpore Chriſti,tanquā membrū putridū:& facit ipſum mēbrum diaboli, ut cū eo proijciatur in ignē æternū. Quod innuit Chrs apud Iohannem in parabola de uite & palmite,dicēs:Si qs in me

1.Cor.5.

2.Iohā.1

Satan

1.Corin.5

1.Tim.1

Sacram

Iohan.15

nõ manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet: & colligent eũ, & in ignẽ mittent, & ardet. Hęc ibidem. Quàm metuendũ aũt ſit hoc damnũ, oſtẽdit Auguſtinus ſuper Iohãnem in eodẽ loco, dicẽs: Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, q̃ ſeparari à corpore Chri. Si eñ ſeparat à corpore Chri, nõ eſt mẽbrũ eius. Si non eſt mẽbrũ eius, non uegetat ſpiritu eius. Quiſquis aũt Roma.8. (inquit Apoſtolus) ſpm̃ dei nõ habet, hic nõ eſt eius. Hæc ille. Et ergo excõmunicat⁹ q̃diu ſic manet, oĩno eſt à deo alienus, tanquã paganus & infidelis, ſm ꝓpoſita thematis uerba: Si eccleſiam nõ audierit &c.

¶ Quantum ad ſecundã præſentis ſermonis partẽ, ſummopere cauenda eſt participatio facta ſcienter & ex propoſito cũ excõmunicato. Primo, qa ex illa homo cõtrahit lepram animæ: quoniã incurrit minorẽ excõicationẽ, quæ ſemper annexa eſt mortali, ſi adſit contemptus obediendi eccleſiæ: aut qñ quis iudicat, ꝙ illa cõicatione non neceſſaria alius efficitur deterior: aut ꝙ emendaretur, ſi participans ſe ſubtraheret ab hmõi cõicatione: tũc eñ fouet eum in peccato, & peccat propter inobediẽtiam & contẽptum eccleſiæ, uetantis talem participationẽ. Vnde talis participãs cũ excõicato, oſtendit ſe longe minus amare animã ſuã q̃ corpus. Nam ſi certo cognoſceret ſeipſum ex colloquio & mãducatione cũ excõicato, incurſurum leprã corporalem aut peſtẽ aut alium morbũ lœtiferum: ſummopere ſibi caueret, ne haberet ſocietatẽ cũ excõmunicato, à quo contraheret morbũ corporis contagioſum. Nũc autem cum ex huiuſmodi uetita conuerſatiõe incurrat lepram animæ modo quo dictum eſt, ſcilicet minorem excommunicationem: et hæc lepra animæ eſt periculoſior multo, quàm ſit lepra corporis, nam deducit ad perditionẽ perpetuam: non-

ne igitur iſte taliter participans cum excommunicato,minus curat animã ſuam quàm corpus? Secundo, talis participans forma iã dicta,præponit animæ ſuæ bona temporalia, & plus timet ille incurrere iacturã bonorum huius mundi q̃ animæ ſuæ.Nam ſi eſſet illi prohibitum loqui & conuerſari cum excommunicato,ſub pœna unius libræ Turoneñ.perſoluendæ:diligenter ſibi caueret,ne conuerſaretur cum illo excom municato,ne incurreret illam mulctã pecuniariam: & tamen non refugit illius contuberniũ, propter animæ ſuæ iacturam.Pluris igitur facit ille pecuniam, q̃ animam ſuam.Tertio,talis participatio cum excommunicato priuat hominem menſa Chriſti,id eſt,ſuſce ptione ſacramenti altaris:ad quod ſuſcipiẽdum ſe red dit indignum & indiſpoſitum per talem conuerſationem cum excommunicato,quoniam non poteſt ille digne accedere ad ſacramentum euchariſtiæ, niſi prius fuerit abſolutus de illa minore excommunicatione,cui eſt innodatus. Multùm igitur aberrat à recta uia,qui mauult priuari menſa dei & communicatione ſanctæ euchariſtiæ, q̃ priuari mẽſa hominis excommunicari. Quarto,talis participatio cum excom municato,priuat hominem ſocietate filiorum dei, q in cælo ſunt & in mundo: & facit illum habere ſocietatem cum membro diaboli, & filijs gehennę. Multum itaque inſanus eſt & inſipiens is, qui participat cum excommunicato.Nam eo ipſo relinquit ſocieta tem eorum qui ſunt filij dei,&transfert ſeipſum ad ſo dalitatem perditiſſimorum, qui ſunt filij ſathanæ, ut cum eo demergatur in ignem æternum.Cæterum,cũ ipſa excõicatio tã dãnoſa ſit & exitialis homini,ut ſuperius ẽ expreſſum: nõ debet paſſim nec leuiter cuiq̃ inferri,q̃a ẽ gladi⁹ ſpũalis eccleſiæ, q nõ debet extrahi

extra uaginam,niſi urgente magna cauſa.Et generatim loquendo nõ debet eo feriri gladio, niſi ob peccatum mortale graue,cui eſt annexa contumacia & inobediẽtia in eccleſiam & rectores eius. Quẽadmodũ ſunt ea peccatorum genera, pro quibus denunciãtur excommunicati ſingulis diebus dominicis per monitoria officialium in cathedra prædicatoris,& in prono eccleſiæ,qui talibus uitijs ſunt irretiti. Similiter & in alijs caſib⁹ expreſſis in iure, excommunicationem latæ ſententiæ incidũt,qui ea committunt ſcelera quę in iure ſunt ſub ſententia excommunicationis prohibita:ut qui atrociter clericum percuſſerit aut religioſum,aut conſenſum, fauorem,conſilium & auxiliũ tali percuſſioni præbuerit.Inſuper,qui inciderit in hęreſim,& hæreticos ſuſtinuerit, aut defenderit:de quo caſu multi hoc tempore debent ſibi ſummopẽ cauere.Rurſum,qui eccleſiam incenderit aut fregerit, aut in ea aliquod enorme peccatum perpetrauerit:&oẽs qui ad hæc adiutorium dederint. Pręterea,qui literas apoſtolicas falſificauerit,aut abuſus eis fuerit. Denię ſeculares magiſtratus & principes,qui libertatẽ eccleſiaſticam uiolauerint, & impoſitiones clericis irrogauerint.Et ita de alijs multis caſibus in iure paſſim annotatis. Verum & id ſummopere eſt obſeruandũ, ꝙ ꝓ leuibus cauſis ut pro paruo debito aut leui iniuria; nũquam debet ferri excommunicatio: quoniam multum crudelis eſt & inhumanus, ꝗ pro leui debito aut pro uno leui uerbo contumelioſo animam fratris ſeparat ab eccleſia. Et in hac materia magn⁹ fit abuſus nunc in eccleſia per eos, qui curant huiuſmodi excõmunicationes leues fieri & publicari, ſæpius rẽ aliter ꝗ̃ fit,officialibus colorantes & inſinuãtes: ꝓpter quẽ oĩno uileſcit ſententia excõicationis, & autoritas ec-

cleſiæ contemnitur ac diminuitur: quia per frequentem uſum gladius eius tam ſępe feriendo obtunditur ac hebetatur. Itaqꝫ ſtudeant omnes ſic ſibi hic cauere ab excōicatione, ne poſt mortem excommunicentur dei ſententia à regno cęlorū: ſed participes fiant communionis & conſortij ſanctorum in cælis. Amen.

¶ Hæc materia de excommunicatione, latius pertractatur in compendio ueritatum, capite duodecimo, cum autoritatibus ſacrarum literarum, & diſſolutione rationum aduerſæ partis.

¶DE VALORE MISſarum, ſermo.

IMmola deo ſacrificium laudis. Pſalmo 49. ſcribuntur hæc uerba, & ꝓ ſermōis præſentis themate aſſumunt, ad demonſtrandā uim & efficaciam celebrationis miſſarꝫ in eccleſia. Vnde ſanctiſſimū eccleſiæ ſacramentū tribus p̄ſertim nominibus inſignitur, ad exprimendū tres eius mirabiles effectus, quos habet in nobis. Primo ſiquidē uocat memoriale, qa relictū eſt nobis in memoriā diuinę charitatis in nos, quam oſidit qñ (ut nos perditos repararet) filius dei humanā carnē ſuſcepit pro nobis, & acerbiſſimā pertulit mortē pro redemptione noſtra. Cuius bñficij ut perpetuā haberemus memoriā, ſeipſum tradidit nobis in ſacramento altaris, & ſuū corpus ꝓ nobis paſſum, & ſuum ſanguinē pro nobis effuſum reliquit noſtro uſui: ut aſſidua tanti ſacramenti præſentia nūquā obliuione deleret in nobis eius ſacra paſſio. Vnde in hui⁹ ſacramēti inſtitutiōe dixit diſcipulꝭ ſuis, q̄d refert Lucas: Hoc facite in meā cōmemorationē. Et S. eccle- Luce. 22.
ſia canit in honorē tanti ſacramēti: O ſacrū conuiuiū,

in quo Chriſt⁹ ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius. Secundo, hoc ſacramentum dicitur uiaticum, q̄a in peregrinatione uitæ præſentis, quandiu uerſamur in hac uia & ſtadio mortalitatis, eſt ſuſtentatio animę noſtræ, & adiutorium noſtræ fragilitatis, ne deficiamus in uia per defectum cibi & potus. Sicut enim pāgētibus aliquod iter neceſſarius eſt in uia cibus & potus, ꝓ refectione corporis, ita & homini, quandiu decurrit & peragrat uiam huius uitæ mortalis, neceſſaria eſt refectio ſpiritualis ipſius animæ. Et illa potiſſimū eſt ſacroſancta euchariſtia, de qua dicit Chriſtus
Iohan. 6. in euangelio Iohānis: Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Hoc autem nobis eſt ſigni-
Exodi. 16. ficatum in ueteri lege, per mānа datum filijs Iſrael in deſerto per quadraginta annos, quouſq; uenirent in terram promiſſionis. Tertio ſacramentum euchariſtiæ uocatur ſacrificium: quia ex inſtitutione ipſius Chriſti, offertur quotidie in eccleſia ſancta in ipſo ſacro miſſæ officio pro ſalute fidelium. Siquidem ipſe Chriſtus, qui ſemel obtulit ſeipſum in cruce pro redemptione noſtra, & ſuum ſanguinem pro nobis effudit, quotidie in ſancto miſſę myſterio offertur deo patri, in odorem ſuauitatis & holocauſtum gratiſſimū.
Apo. 8. & in Apocalypſi dicitur, ꝙ orationes ſanctorum ſunt uelut fumus & grata odoramēta ex thure incenſo. Et idem omnino corpus quod tunc in cruce fuit oblatū, nūc etiam offertur quotidie pro ſalute noſtra, ſed immortale & impaſſibile. Et idem omnino ſanguis in paſſiōe Chriſti pro nobis effuſus, nunc offert̄ in miſſa, ſed ſpecieb⁹ uini obtectus. Et huiuſmodi ſacrificium,
Gene. 14. figuratum eſt nobis per ſacrificium Melchiſedec: qui ꝓ uictoria conceſſa Abraæ cōtra hoſtes, obtulit deo panem & uinum, Chriſtus uero, qui (ut eſt in Pſalmo)

eſt ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchi Pſal. 10
ſedec, offert q̃tidie in eccleſia ſctã per manus ſacerdo
tum & miniſtrorum eccleſiæ, ſuum ſacratiſſimũ corpus & precioſum ſanguinem deo patri, ſub ſpeciebus panis & uini in miſſa. Quare hoc Chriſti ſacrificiũ eſt longe excellentius & dignius, q̃ fuerit ſacrificium ipſius Melchiſedec. Et de hoc ſacrificio loquuntur uerba in themate propoſita. In quibus illud etiam uocatur ſacrificium laudis, quia ad laudem, gloriam & honorem dei omnipotẽtis offertur, & in illo deus maxime laudatur de ſua beneficentia & liberalitate, quã in illo ſacrificio nobis exhibuit. Vñ & in canone ſacro miſſę iſtud ſacrificium etiam uocatur ſacrificium laudis, cũ dicit ſancta eccleſia per os ſacerdotis celebrãtis ut ſui miniſtri: Pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuiſq; omnibus &c. Verum ad implorandum diuinum auxilium, ſalutanda eſt beata uirgo: Aue Maria.

¶Immola deo ſacrificium laudis. Ex loco pri' adducto ſumunt hæc uerba, pro materia p̃ſentis ſermonis: qui in duas partes diuidetur. Prima oñdit iſtius ſacrificij dignitatẽ & excellẽtiam. Secunda uero, ipſius in miſſa ualorem & uirtutẽ. Quantũ ad primã partẽ, qm̃ principalis noſtra intẽtio eſt in præſenti ſermõe, loqui de ualore miſſarum: & ille nõ poteſt bñ cognoſci, niſi ante cognoſcatur dignitas & excellentia ſacrificij quod in miſſa offertur: idcirco neceſſarium eſt paucis ante oſtendere perfectionem, conditionem & qualitatem huius ſacrificij. Et primo quidem hoc ſacrificium, eſt unicum & ſingulare ſacrificium nouæ legis, ei proprium & peculiare. Siquidem in lege naturæ fuerunt aliqua ſacrificia, à deo inſtituta pro tẽpore illius legis, oblata à ſanctis patriarchis. Et in lege ſcripta,

ſcilicet Moyſi, multa fuerunt etiam ſacrificia, à deo ordinata pro illius legis tempore, deſcripta in Leuitico. Ita in lege gratiæ & euangelica, oportet eſſe unũ ſacrificium à deo cõſtitutum, pro tempore illius legis: & tandiu durans, quandiu durabit lex noua, ſcilicet uſq; ad cõſummationem ſeculi. Et nullum tale poteſt dari ſacrificiũ nouę legis, niſi ſacroſancta eucharistia, q̃ in officio miſſæ offertur. Idcirco improbandi merito & reijciendi ſunt Lutherani, negãtes ſacramentũ euchariſtiæ in miſſa eſſe ſacrificium: quoniam toti ſacræ ſcripturæ & eccleſiæ contradicunt, & legem euangelicam maxime inhonorant, deſtituentes eam omni ſacrificio. Secundo, ſacrificiũ euchariſtiæ in miſſa oblatum, eſt omnium ſacrificiorum à deo inſtitutorum excellentiſſimum & perfectiſſimum. Nempe ueritas perfectior eſt q̃ figura, & lux q̃ umbra. Sed omnia ſacrificia ueteris teſtamẽti, ſunt tanquã figura & umbra ſacrificij in miſſa oblati: quod omnibus alijs ſucceſſit iam abolitis & abrogatis, & illorũ loco à deo eſt ſubſtitutum unum pro multis, ut ait beatus Auguſtinus in libro decimoſeptimo de ciuitate dei, capite uiceſimo. Eſt igitur hoc nouæ legis ſacrificium longe cæteris dignius. Huic accedit, q; in ſacrificijs ueteris legis offerebantur pecora & aues, fruges & fructus terræ, in miſſa uero offertur unigenitus dei filius, uerũ Chriſti corpus & uerus eius ſanguis. Eſt igitur hoc dignius. Tertio, ſacrificium in miſſa oblatũ, eſt deo gratiſſimum atq; acceptiſſimum. Nam ibi offertur filius deo patri, de quo cõteſtatus eſt uoce de cælo delapſa: Hic

Matt. 3. 17. eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.

Iohan. 8. Et Chriſtus de deo patre, apud Iohannem dicit: Ego q̃ placita ſunt ei, facio ſemp. Ergo ſi id q̃d offert̃ reſpicimus, ꝑfecto non põt illud deo patri non eſſe gratũ,

Si etiam eccleſiam offerentem illud ſacrificiū attēdas, ea ex parte ſemper etiā eſt acceptum, q̄m ipſa eſt dilecta Chriſti ſponſa. Ratione uero miniſtri & ſacerdotis offerētis, ſi bonus eſt, etiam acceptum eſt ſacrificium: ſi uero malus fuerit, hoc non derogat bonitati ſacrificij eccleſiæ, q̄m & accepta ē deo boni uiri eleemoſyna, q̄ per malum ſeruū pauperibus diſtribuitur. De ſacrificijs uero ueteris legis, ſæpius per prophetas, ut pote per Pſalmiſtam & Iſaiam, prędixit deus, ꝙ illa repudiaret, & amplius illi non placerent ut prius. Quarto, ſacrificium in miſſa per ſacerdotem oblatum, eſt utiliſſimum & magnum afferens fructum ſalutis, his qui offerunt, & etiā his pro quibus offertur: ſ. exhuberantiam & plenitudinem gratiæ, imo oīm bonorum q̄ licite poſſunt expeti, affluentiam. Nā illic cōtinetur uere Chriſtus, in quo oēs theſauri gratiæ (inquit Paulus ad Coloſſenſes) ſunt reconditi, ut de plenitudine eius accipiamus oēs. Et ergo græce dicit̄ euchariſtia, .i. bona gratia: quia oīs gratiæ copia & abundantia in eo ſacramento continetur: & in eos q̄ deuote aſſunt miſſæ, & pro q̄bus celebrat̄ miſſa, tanq̄ ex pleniſſimo fonte gratia hubertim deriuat̄. Quare multū utile eſt & fructuoſum, libēter & frequent̄ adeſſe miſſæ, ad percipienda exinde noua munera gratiaꝝ, & ad offerendū ſimul cū ſacerdote Chr̄m deo patri. Vnde ſacerdos ſolus in miſſa, quantū ad miniſteriū & officiū, offert ſanctam euchariſtiam deo patri, & eam ſumit ſacramentaliter. Sed quilibet aſſiſtēs miſſæ, ſiue clericus ſiue laicus, ſiue uir ſiue fœmina, etiam per piū deuotionis affectum offerre poteſt id in miſſa ſacrificiū, hac deuota meditatiōe: Ecce dn̄e deus, & ego Chriſtum filium tuum, qui in altari manibus ſacerdotis contrectat̄, tibi offero ſyncero cordis affectu, in remiſſionē̄ pecca-

Pſal 49. Iſaie. 1. Colo. 2.

torum meorum. Velis oro & hanc meam oblationē benigne ſuſcipe. Poteſt etiam & quilibet Chriſtianus deuote aſſiſtens miſſæ, cuiuſcunq; ſtatus uel ſexus fuerit, recipere in ipſa miſſa toties, quoties eam audit, ſacramentum euchariſtiæ ſpūaliter, & quantum ad fructum gratiæ, ſi contrito corde apud ſe dixerit: Domine deus meus, nunc libenter uellem te recipere ſacramentaliter, ſi eſſem ad hoc rite diſpoſitus: ſed quoniā alijs diſtractus negocijs, nunc id commode facere nō poſſum, rogo te ſuppliciter, ut in hoſpitium & tectū animæ meæ uelis intrare ſpiritualiter, & gratiæ tuę in hoc ſacramento exhuberantis aliquantā particulā mihi impartiri. Et (ut ſcribit Apoſtolus ad Corinthios)
Cor.1. ipſe Chriſtus, qui eſt pater miſericordiarū & deus totius conſolationis, non aſpernabitur huiuſmodi p̄ces cordis deuoti. Manifeſtum eſt igitur ex prædictis, nō ſolum ad quemlibet ſacerdotem, ſed etiam ad unumquenq; laicum applicari poſſe & dici, quod in themate propoſitum eſt: Immola deo ſacrificium laudis.
Psal.49. ¶Pro ſecunda huius ſermonis parte expedienda, q̄ ualorem miſſarum habet declarare: id firmiter tenēdum, quod miſſa ipſa tantæ eſt uirtutis & efficaciæ p̄pter Chriſtum qui in eo offertur, quod ualet ad om̄ia obtinenda, pro quibus debite poſſunt homines orare. Oramus aūt recte & gn̄atim produobus, ſcilicet, p̄ bonis obtinendis & conſeruandis, & pro malis remouendis. Et quoniam multiplicia ſunt bona, & diuerſa etiam mala, ut illa diſtinctius digerantur, ipſa miſſa ualet ſpecialiter ad quatuor ab hominibus rite expetenda. Primo, ualet ad bona corporalia ſiue temporalia obtinenda, ſiue illa ſint intrinſeca humano corpori, ſiue extrinſeca. Cuiuſmodi ſunt, ſanitas, uictus, ueſtitus, proſperitas itineris, pax, aer tempe-

ratus, fructus terræ, domicilium: & cætera talia, ſine quibus in hoc mortali corpore & fragili uiuere commode non poſſumus. Etenim Sapiens in Prouerbijs, Prouē. 30 pro illis orauit, & orandum eſſe docuit, dicens ad dominum: Tribue tantum uictui meo neceſſaria. Eccleſia itidem ſancta ordinauit pro talibus bonis eſſe orandum, quoniam & miſſas & orationes ſpeciales in miſſa legendas conſtituit pro pace, pro iter agẽtibus, pro fructibus terræ, pro ſerenitate aeris, ꝓ pluuia impetranda: Quæ omnia fruſtra in miſſa peterentur, ſi non poſſent per eam impetrari. Secundo, miſſa ualet ad conſequenda bona ſpiritualia & animæ, ſiue illa ſint bona gratiæ, qualia ſunt, uirtutes om̃es & dona ſpiritusſancti, & ſimilia animam in hac uita bene diſponentia: ſiue bona gloriæ, ut ſunt clara dei uiſio, ſocietas ſanctorum, glorificatio corporum, uita æterna, regnum'q; cælorum. Nempe & pro hiſce bonis impetrandis, eccleſia etiam miſſas ordinauit & orationes in miſſa dicendas, ut miſſam de ſanctoſpũ, ſimilit̃ & orationes atq; collectas pro impetranda humilitate, charitate, caſtitate & cæteris particularibus uirtutibus. Quę in uanũ peterentur in miſſa, ſi uirtute eius non poſſent obtineri. Tertio, ipſa miſſa ualet ad remouenda mala corporis, qualia ſunt, infirmitas, bellum, peſtis, incarceratio, naufragium, ſterilitas terræ, charitas annonæ ſiue cariſtia, & cætera id genus incommoda, q̃ nos ſolent affligere in hac uita. Pro quibus etiã depellendis, eccleſia ſancta miſſas ꝑticulares inſtituit, & collectas ĩ officio miſſæ legẽdas, q̃d nõ feciſſet, ſi talia ꝑ miſſam nõ poſſent impetrari. Quinimo & ex. m plis cõpluribus cõſtat, multos à talibus corꝑis ꝑiculis uirtute miſſæ fuiſſe liberatos. Narrat enim B. Grego-

rius libro quarto dialogorum, capite quinq̃geſimoſe ptimo, de quodam apud hoſtes in captiuitate poſito: cui toties uincula ſoluebantur, q̃ties pro ea uxor eius miſſam celebrari fecit, ut ipſe poſtea domum reuerſus, ex dierum annotatione ab uxore didicit. Eodem etiã loco & capite conſequenter narrat aliud exemplum de quodam nauta proiecto ui tempeſtatis in mare, & erepto à naufragio, per hoc q̃d quidam epiſcopus uir bonus, miſſam pro eo celebrauit, & quem mortuum putabat, ſanum poſtea inuenit. Quarto, ipſa miſſa ualet ad remouenda mala animæ, ſiue illa ſint mala culpæ, aut uenialis aut mortalis: quorum uenia impetratur per miſſæ uirtutem, cum adeſt contritio & propoſitum confitendi: ſiue mala pœnę, qualia ſunt triſtitia, mentis anxietas, inclinatio ad uitia, ꝓcliuitas ad malum, & cæteræ imperfectiones animæ, accidẽtes ei ꝓ tempore uitæ præſentis. Valet etiam uirtus miſſæ ad remouenda mala pœnæ purgatorij poſt hanc uitam, qm̃ per celebratiõem miſſarum ipſæ animæ fidelium ſubleuãtur, & acceleratur eorũ liberatio, q̃d B. Gregorius libro quarto dialogorum capit. 55. duobus comprobat exemplis. Primo, de quodam ſacerdote, q ad petitionem alterius ſibi incogniti (cuius miniſterio ſæpius fuerat uſus in balneis) hoſtiam ſalutarem ꝓ ipſo obtulit, & per eam fuiſſe illum à purgatorio liberatũ poſtea cognouit. Scđo, de q̃dã monacho ſui monaſtęrij proprietario, qui licet in ſterquilinio cum pecunia apud ipſum inuẽta, fuiſſet ſepultus ad aliorum terrorem, tamen beatus Gregorius triginta pro eo miſſas celebrari ordinauit. Poſt quas perfectas apparuit illę monachus cuidam ſuo familiari, dicẽs ſe uſq; ad eum diem fuiſſe in pœna purgatorij: ſed tunc ſe bene habęre, q̃ eo die communionem accepiſſet. Itaq; laborent

omnes frequenter & deuote miſſam audire, ut ualorē
miſſarum iam declaratum poſſint hic aſſequi, & poſt
hāc uitam ad cæleſtis regni atria uirtute miſſæ intro-
duci. Amen.

¶ Quod euchariſtia in miſſa conſecrata, ſit ſacrifici
um, probatur diffuſe cōtra Lutheranos, in 10. capit. &
duobus ſequentibus ſecundi libri, Antilutheri.

¶ Idem etiam oſtenditur in 7. capite primi libri, ꝓ-
pugnaculi eccleſiæ, contra Lutheranos.

¶ Deniq;, idem monſtratur ample in 17. capite cō-
pendij ueritatum, ad fidem pertinentium.

DE MODO SE HABENDI AD DE-um tempore peſtis, ſermo.

SAcrificemus domino deo noſtro, ne
forte accidat nobis peſtis. Exo. quin-
to capite ſcribuntur hæc uerba, & pro
themate nunc aſſumuntur, ad oſten-
dendum quomodo erga deum ſe de-
bet homo gerere atq; diſponere, tem-
pore peſtilentiæ. In Pſalmo ſcriptum eſt, Multa flagel Pſalm. 11
la peccatoris, quæ ſcilicet immittunť à deo peccatori
in ſuis peccatis perſeuerāti. Aliqua quidem in hac ui-
ta, ut correptus emendetur, & flagellatus reſipiſcat à
malitia ſua. Alia uero poſt mortem, ut dānatio æter-
na animæ, & poſt conſummationem ſeculi, perpetua
corporis & animæ condemnatio. Inter flagella autē
diuerſa, quæ à deo immittuntur peccatoribus in p̄ſen
tis uitæ decurſu, tria potiſſimū ſolent aſſignari cæter;
formidabiliora, & non unam tantum perſonam, ſed
totam unā cōmunitatem affligentia, ſ. fames, bellū &
peſtis. Quæ quandā inter ſe habēt germanitatem &
connexionē atq; conſequentiā, ut ex uno eoꝝ ſoleant

alia ſeq atq; ortũ habere. Nempe ex bello & deuaſtatione hoſtili regionũ, relinquũt agri inculti, q̃ nõ poſſunt ſuo tpe ab agricolis excoli ob metũ belli. Et exinde ex penuria fructuũ in ea regione, & q̃m nõ poſſunt tuto uictualia deferri ex una regiõe in q̃ eſt eorũ abundantia, in alterã ubi eſt penuria, oborit̃ & prouenit fames. Et q̃m tpe famis nõ ſumũt̃ ſalubria alimẽta, ſed q̃lia poſſunt haberi, gignunt̃ in corpibus hũanis mali humores, ac tandẽ ex illis putrefactis in corpore gñat̃ peſtis, q̃ habẽs ortũ ex interiori infectiõe corporũ humanorũ, pgredit̃ p contagium in plures, inuaditq; domos & urbes. Et ita pſpicuũ eſt, frequẽtiq; experiẽtia cognitũ, q̃ ex bello fames, & ex fame peſtis ſuum ſumat exordiũ: q̃dq; tria hæc dei flagella mutuã inter ſe habeãt cognationẽ & cohærentiã. Cæterũ, inter hæc tria, peſtis ipſa periculoſior eſſe cenſet̃, & magis exitialis hoĩbus plaga, eo q̃ magis eſt cõis & indifferẽs oĩbus hoĩbus, cuiuſcunq; ſint cõditionis. Nã in bello habetur effugiũ ad tutas urbes & ppugnacula: & potentiores, ut principes & reges, magĩ defendunt̃. In fame itidẽ q diuites ſunt & locupletes, à piculo famis ſunt excẽpti: q̃m habent unde ſibi cibũ cõparent, & ſoli pauperes eo tpe grauant̃ inedia. In peſte uero neq; reges neq; diuites habẽt aliquod priuilegiũ ultra alios, ſed æque uerſant̃ in piculo morbi peſtiferi, ſicut quicunq; alij. Hinc rex Dauid, cũ ob pc̃m̃ numerationis populi ſui regni (ut ſcribit̃ ſecundo libro Regũ) dixiſſet ei
Reg. 24. Gad, ppheta in noĩe dñi: Triũ tibi dat̃ optio, elige unũ ex his q̃d uolueris: aut ſeptem annis ueniet tibi fames in terra tua, aut tribus mẽſibus fugies aduerſarios tuos & illi te perſequent̃, aut certe tribus diebus erit peſtilentia in terra tua: reſpõdit Dauid, Coartor undiq; nimis. Sed melius eſt ut incidã in manus dñi (multæ

enim miſericordię eius ſunt) q̃ in manus hoĩm. Et ele git peſtem triũ dieꝝ, qm̃ conſiderabat ꝙ illa erat cõis tã ſibi q̃ aliis: & ꝙ in ea ipſe nõ eſſet magis priuilegia tus aut exẽpt⁹ q̃ alij, ſicut fuiſſet in fame uel in bello. nã cõtra bellũ & famẽ habuiſſet maius p̃ſidium & de fenſionem, quàm populares & plebeij, & omnes pau peres ac infimæ ſortis de ſuo regno. Et in illo oſten dit animi ſui humilitatem, quod uoluit æque expo ni periculo flagelli diuini, ſicut minimus ſui regni: & idcirco facilius à deo obtinuit poſtea ueniam. Aue Maria.

¶Sacrificemus domino deo noſtro, ne forte acci dat nobis peſtis. Ex loco prius citato ſumunt̃ hæc uer ba in præſentis ſermonis thema, qui in duas partes di uidetur. Prima oſtendet aliquas cauſas, ex quibus ſo let accidere peſtis, & quõ illis adhibendum eſt reme dium. Secunda uero declarabit, quomodo tẽpore pe ſtis deo ſacrificandum eſt per bonorum operum ſtu dium, ut eius protectione euadamus illam plagã, aut ſaltem pie moriamur in dño. Quantum ad primam partem, ſolet peſtis potiſſimum habere ortum ex tri bus cauſis. Primum ex dei, peccatis noſtris prouocati, ira & indignatione, qui hoc flagellum immittit urbi bus & populis in punitionem peccatoꝝ. Cuius mani feſtum exemplum habet̃ 2. Regũ, & primo lib. Parali pomenon de Dauid rege, qui ex ſuperbia & elatione animi iuſſit numerari totum populũ ſui regni, ut glo riaretur in numeroſa illi⁹ multitudine. Et immiſit do minus peſtilentiã in Iſrael, & mortua ſunt intra dies tres ſeptuagita millia hoĩm de regno ſuo, ut in eo pu niretur, in quo peccauerat. Similit̃ in Leuit. inter mul ta mala & grauiſſima, q̃ cõminatur dñs populo Iſrae litico, ſi præuaricatus fuerit mandata eius, & hoc ad-

Exod. 5.

2. Reg. 24
1. Para. 21

Leuit. 26

dit:Cumq́ cõfugeritis in urbes,mittam peſtilentiã in medio ueſtri. Inſuper inter diuerſa mala quæ comminatur dominus eidem populo, ſi dereliquerit legem
Deut. 28. & mandata eius,& hoc ſubiungit: Adiunget tibi dñs peſtilentiam,donec conſumat te de terra,ad quã ingredieris poſſidendam. Et quoniam graſſante peſte, debemus timere,& id potius exiſtimare,ꝙ illa propt̃ peccata noſtra ſit nobis inflicta:ſecũdum illud, Quicquid patimur,peccata noſtra meruerunt:& illud uer-
pſal. 106. bum Pſalmi, Propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. Et iuxta præclaram illam ſententiam,quã in ſua ad deum oratione adducit eccleſia: Nulla nobis nocebit aduerſitas,ſi nulla dominetur iniquitas. Vñ ex oppoſito debemus exiſtimare, aduerſitatem nobis nocere immiſſam à deo,qm̃ in nobis dominatur iniquitas,expurganda per flagellũ. Idcirco totis uiribus elaborare debemus in tẽpore peſtis, ut irã dei cõtra nos ſuſcitatã placemus & mitigemus per opa pœnitẽtiæ, ſ. deuotam & humilem confeſſionem peccatorũ noſtrorum,& debitam pro illis ſatiſfactionẽ, quẽadmodum rex Dauid poſt numerationẽ populi ſui,factã ex elatione animi, corde cõpunctus,petiuit illius pecca-
2.Reg.24. ti ueniam,dicens ad dñm: Peccaui ualde in hoc facto, ſed precor domine,ut trãsferas iniquitatem ſerui tui, quia ſtulte egi nimis. Et cum uidiſſet ipſe rex angelũ domini habẽtem gladiũ euaginatum in manu ſua, & uerſum ad Ieruſalem ut diſperderet eam, ceciderunt tam ipſe q̃ maiores natu ueſtiti ciliciјs,proni in terrã. Dixitq́ Dauid ad deum: Nonne ego ſum q iuſſi ut numeraret̃ popul⁹? Ego ſum q̃ peccaui,ego q malũ feci.
1.para.21. Iſte grex qd cõmeruit? Dñe deus me⁹, uertat̃ obſecro manus tua in me,& in domũ patris mei, populus autem tuus non percutiatur. Et per hanc humilem ſup-

plicationem, auertit Dauid indignatiōem dei à populo ſuo, & impetrauit ceſſationem peſtis. Et ſuo exemplo nobis oſtendit, quid agere debeamus pro auertēda peſte, contingente ex ira dei. Secundo, ſolet peſtis plerunq; accidere ex cauſa naturali extrinſeca, ſ. infectione & corruptione aeris, procedente ex nebulis & uaporibus putrefactis atq; ſimilibus cauſis. Et qui talem hauriunt aerem per anhelitum, etiam inficiuntur intrinſecus in corpore & peſtem contrahunt: quemadmodum piſces exiſtentes in ſtagno, palude aut fluuio continente aquam putidam & fœtidam atq; putrefactam, inde morbum & mortem contrahunt. Qđ enim piſcibus eſt aqua, hoc hominibus eſt aer. Et hęc cauſa plerunq; eſt uniuerſalis toti uni urbi aut regioni, per quam extenditur illa aeris infectio atq; corruptio. Et ergo ſummum remediū contra hanc cauſam eſt mutatio aeris, & trāſlatio de loco ſic infecto ad aliam urbem aut regionē: ubi aer non eſt ſubiectus huic tabi, ſed purus & ſerenus. Aut ſi cōmode fieri non poteſt ea tranſlatio de loco ad locum, conueniens remedium contra hanc ſecūdam cauſam eſt, matutina ſumptio aliquorum medicamentorum contra aeris corruptionem, ut rutæ, abſinthij, aceti, & ſimiliū acrimoniam habentium & uim prohibendi corruptum aerem, ne ingrediatur ad cor aut præcordia. Tertia cauſa peſtis eſt, interiorum humorum corporalium putrefactio, qui facile admittunt propter hanc diſpoſitionem præuiam, in ſe peſtiferam tabem. Aut etiā eſt contagiū, quod ſanus ab ægroto ſumit ex mutua conuerſatione, aut acceptione anhelitus. Eſt enim peſtilens morbus admodum contagioſus, & ſerpēs in plures. Contra hanc uero cauſam quæ perſonalis eſt & particularis, ſummū remedium eſt parſimonia in ui-

ctu, & moderatum exercitium. Per quæ duo prohibetur noxiorum in corpore humorum productio. Magnum itidem eſt remedium cõtra id malum, ſummo pere euitare conſortium eorum qui peſtē laborãt, ne q̄ aliquo modo cum eis communicare, propter periculum contagionis, ſed cito & longe ab ipſis fugere. Quinimo qui ſentiunt ſe tactos peſte, & id ſciunt: debent fugere ſocietatem ſanorum, & ab illis declinare, ex dictamine iuris naturalis & lege diuina, ne ſint occaſio morbi & interitus eorum.

¶Pro ſcđa parte expediẽda, in primis ubi acciderit peſtis, neceſſarium eſt ſacrificare domino deo per bonorum operum exercitium. Nam ex ultimo capit. ſecũdi libri Regum, & ex uiceſimoprimo capite, primi libri Paralipomenon manifeſte colligitur, q̄ ſacrificium deo factum, eſt efficax mediũ atq; conueniens ad tollendam peſtem. Cum enim Dauid rex obtuliſſet deo holocauſtum in area Areuna ſiue Ornan Iebuſęi (nam is binomius erat) ut iuſſerat illi Gad propheta, ſtatim ceſſauit peſtis, quæ graſſabatur in populo. Verum hic nomine ſacrificij, omne opus bonum deo factum, debemus accipere in ampla ſignificatione. Nam quicunq; bene agit, in omni ſuo opere deo ſacrificat. Et potiſſimum quatuor genera ſacrificiorum. i. bonorum operum, tempore peſtis debemus deo exhibere. Primo, humilem orationem deo offerre & ſacratiſſimæ uirgini Mariæ, & ſanctis qui à deo acceperunt priuilegium protegendi contra peſtem, ut ſancto Sebaſtiano & cæteris, exhibere, ut nos ſuis precibus adiuuent contra imminẽs periculum. Siquidem cum filius q offendit patrẽ, uidet eũ manu tenere uirgam qua flagellat ipſum, nõne ſupplex ꝓſternitur & pronus ad genua patris, ueniã petens? nonne etiã ad

Reg. 24.

matrem ſuã confugit, ut per eam protegat ab ira patris? aut ad aliquem ex amicis & familiaribus patris, ut eius patrocinio recõcilietur patri offenſo? Sic ſane cum uidemus flagellũ peſtis à deo nobis infligi, ſuppliciter ad ipſum & ſanctos eius confugere debemus pro ſedanda ipſius ira. Multum enim ualet uiri iuſti deprecatio ad deum facta, ad mitigandã ipſius iracundiam, ut patet exemplo Moyſi, qui pro toto populo Iſrael intercedens, ne deſæuiret in ipm ira dei ob adorationem uituli conflatilis, exauditus eſt, & indignationem dei uolentis diſperdere totum populum, auertit ab eo, quemadmodum ſcribit in Exodo. Si igit homo adhuc peccato ſubiectus & morti, tm̃ potuit pſtare beneficium toti populo, nonne etiam ſacratiſſima dei mater & ſancti iam in cælo glorioſi, idem præſtare poterunt? Secundo, debemus in tempore peſtis offerre deo ſacrificium emendationis uitæ noſtræ, ut qui per gulam, luxum, aut ſuperbiam deum offendimus: per ſobrietatem, caſtitatẽ, humilitatem & iuſtitiam eundem placemus. Nam ſic reuocabit deus flagellum, quod incepit immittere, quẽadmodum ludimagiſter cum accepit manu uirgam ad percutiẽdum diſcipulũ ob ignauiam & incuriam ſtudij, qñ uiderit illum puerum commutaſſe ſuos mores, & eſſe diligentem in ſtudio, deponit uirgã quã accepit, & amplius nõ percutit illũ. Cuius rei exemplum habemus in Niniuitis, qui audientes ſubuerſionem futuram ciuitati ſuæ, ex prædicatione Ionæ, conuerſi ſunt ad pniam ſalutarẽ (ut idẽ ipſe refert) p ieiuniũ, abſtinentiã & aſpitatẽ ueſtium, & auerterunt à ſe iram dei. Nẽpe (ut ait beatus Auguſtinus) nouit deus mutare ſuam ſententiam, ſi tu noueris prauam mutare tuam uitam. Tertium ſacrificium deo offerendum tẽpore peſtis, eſt ſa-

Iacob. 5 (margin)

Exo. 32 (margin)

Ionę. 3 (margin)

crificium præparationis ſuijpſius ad mortem, etiã an
tequam peſte feriatur. Vt enim ait Horatius:

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.
Vides uicinum aut cognatum tuum peſte tactũ, tẽde
re ad mortem: nonne iuſte debes timere, idem tibi ho
die aut cras euenire poſſe? Et ne te mors imparatum
inueniat, debes adhuc ſanus te ſic diſponere, ſicut uel
les à deo hinc euocari. Et id quidem per diſcuſſiõem
conſcientiæ diligentẽ, ꝑ confeſſionem ſacramentalẽ,
ꝑ ſatisfactionẽ debitã, ꝑ ordinationẽ teſtamẽti, & diſ-
poſitionẽ oĩmodã rerꝫ ſuarꝫ, ac ſi cras aut perendie qs
eſſet moriturus. Nã ſi poſt hanc ꝑparationẽ debitam
ſupueniret alicui periculũ mortis aut peſtis lœtiferæ,
lætius ille & cõfidentius moreret̃, qa iã ad hoc eſt diſ-
poſitus. Queadmodũ S. Hilarion eremita adhuc ado
leſcens ſexdecim annos natus, latronibus illi obiectã
tibus ꝙ ab eis poſſet interfici, & idcirco timere debe-
ret ſic habitare in ſolitudie: intrepide rñdit, Ecce mo-
ri paratus ſum, & idcirco mortem nõ timeo. Deniqꝫ,
quartum ſacrificium deo tpe peſtis offerendum, ẽ ſo
licita cura ſalutis animæ, cũ quis ſentit ſe peſte percuſ
ſum. Vbi em̃ id (q̃d deus auertat) cuiq̃ acciderit, nõ de
bet eſſe conſternatus animo, necꝫ ꝑ impatientiã mur
murare contra deũ, ſed tale incommodũ patient̃ fer-
re, & in primis cogitare de aĩa ſua ſaluanda per ſacra-
menti pœnitentiæ & euchariſtiæ ſuſceptionẽ. Eſt em̃
Matt. 6. (inquit apud Matt. Chriſtus) anima pluſq̃ corpus, &
ergo prius de ea cogitandum, q̃ de ſanando corpore.
Nã interdũ per illam diſpoſitionem ſedulã aĩæ deus
dat alicui beneficium euadendi mortem, & conuale-
ſcẽdi à peſte, q̃ laborat: ubi nulla ſolicitudine facta de
anima, ſed tm̃ de corpore, non daret̃ à deo illa gratia
euadendi mortem. Demum, ꝑſtent omnes eam dili-

gentiam ſic deo ſpũaliter ſacrificãdi,ne accidat eis peſtis:aut ſi acciderit,non ſaltem noceat. Amen.

¶Sermo exhortatorius ad ſacerdotes, ut ſua dignitate ſe digne gerant.

SAcerdotes tui induãtur iuſtitiã. Pſal. 131.ſcribuntur hæc uerba,& quo ſpirituali amictu debeãt adornari ſacerdotes domini,dilucide pandunt. Sane fideles ipſi non ſolum honeſta corporꝫ indumenta pro ſui ſtatus qualitate & conditione quærere debent, ſed etiam & multo quidem magis,indumenta animæ & pulchra uirtutũ ornamenta,cum ſcribat Apoſtolus ad Corinthios : Nã 2.Cor.5.
& in hoc ingemiſcimus,habitationem noſtrã quæ de cælo eſt,ſuperindui cupientes:ſi tñ ueſtiti,& non nudi inueniamur.Eccleſiaſtes etiam quenq̃ noſtrum ſic Eccle.9.
admonet:Omni tpe ſint ueſtimenta tua candida. Inſuper in Apoca.ꝓmittit deus eis qui nõ inquinauerũt Apocal.3.
ueſtimenta ſua,ꝙ ambulabunt ſecum in albis,quia digni ſunt.Et circa eiuſdem capitis finem ait:Suadeo tibi ꝙ ueſtimentis albis induaris,ut nõ appareat cõfu- Ibidem.
ſio nuditatis tuæ.Rurſum alibi dicit domin⁹:Ecce uenio ſicut fur. Beatus qui uigilat & cuſtodit ueſtimẽta Apoc.16.
ſua,ne nudus ambulet,&uideãt turpitudinẽ eius.Deniq̃,qui ad nuptias filij regis intrauit non indutus ue Matt.22.
ſte nuptiali,iuſſus eſt ligatis manibus & pedibus ꝓijci in tenebras exteriores. Ex q̃bus oĩbus cõſtat,ipſos dei ſacerdotes,cũ honeſto corporis amictu,quẽ iniungũt eis habendũ canonicę ſanctiones, ſummopere eniti debere, ut indumẽta ſibi uirtutum quibus aĩam exornent,etiã cõparẽt. Ad q̃d planius explicandũ,ſanctiſſimã uirginẽ Mariã inuocemus,dicẽtes: Aue Maria.

Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. Ex loco prius adducto. Præſens ſermo in duas partes diſtribuet. Earum prima paucis declarabit, qualis & quanta ē ipſorum dei ſacerdotum dignitas & excellentia. Secunda uero demonſtrabit, quibus uirtutū ornamentis tanꝗ indumentis quibuſdam myſticis, decet ipſos ſacerdotes eſſe decoratos. Pro prima quidem diſſectiōis huius parte abſoluenda, id ꝑnoſcendū eſt, & attenta nūc conſideratione pēſandum, ꝙ diuino ſpū afflatus Propheta pſalmographus, breui admodum uerbo oſtendit & ſuccincta ſententia, quid dñi ſacerdotes debeāt habere, ut ſuo rite fungātur officio, uitamq́ꝫ agant dignitati ſuæ reſpondentem, cum ait ad dñm, idipſum quod in principio eſt propoſitum. Enimuero illo uerbo omnimodam concludit perfectionem uitæ, morumq́ꝫ ꝓbitatem ac integritatem, ſacerdotali officio congruentem: qñquidem iuſtitiæ nomine omniū dei mandatorum adimpletio deſignatur, uirtutumq́ꝫ omnium accumulatio. Qui autem hoc modo operatur iuſtitiam, mādataq́ꝫ dei ad unguem obſeruat ſacerdos, nimirum honeſtam degit uitam, ſuæq́ꝫ profeſſioni accōmodam. Verum ut ex illis prophetæ uerbis quippiam depromamus exhortatorium, atque ad ędificationem noſtram ſalutemq́ꝫ capeſſendam incitatorium, accingamur primum ad illud ediſſerendum, q̄d in ſupradicta partitiōe primo propoſitū eſt loco, q̄ta ſcilicet ſit ipſorum ſacerdotum dignitas atqꝫ præſtantia, eo nimirum inſinuata nomīe, quo ſacerdotes dei uocantur. In qua nuncupatione magna certe deſignatur eorum excellentia & ſublimitas, ſicut & ipſe Melchiſedec inſigniter commendatur, cum ſacerdos fuiſſe dei altiſſimi ꝑdicatur. Itaqꝫ eximia ſacerdotalis officij dignitas uel maxime oīm elucet in ſublimitate ſua

ctionis illius & officij, quo uer: Chriſti corpus & ſanguinem in altaris miniſterio conſecrant, panemq́ uiuificum & calicem benedictionis deo offerunt ſacerdotes pro totius mũdi ſalute. Ea quippe poteſtas, neq; regio diademate inſignitis, neq; imperiali adornatis corona, indulta eſt: ſed neq; angelicis ſpiritibus, & ſubſtantijs illis ſupercæleſtibus, lõge ſupra hominem naturæ perfectione collocatis, deoq́; iugiter aſtantibus, eſt conceſſa. Ecce quantam tibi ô ſacerdos dignitatem contulit dominus deus, ut cõditorem tuũ eundemq́; redemptorem manibus tuis contrectes in altari, qui & iudex tuus eſt conſtitutus: atq; in cuius man⁹ anima tua deueniet, cum primum ſoluta erit à corpore, iudicium ſuum ab eo uel ad uitam, uel ad mortem æternam acceptura. Audi beatum Gregoriũ, quid dicat de oblatione ſancti ſacrificij altaris tibi crediti, q̃ auguſta ſit & excellens, & q̃ reuerenter agenda. Quis fidelium, inquit, dubium habere poſſit, in ipſa immolationis hora ad ſacerdotis uocem cælos aperiri? in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorũ choros adeſſe, ſumma & ima ſociari, unumq́; ex inuiſibilibus atq; uiſibilibus fieri.? Audi & Chryſoſtomum in libro de dignitate ſacerdotali dicentem: Tunc, inquit, utpote tempore oblatiõis ſacrificij ſuper altare, etiam angeli circunſtant ſacerdotem, & tribunal atque altaris locus cæleſtibus uirtutibus adimpletur, in honorem illius qui immolatur. Quanta ergo uitæ ſanctimonia effulgere debent ſacerdotes, quanta puritate & munditia cum corporis tum animi, ut hoc tantum ac tale ſacrificium rite offerant deo? Dictum ſiquidem eſt de ueteris legis ſacerdotib⁹: Sacerdotes ſancti erũt deo ſuo, & nõ polluent nomen eius. Incenſum enim domini & panes dei ſui offerunt, & ideo ſancti erũt. Si itaq; in illius an- Leuit.

tiquæ obſeruationis ſacerdotibus expoſcebatur ſanctitas incontaminata, qui oues & boues offerebāt in ſacrificium deo: quanto maior expetitur in ijs, qui nouæ legis ſequuntur inſtituta, uerū dei filiū æterno patri offerentibus in odorem ſuauitatis? eo ſane purior ſanctitas, quo hoc ſacrificium ineffabile, omnibus antiquis ſacrificijs eſt eminentius. Eſt & alterū ſacerdotalis dignitatis argumentum non mediocre, ꝙ illi eſt conceſſa poteſtas ligandi & ſoluēdi ſuper terram, nō corpora hominū, ſed animas: quodq́ꝫ huiuſmodi ſententia à diuinæ maieſtatis conſiſtorio atqꝫ prætorio approbatur. Sane nec reges terrę nec principes æquā habent huic poteſtati uirtutem, quinimo huic autoritati colla ſupplices ſubmittunt. Sed neqꝫ ſubſtātijs angelicis collata eſt hęc facultas ligandi atqꝫ ſoluendi in terra, quādoquidem ipſis à deo non eſt dictum: Quæcunqꝫ ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cęlis: & quæcunqꝫ ſolueritis ſuper terram, erūt ſoluta & in cælis. Debet igitur tantæ ſacerdotum dignitati, reſpōdere probitas uitæ & integritas, ut quanto cæteris fidelibus ſunt ſpirituali poteſtate & dignitate ſuperiores ac eminentiores, tanto etiam ſint illis conſpicuo uirtutum fulgore illuſtriores, & bonorum operum decore.

¶Pro ſecunda ſermonis huius abſoluenda parte, nunc in ea pro noſtra pollicitatione ſumus oſtēſuri, quonam pacto ſacerdotes uocati ad miniſterium nō
Timo.6. regis aut principis terreni, ſed æterni: regis inquā re-
Apoc.17. gum & domini dominātium, indui debent iuſtitiā, ut ſuo placeāt regi ac dn̄o, cuius obſequio ſe prorſus addixerūt. Et plane operęprecium eſt, ꝙ dn̄i ſacerdotes primum induātur iuſtitiam, quantū ad deum: ſecūdo, quantum ad ſeipſos: & tertio, quantū ad proximum.

Quantum ad deum, indui debent ſacerdotes iuſtitiã, exhibẽdo illi debitum cultum & integrum obſequiũ, ad quod aſtringunt, utpote horis canonicis, miſſarum celebratiõibus, cæteriſq; officijs eccleſiaſticis aſſiſtendo, à principio ad finem uſq; : quandoquidem ꝓ huiuſmodi aſſiſtentia, diſtributiones, ſtipendia eccleſiaſtica & beneficiorum ſuorum prouentus annuos recipiunt. Si quis enĩ militare reciperet ſtipendiũ, ut bello gerendo intereſſet, quouſq; foret cõfectum: iſq; nõ progrederetur ad bellum, aut duntaxat in principio belli aciem ingrederet, & protinus ſe ſubduceret pugnæ, aut ſolum in fine conflictus ſe exhiberet præſentem, cum iam finitum eſſet prælium: nunquid ille dignus eſſet ſuo ſalario, & debita pugnantibus recipere ſtipendia? Si quis item ex ſuo officio deberet aſſiduus aſtare regis menſæ, & circa principium tantum aut finem conuiuij adeſſet, maiori tempore abſens q̃ præſens, an is ſuo ſatisfaceret officio? Certe dicẽt omnes, illum ignauum eſſe infidelemq; ſeruum. Qui ergo in dei altiſſimi miniſterio, in horaꝝ pſalmodijs, in miſſarum ſacrificijs, & cæteris id genus, circa principiũ aſſiſtunt choro & protinus exeunt: aut circa finem tantũ aduentant, nullo impedimẽto legitimo detenti: nunquid reddunt deo quod ſuum eſt, aut tale ei præſtant obſequium & tantum quantum debent? Nequaquã. Suis tñ diſtributiõibus integris fraudari nolũt, ac ſi à principio ad finem uſq; affuiſſent. Certe de hac infidelitate & iniuſtitia reddẽt rationem in die iudicij. Itaq; ut induant ſacerdotes iuſtitiã quantum ad deum, diligentius ac integrius q̃ hactenus factitatũ eſt, illi impendant obſequium, & choro aſſiſtant cõtinue, dum diuinum celebratur officium, quemadmodũ debent. Deinde neceſſariũ eſt, ꝙ ſacerdotes induant iuſtitiam,

quantũ ad ſeipſos, cuſtodiendo corpus ſuũ pariter & mentem mundã ab omi pollutione & ſorde libidinis, qm̃ ea lege, eo pacto, eaq́ꝫ conditione ſuſceperunt ſacram altaris adminiſtrationem & gradũ eccleſiaſticum, ꝙ caſtitatem deinceps ſeruarent, uitã agerent cœlibem, & ab omni mulierũ conſortio ſe abdicarent, ſecundum eccleſiæ conſtitutionem, eos ad hoc obligantem. Quod ſi concubinatu aut fornicatione aut alio immũditiæ genere ſe cõtaminauerint, primum ſibiipſis ſunt iniurij: qm̃ (ut ait B. Paulus) q fornicat̃, in proprium corpus peccat. Deinde hæc iniuſtitia redundat in contumeliam dñi & dei noſtri, qui uult mũdos habere & ſanctos miniſtros, qui clamat per prophetam Iſaiam: Mundamini qui fertis uaſa domini. Nõne ergo potius mundari debent, qui ſanctum ſanctorũ ferũt manibus ſuis? Idem quoq; per Malachiã inclamat uobis: Ad uos ó ſacerdotes qui offertis panem pollutum, & deſpicitis nomen meum. Certe dei nomẽ contemnunt & panem offerunt pollutum, qñ ipſi polluti ſordibus luxuriæ, audent panem illum cæleſtem manibus immundis contrectare. Nonne in Leuitico ſcriptum legimus, ꝙ Nadab & Abiu filij Aaron arreptis thuribulis ignem alienũ obtulerũt domino, & ſtatim ſubita morte percuſſi ſunt, & mortui in eodem loco? Cur non timẽt igitur ſimilem punitionem repentinã ſacerdotes, qui incenſi igne libidinis, & fœminarum amoribus flagrantes, audent cum illis cõcupiſcentiarum flammis accedere ſanctum altare? Audiãt ſi qui tales ſunt, Hieronymũ ita eos acriter increpitãtem: Acerbiora gehennæ tormẽta ſacerdotibus & clericis fornicantibus reſeruantur. Væ tibi ſacerdos, qui eodẽ ore oſcularis filiam ueneris, quo pauloante ſumpſiſti filiũ uirginis. O impie Iuda, oſculo filiũ hoĩs tradis.

Margin notes (cropped): ...ıin. 6 · ...ſ. · ...1. · ...it. 10.

Hæc ille. Induant itaq; poſthac ſacerdotes iuſtitiam,
quantum ad ſeipſos, corpora ſua incontaminata & ab
omni ſpurcitia incoinquinata ſeruātes. Demū, ſacerdo
tes induantur iuſtitiā oportet, quantū ad proximos:
quibus bonæ uitæ p̄beant exemplū per probos & ca-
ſtigatos ſuos mores, ſecundū illud uerbū diui Apoſto
li ad Titum: In oībus teipſum p̄be exemplū bonorū Tit. 2
operum: in doctrina, in integritate, in grauitate. ſecun
dum illud etiam monitū eiuſdē ad Timotheum: Ex-
emplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in 1. Tim. 4
charitate, in fide, in caſtitate. Et certe multū prodeſt
laicis ad rectæ uitæ exemplū, uita ſacerdotū ſancta &
proba. E diuerſo ſacerdotes corruptam uitijs agentes
uitam, peſtiferam ſuorū criminū tabem tranſmittunt
in cæteros, eosq; exemplo ſuæ prauitatis occidunt, q̄s
deberent recte uiuendo uiuificare: quemadmodū do
minus per Iezechielē dicit, de prauis ſacerdotibus cō Iez. 44
querens: Facti ſunt domui Iſrael in offendiculum ini Oſe. 4
quitatis. Et de ijſdem rurſum per Oſee prophetā: La-
queus ruinæ populi mei, ſacerdotes mali. Aſtipulat̄
illis beatus Gregorius, in paſtorali dicens: Scire ſacer
dotes debent, q; ſi peruerſa unquam perpetrarint, tot
mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos pditiōis exem-
pla tranſmittūt. Vn̄ neceſſe eſt ut tāto ſe cautius à cul
pa cuſtodiāt, quāto per praua q̄ faciunt, nō ſoli mori-
untur. Sed nōne exēplū perditiōis alijs ingerunt ſacer
dotes, q aſtātes choro pſallētiū, uana miſcēt colloq̄a,
ſcōmata, riſus, cachinnosq; mouent, & eccleſiaſticum
interturbāt officiū? aut qui tēpore diuini officij q̄d in
choro celebrat̄, inquieto greſſu ſubinde intrāt & exe-
unt chorū, ut legumina in cacabo, agitati incōſtantiæ
ſpū? aut extra ſepta chori intra tēplū (cū canit̄ officiū
eccleſię) ultro citroq; deambulāt, laicis cōfabulantes,

aut ſecularia pertractant negocia? digni profecto q facto de funiculis flagello eijciãtur à domino de templo, quod ſuam domum commutent in publicæ con fabulationis conuenticulum. Abijciantur obſecro in poſterũ hi mores improbi, & ſacerdotes domini induantur iuſtitiam: etiam quãtum ad proximos recte inſtruendos, ut demum digni ſint habitare in tabernaculo domini, & ſtare in mõte ſancto eius. Quod nobis concedat dominus omnipotens. Amen.

¶ Exhortatorius ad ſacerdotes ſermo ſecundus.

SObrie & iuſte & pie uiuam[9] in hoc ſeculo. In epiſtolæ ad Titum ſecundo cap. ſcribuntur hæc uerba, & ad rectam uitæ inſtitutionẽ apoſtolico magiſterio paucis certam regulam proponunt. Quę etſi generatim pertineãt ad fideles omnes (cuiuſcꝫ ſint ſtatus & conditionis) bonis moribus formandos, peculiariter tamen in præſentia ad ſacerdotes domini ſermone compendiario cõmonefaciendos, congrue accommodantur. Quoniã tanto in ipſis debet eſſe compoſitior & clarior uitæ honeſtas, quãto ſublimior eſt officij eorum dignitas, excellentiuſcꝫ miniſteriũ. Itacꝫ ad proponendam aliquãtulã pro recta morum ſacerdotalium directione admonitionẽ, in huius eccleſiaſtici cœtus conſeſſu & corona, eiſdem uerbis apoſtolicis in principio pro themate propoſitis uti nunc congruum uiſum eſt. In quibus quidẽ uerbis triplex ipſis ſacerdotibus explicatur recte uiuendi præceptum, in præſentis uitæ ſtadio, ſecundum triplicem ad diuerſa habitudinem, ipſis neceſſariam ad ſalutem. Primum quidem, quod ſobrie uiuant quantum ad ſeipſos, per debitã temperantiã. Secundum, ꝗ ijdẽ ſacerdotes iu-

ſte uiuãt, quantũ ad proximos, reddentes cuiq; quod ſuũ eſt, per iuſtitię rectitudinẽ. Deniq;, tertiũ pręceptũ eſt, ꝙ ipſi ſacerdotes pie uiuãt quantũ ad deũ per uerã religionem, & debitã illi in ſuo officio ſeruitutẽ & rectum miniſteriũ. Et hæc tria præcepta deſignantur in uerbis ſuperius ex beato Paulo aſſumptis, ꝑ terna illa aduerbia, ſobrie & iuſte & pie, quõ hic uiuendum ſit, particulatim explicantia. Vnde ſobrietas ipſa, cum in multis ſacræ ſcripturæ locis, tum in Eccleſiaſtico ꝑclare cõmendatur his uerbis: Aequa uita hominibus, uinum in ſobrietate. Si bibas illud moderate, eris ſobrius. Vinũ in iucũditatem creatũ eſt, & non in ebrietatem ab initio. Exultatio animæ & corporis, uinum moderate potatũ. Sanitas eſt animæ & corpori, ſobrius potus. Vinũ multũ potatũ, irritationẽ & irã & ruinas multas facit. Hæc ibi. Cõmendationẽ uero iuſtitiæ, uirtutis eximię ipſa ſacra pagina locis cõpluribus continet, & illud ei attribuit præconiũ, ꝙ integre obſeruata, perducit ad regnũ cælorum. Poſtquã enĩ interrogauit in pſalmo ſanctus ꝓpheta deum: Dñe, qs habitabit in tabernaculo tuo? aut qs requieſcit in mõte ſancto tuo? ꝓtinus hanc ſubnectit rñſionem, Qui ingreditur ſine macula & operat̃ iuſtitiam. Deniq; pietatẽ, tertiã uirtutẽ hic expreſſam, multis in locis commẽdat Apoſtolus per ſuas epiſtolas, & ꝑſertim in ſua ad Timotheũ prima epiſtola, ubi ait ad ipſum ſcribẽs: Exerce autẽ teipſum ad pietatẽ. Nã corporalis exercitatio ad modicũ utilis eſt. Pietas aũt ad oĩa utilis eſt, ꝓmiſſionẽ habẽs uitæ q̃ nũc eſt & futurę. Et in eiuſdẽ epiſtolę alio cap. B. Paulus ad eundẽ uerba faciẽs, ait: Sectare uero iuſtitiã, pietatẽ, fidẽ, charitatẽ, patiẽtiã & mãſuetudinẽ. At nũc ad ſacroſctãm uirginẽ Mariã cõuertamur, ad habẽdũ eius auxiliũ, dicẽtes: Aue Maria,

Eccl. 1
Pſalm.
1. Tim
1. Tim

¶ Sobrie & iuſte & pie uiuamus in hoc ſeculo. Ex loco prius expreſſo. Præſens ſermo in duas partes diuidetur. Quarũ prima declarabit, quõ ſacerdotes dei debent ſobrie uiuere, quantũ ad ſeipſos: & iuſte, quantũ ad ꝓximos ſuos. Secũda demõſtrabit, q̃nam pacto ſacerdotes debent pie uiuere quantum ad deũ, & illi debitũ miniſteriũ impendere. Pro prima quidẽ diſſectionis deducenda parte, quæ proponit primũ ſacerdotes debere ſobrie uiuere, quantũ ad ſeipſos & ſuam ipſorum perſonam: hanc præclarã uirtutem (ſobrietatem dico, & ab omni temulentia & ebrietate abſtinentiam) ſacerdotibus eſſe neceſſariam, inſinuat ma-
ꝭ.10. niſeſte dominus deus in Leuitico, cũ ait ad Aaron ſacerdotem & filios eius: Vinũ & omne quod inebriare poteſt, nõ bibetis tu & filij tui, quãdo intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia prçceptũ ſempiternum eſt in generationes ueſtras, ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctũ & prophanũ, inter pollutũ & mundũ: doceatiſq; filios Iſrael omnia legitima mea, quæ locutus ſum ad eos per manũ Moyſi. Hæc ibi. Vbi Nadab & Abiu filij Aaron ſacerdotes leguntur ſubita morte percuſſi, ob ſuam temulentiam, ut dicũt expoſitores. Quod ſi ad immolationẽ pecorũ & uolucrũ, cçterarumq; ueteris teſtamẽti hoſtiarum, opus erat ſacerdotes illius ritus eſſe abſtemios: nõne potiore iure ad immolandũ unicã & ſingularẽ nouæ legis hoſtiã, quæ eſt ſc̃tm̃ ſanctorꝝ & uerus dei agnus, oportet ſacrificãtes nõ eſſe deditos ebrietati, neq; addictos cauponæ uinariæ, ſed in uino ſumẽdo moderatos? Rurſum & Sapiens in Prouerbijs quãta temulen
3. tiã mala ſubſequant̃, liquido ꝓdit, dicẽs: Cui uæ? cuius pr̃i uæ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa uulnera? cui ſuffoſſio oculorꝝ? nõne ijs q̃ cõmorant̃ in uino, & ſtu

dent calicibus epotandis? Ne intuearis uinũ qñ flaueſcit, cũ ſplenduerit in uitro color eius. Ingredit blãde, ſed in nouiſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus uenena diffundet. Et pauloante in eodem loco: Noli eſſe in conuiuijs potatorũ, nec in comeſatiõibus eorũ qui carnes ad ueſcendum conferunt: quia uacãtes potibus & dantes ſymbola, conſumentur. Eandẽ quoq; labem ebrietatis dñs noſter in euangelio apud Lucã deuitandã admonet his uerbis: Attendite autẽ uobis, ne grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate & curis huius uitæ, & ſuperueniat in uos repentina dies illa. Diuinus etiam Paulus ad capeſſendã ſobrietatem Timotheum exhortatur, dicens ad Timoth. Sobrius eſto. Verum his uerbis nõ ſolum Timotheum, ſed & unumquẽq; ſortis eccleſiaſticæ uirũ (qualis erat Timotheus) exhortatur, ut ſobrietatem nobile ſacerdotum ornamentũ ſtudioſius amplectatur. Deniq; B. Petrus, in prima ſua epiſtola canonica, eãdem commendat, ita ſcribens: Sobrij eſtote & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit, quęrens quẽ deuoret. Cæterũ, nõ minus temperantia in cibo q̃ potu (quæ proprie ſobrietatis nomine deſignatur) ſacerdotibus eſt obſeruanda, quoniã & illa ad uitæ honeſtatem morũq; compoſitionem admodum cõducit. Quam & Eccleſiaſticus ſummopere expetendã edocet, cũ his uerbis ingluuiẽ uẽtris, crapulã & immoderatã epulationẽ dãnat: Noli eſſe auid⁹ in omi epulatione, & nõ te effundas ſuper oẽm eſcam. In multis eñ eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinq̃bit uſq; ad cholerã. Propter crapulã multi obierũt. q autẽ abſtinens eſt, adijciet uitã. Cui cõſonat Salomõ in Prou. dicẽs: Qui diligit epulas, in egeſtate erit: q amat uinũ & pinguia, nõ ditabit. Deniq; B. Paulus ad Rom. ſcribẽs,

Lucę. 21 | 2. Tim. | 1. Petri | Eccle. | Pro. 21. | Roma.

& ſancta tradēs honeſtioris uitæ præcepta, admonet fideles, ambulandū nō eſſe in comeſatiōibus & ebrietatibus. Adijcit inſuper eodem loco altiſonus ille legis euangelicæ præco, non eſſe nobis etiam ambulandum in cubilibus & impudicitijs, ꝙ ex ebrietate & crapula tanq̃ uirulenta matre, ſoleāt libidinis enaſci cōtagia, iuxta hanc beati Hieronymi ſententiam: Ventrem cibo & potu diſtentum, uoluptas ſequitur genitalium. Proinde ut ſobrie uiuant ſacerdotes, ſecundū ſacratiſſimi Pauli uerbū, operæprecium eſt eis & hāc tertiam ſpeciem temperantiæ amplecti ſcilicet caſtitatem & ab omni ueneris commercio continētiam, ſecundum illud eiuſdem Apoſtoli uerbum ad Timotheum, imo ſub Timothei nomine ad unumquenq;
Tim. 5. eccleſiaſtici gradus uirum: Teipſum caſtum cuſtodi. Huiuſmodi autem ſacerdotalis caſtitas, quoniam ſolenni uoto deo promittitur in ſacrorum ordinū ſuſceptione, ſecundum eccleſiæ latinæ laudabilem ſanctionem: illicitas reddit cuiq; ſacerdoti nuptias & coniugale uinculum, alijs omni iugo ſolutis licitum. Quanto igitur magis illicitus eſt & prohibitus uiris eccleſiaſticis concubinatus, & omne ſuſpectū mulierū contubernium, cū infandum illud concubinarū conſortiū, diuina lege etiam omībus cuiuſuis ſtatus & conditio
Exod. 20. nis hoībus ſit uetitum? Hinc beatus Hieronymus terrifica uoce & uerbis horriſonis hanc clericorū impudicitiā ita inſectatur: Acerbiora gehennæ tormēta ſacerdotibus & clericis fornicantibus reſeruantur. Væ tibi ſacerdos, qui eodem ore oſcularis filiam ueneris, pauloante ſumpſiſti filiū uirginis. O impie Iuda, oſculo filiū hominis tradis. Hæc Hieronymus. Præterea præter antiquas ſummorꝫ pontificū & ſacrorꝫ cōciliorū ſanctiones, in Codice decretorū & epiſtolarꝫ decre

talium abunde expreſſas, ſacroſctã ſynodus Baſileẽſis in ſeſſione ſua uiceſima, memorabile ſanxit decretum cõtra concubinarios ſacerdotes, hãc cõplectens ſentẽtiam, ꝙ ſi q in ſacris ordinibus cõſtituti, deprehẽſi fuerint hoc deteſtabili incõtinentię uitio laborare, ſi moniti à ſuis ſuperioribus, non reuocauerint pedẽ ab eo malo: per tres menſes priuẽnt fructibus ſuorum beneficiorum, q applicent ad fabricã eccleſiæ aut alios pios uſus. Quod ſi tranſactis tribus mẽſibus, adhuc nõ ſe emendauerint, priuent ſuis bñficijs eccleſiaſticis. Demum, ſi tertio loco hui⁹ rei admoniti, nõ retraxerint pedẽ ab eo incontinentiæ malo, declarent à p̄lato ſuo prorſus inhabiles ad quodcũq; bñficium eccleſiaſticũ poſtea obtinendũ. Quæ ſynodica cõſtitutio ſi ad ungũẽ (ut deberet) ſeruaret, nõ defœdaret priſcus eccleſiæ decor teterrima labe ſacerdotũ cõcubinariorum, neq; obſcuratũ eſſet eius aurũ, mutatusve color eius optimus, in tetrũ nigrorẽ. Sed nõne in ſacra bibliæ hiſtoria legimus Ophni & Phinees ſacerdotes dñi, filios Heli cæſos eſſe gladio in bello, uno eodemq́; die, qm̃ prę ter cætera ſua ſcelera, dormiebãt cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtiũ tabernaculi? Si tã graui pœna plectebatur à dño incontinentiã ſacerdotũ ueteris legis, quãto maiore punietur & ſacerdotũ nouę legis impudicitia, qui agnũ immaculatũ in ſacro altari debent offerre, nõ niſi puris manibus & caſto corpore contrectandũ? Nonne etiã in ſctõ legimus euangelio gregẽ porcorũ ad duo millia agitatũ à legione dæmonum, permiſſa à dño intrare in porcos, præcipitatũ fuiſſe in mare & ſubmerſum? Id autẽ factũ myſtice deſignat, eos oẽs, & p̄ſertim ſacerdotes, q in uolutabro luti libidinis obuoluunt, niſi mature reſipiſcant, pmittendos eſſe à deo in exitu uitæ p̄ſentis ptãti ſathanæ,

Thre. 4. 1. Regũ. 4. Marci. 5.

CcCc

& demergendos ab eo in lacum damnatiōis æternæ, A quo miſerabili exitio ut liberentur oēs, ſtudeāt(ut
Tit.2. monet Apoſtolus)ſobrie nūc uiuere. Deinceps uero iuxta propoſitam beati Pauli ſententiam, eniti debēt ſacerdotes, ut iuſte uiuant in hoc ſeculo, quantū ad rectam proximorꝫ ædificationē. Eſt em̄ iuſtitia ſm Ariſtotelem, uirtus ad alterum, qua cuiq; reddimus quod ſuū eſt, & quod illi debetur. At uero ſacerdotes q ſpiritualem aliorū curam & adminiſtrationem ſuſceperunt, debent ratione beneficiorū ſuorꝫ eccleſiaſticorꝫ ſuis ſubditis ſedulam directionem ad uiā ſalutis, correptionem ſcilicet à uitijs, & inſtructionem ad uirtutes ac opera bona, tanq̄ paſtores quidā ſpirituales, q bus una pars gregis dominici eſt cōmiſſa, ut eam ſolicite regant. Ergo non debent eſſe oſcitantes ad commendatam illis ouiū ſuarum cuſtodiam, & lanā & lac ex ouibus colligere, id eſt, temporalia emolumenta ſolūmodo curare: ſed pręcipue ſalutem animarum, p quibus Chriſtus eſt mortuus. Sunt enim(ut ait Apo-
Heb.13. ſtolus ad Hebræos) rationem domino de animabus
Eze.34. ſuorū ſubditorꝫ reddituri. Et p Iezechielem denūciat dn̄s, q gregem ſuum de manu paſtorum requiret, & diſceptabit cum eis. Vnde & quiſq; ſacerdotum directoriam aliorꝫ curā habentium, de unoquoq; ſuorum ſubditorum ſibi dictum credere debet, quod in tertio
3.Reg.20. libro Regum ſcribitur: Cuſtodi uirum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Itaq; ſolicita mente ſecum reuoluere animo debēt huiuſmodi paſtores, quomodo de unaquaq; commiſſarum ſibi ouium, rationem deo reddēt in die iudicij, qui uix bn̄ de propria anima ſciēt rationem condignā reddere,
Luce.12. cum in euangelio dictum ſit à Chriſto, q cui multum commiſſum eſt, multum exigetur ab eo. Deinceps de

bent ſacerdotes etiam omnes uniuerſis fidelibus bonæ uitę exemplum, quod inſpicientes laici imitentur, ſeq; & uitam ſuam illi conforment. Et præſertim qui paſtores ſunt, ante oues ſuas ire debẽt per greſſus bonorum operum, & oues ediuerſo debẽt eas ſequi per imitationis ſtudiũ: ut uere dicere poſſint ad ſuas oues illud Chriſti uerbum ad diſcipulos ſuos in ultima cœna: Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Idipſum certe admonet & diuinus Apoſtolus, ita ſcribens ad Timotheũ: Exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Conſimiliter & Titũ eiuſdẽ rei admonet, hoc modo: In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Et profecto uita ipſa ſacerdotũ debet eſſe tanquã exemplar & ſpeculum in monte ſublimitatis eccleſiaſticæ cõſtitutum, quod populares & plebeij inſpiciant, & faciant ſecundum exemplum in culmine & faſtigio eminente collocatum. Quocirca cum ediuerſo uita ſacerdotum praua eſt & peruerſa, per eius conſectationem etiam laici trahuntur ad interitum, putantes omne illud eis licere, quod ab illis uident fieri. Et ita cum paſtor percutitur flagello iniquitatis & nequitię, diſpergunt oues gregis per diuerticula & uias obliquas malarũ actionũ. Quod & Gregorius hoc modo conteſtatur: Cum paſtor, inquit, ꝑ abrupta gradit, conſequens eſt ut grex eum per præcipitia ſequat. Et q labenti innitit, neceſſe eſt ut cũ labente pariter labat. Idẽ q̃q; in paſtorali cõſimilẽ profert ſentẽtiã, dicẽs: Scire paſtores debẽt, ꝙ tot mortibus digni ſunt cũ praua agũt, q̃t ad ſubditos ꝑditiõis exẽpla trãſmittũt. Tãto igit diligẽtius ſibi cauere debent à prauitate, quanto magis per mala quæ perpetrant,

Iohan. 13
1. Tim. 4
Tit. 2

non ſoli moriunt. Quod aũt de paſtoribus hic à Gregorio dicitur, de cunctis etiam ſacerdotibus recte intelligitur: quoniam & de uniuerſis in gñe ita dominus deus per Oſee prophetam cõqueritur: Ruina po-
Oſe.4. puli mei ſacerdotes mali. Denique, ſacerdotes iuſte debent uiuere, quantum ad completionem ſufficientem eorum, quæ ſuis debent fundatoribus & benefactoribus ſiue uiuis ſiue defunctis, ratione ſuorum beneficiorum. Exempli gratia, ſi ex huiuſmodi fundatione debent celebrationem miſſarum, aut lectionẽ uigiliarum, aut aliud quodpiã opus ſpirituale, ut diſtributionem eleemoſynarum in pauperes, integre illud exequantur, & non fraudent intentionem fundator. Nam illud quandam furti, rapinæ & iniuſtæ detentionis gerit ſpeciem, ſi accipiant beneficiati ſuorum beneficiorum ſtipendia, & non faciant illud ad quod ratione illorum obligantur. Quemadmodum facere ſolent ij, qui in obitibus eccleſiaſticis aut miſſis de defunctis, fundatis ĩ eccleſia, modica tẽporis morula aſſunt choro, ingredientes illum, & paulopoſt ante cõpletũ officium egredientes: & tamen plenarias accipiunt diſtributiones, ac ſi à principio ad finem uſq; (ut debebent) aſtitiſſent. Qui nimirum perſimiles ſunt militibus, qui integra reciperent belli ſtipendia & militię, & tamẽ ſolum adeſſent in ipſo cõflictus initio, & poſtea ſeipſos pręlio ſubducerent. At ſicut huiuſmodi milites nõ ſatisfacerent officio militari, ita nec iſti ſatisfaciunt integre eccleſiaſtico miniſterio, nec iuſte agunt cũ ꝓximo ſuo. Ad q̃d iniqtatis gen⁹ euitãdũ, debẽt ſacerdotes iuxta Pauli uerbũ, iuſte uiuere in hoc ſeculo.

¶ Pro ſcda ſermonis iſtius expedienda parte, iuxta aſſignatã ſuperius partitionem, poſtremo quidẽ loco ſecũdum ſalutarẽ S. Apoſtoli doctrinã, enitẽdũ eſt ul

ris eccleſiaſticis, ut pie uiuãt in hoc ſeculo, quantũ ad deum, & ea q̃ dei ſunt. Eſt eñ (teſte Auguſtino in lib. decimo de ciuitate dei) pietas cult⁹ religioſus deo debitus, & ſyncera uerę in deũ religionis obſeruantia. Ad quam ſtudioſius amplectendã potiſſimũm cõducit conſideratio dignitatis ſacerdotalis, qua inſigniuit illos deus pro ſua dignatione, quos ad tã ſublime miniſterium uocauit & admiſit. Ea uero dignitas ꝑſertim in duobus eluceſcit. Primo in poteſtate cõficiẽdi & cõſecrãdi ueræ Chr̃i corp⁹ & ſanguinẽ, ꝑ uerba ſacramentalia ab ipſo inſtituta: & in ſacro altari ſub ſpeciebus panis & uini ipſum corpus & ſanguinẽ domini, contrectandi. Quæ quidem poteſtas tam ardua & auguſta eſt, ut nec ſacratiſſimæ dei matri & uirgini indulta fuerit, nec angelicis ſpiritibus, quantumlibet apud deum ſublimibus. Quinimo & in ipſa immolationis ſanctæ hoſtiæ in altari hora, cæleſtes ipſi ſpirit⁹ ut obſequioſi miniſtri aſtant inuiſibiliter altari, dominum & ſuum deum ibidem corporaliter præſentem adorantes, quemadmodum teſtatur Chryſoſtomus in ſexto dialogorum de dignitate ſacerdotali. Cui & Ambroſius & Gregorius aſtipulãtur. Secundo innoteſcit omnibus ipſa dignitas ſacerdotalis in poteſtate ligandi & ſoluendi homines ſuper terram, remittendiq́ꝫ & retinendi peccata hominum, quam dominus ſuis diſcipulis, & conſequenter ſacerdotibus tradidit apud Matthæum & Iohannem. Quæ ſane poteſtas tãtę eſt efficaciæ, ut & reges & principes illi ſubijciãtur, & ſententia eius in conſiſtorio diuinæ maieſtatis approbet. Nam quorũ peccata remittunt ſacerdotes, remittunt eis à deo: & quorũ retinent peccata, retinent itidem à dño deo. Cũ igitur ad tantã dignitatẽ ſe conſpiciunt ꝑuectos ipſi ſacerdotes domini, ne uideãtur imme

Matt.16.
Matt.18.
Iohan.20

mores accepti beneficij, aut ingrati de tanto munere ſibi indulto, decet ne eos in ſuum benefactorem aliquod gratitudinis argumentū oſtēdere, ueramq́ animi pietatem? Quod plane præſtabūt primo loco, ſedulum illi obſequium officioſe præſtando in celebratione officiorum eccleſiaſticorum, ut immolatiōe ſacroſanctæ hoſtiæ in miſſa, cū debita grauitate, honeſtate & maturitate, in decātatiōe itidē & lectiōe horarū canonicarū, cū ſyncera deuotiōe & matura diſcretione, ſine præcipitatione aut leuitate. Nempe ſi terreno principi aut imperatorio ſtemmate fulgenti uiro aliquod miniſteriū deberent impendere, ſtuderēt utiq; illud cum maxima qua poſſent decentia & cura illi exhibere. Si præterea coram regia maieſtate cuiuſpiam mortalitate adhuc circundati uiri uerba facere deberent, cū magna circunſpectione & attentione
Apoc.17. illa proferrent. Cum igitur regi regum & dño dominantium exhibent famulatū in miſſæ celebratiōe, cū etiam ad eundē uerba faciunt in horarū decantatiōe aut lectione: nonne cum decentiſſima diſcretione & attentiſſima conſideratione debēt ijdem hæc officia peragere? Debēt reuera unumquēq; hæc domini uer
1.Regū.2. ba ad Heli ſacerdotem, & animare ad bonum, & abſterrere à malo: Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. At nonne contemptio quædam in deum eſſe uidetur, ſi officia hæc eccleſiaſtica aut non compleātur
Mal.1. ſuo tempore & loco, aut indebite & indecenter abſoluantur? Si ego ſum dominus, inqt deus per Malachiam, ubi eſt timor meus? Si ego ſum pater ueſter, ubi eſt honor meus? Profecto ipſe Chriſtus & dominus noſter eſt, & pater. Idcirco & timorem illi ſanctū debemus & amorē, pariter & pium honorem. Inſup, &

pietas ipſa ſacerdotum in deū eniteſcere debet in debita reuerentia, quæ in tēplo & choro tēpore celebrationis diuini officij habenda eſt, & corā aliis oſtēdenda, ut ſcilicet pſalmodia ipſa rite decēterq́ & reuerenter in choro abſoluat, tanq̄ præſentibns angelis qui aſtent pſallentibus, ſm illud Prophetæ uerbū in pſalmo: In conſpectu angelorū pſallā tibi deus meus. Et tempore hmōi pſalmodiæ aut celebratiōis præcipuæ miſſæ aſſint ſacerdotes & aſſiſtant choro ſine euagatione, Nempe ſi tēpore decātationis horarū aut miſſæ fiant à ſacerdotibus in choro præſentibus cōfabulationes, riſus, cachinni & ſcōmata: nōne hæc irreuerētia in diuino officio cōuincit eos non habere uerā animi pietatem in deū? Si prẹterea inſtabili pede ſacerdotes ipſi tēpore officij diuini nunc ingrediantur chorū, nūc exeant, alternētq́ uices, modo intrandi chorū, modo egrediendi, ſicut apes in alueario: nōne hæc incōſtantia nunc ingreſſus, nūc exitus, liquido prodit eoſdem nō pie uiuere, nec reuerenter in deū? Si deniq́ tēpore decātationis diuini officij cū deberent aſſiſtere choro ſacerdotes, deambulāt in exteriore & ampliore parte tēpli, confabulantes adinuicē, aut cū laicis de negociis ſecularibus: quis ſanę mētis, dixerit illis tantā irreuerentiam in tēplo exercētibus, uerā adeſſe in deum pietatē? Omitto q̄ populares & plebeij tam incōpoſitos & indiſciplinatos mores ſacerdotū in tēplo cōſpicati, aut trahuntur in imitationē tantæ improbitatis, aut linguā laxant in detractionē & oblocutionē contra hos indecētes agēdi ritus, modūq́ uiuēdi eorū: qui domū dei (quæ domus orationis eſt & uocat) faciunt locum deambulationis & cōfabulationis, & frequenter domum negociationis aut nundinationis atque mercatus. Itaq́ prætermiſſis hiſce generibus impietatū

Pſal. 137

& irreuerentiæ in ſacris locis & ædibus, ſic ſtudeāt ſacerdotes ſobrie, iuſte ac pie uiuere ĩ hoc ſeculo, út tandē in altero digni ſint ꝑpetuo uiuere cũ Chr̄o. Amen.

IVDOCI CLICHTOVEI NEOPORTVENSIS

Sermones aliquot, latine in diuerſis ſynodis habiti.

¶IN SYNODO EPISCOPALI

Parrhiſienſi, Sermo primus.

VAE paſtoribus, qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuę meę, dicit dominus. Ieremiæ xxiij. capi. deprompta ſunt hæc uerba, & in baſim atq; fundamētũ huius orationis adducta. Ioelis prophetę oraculo iubet dominus, coadunandum eſſe cœtum, conuocādam concionem, cogendumq́ populi conuētum ad ea rite ordinanda, quæ ad diuini cultus rationem attinēt, cum dicit: Vocate cœtum, cōgregate populum, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes. Quod quidē factitaſſe Eſdras ſcriba memoratur, cum poſt reditum de captiuitate Babylonica deprehendiſſet multos ex filijs Iſrael connubio iunctos fuiſſe mulieribus alienigenis contra diuinam iuſſionem, huiuſmodi fœdera coniugalia auerſantē. Nempe ſic refert ſcriptura: Et miſſa eſt uox in Iuda & Ieruſalem om̄ibus filijs tranſmigrationis, ut congregarentur in Ieruſalem. Et omnis qui non uenerit in tribus diebus iuxta conſilium principũ & ſeniorum, auferetur uniuerſa ſubſtantia eius, & ipſe abijcietur de cœtu tranſmigrationis. Itaque ſi in Moſaica lege, umbratili & figurali, præcepta eſt & opere comprobata huiuſmodi conuocatio cœtus ad morum reformationē, rectioremq́ uitę inſtitutionē:

Ioel. 2.

Eſd. 10.

quanto magis in euãgelica lege, archetypa, exemplari & præcipua, eadem coadunatio faciunda eſt & celebrãda, ad mores eccleſiaſticorum, q aliĳs dirigẽdis pficiuntur, diſcutiendos & emendandos? Inſuper, ſi ad unum duntaxat uitium extirpandum, utpote coniunctionem Hebræorum cum uxoribus à ritu & lege Iudæorum alienis, totius populi Iuda & Ieruſalem facta eſt congregatio: cum graui interminatiõe commina tioneq; ablationis bonorũ & abiectionis à cœtu Iſraelitico, ſi quiſpiam cõperiretur huius pcepti neglector, nonne potiori iure efficienda eſt conuocatio eorum, quibus animarum cura credita eſt, ad formãdos ipſorum mores, & uitam regulari diſciplina dirigendam? quandoquidem in ipſis longe urgentior eſt & copioſior coadunationis cauſa, q̃ olim fuerat ſub Eſdra populi Hebraici. Siqdẽ in illo duntaxat ſeparandi erant ab inconceſſo coniugio, qui contra legis inſtituta cõtraxerant cum alienigenis matrimonia. Noſtra uero tẽpeſtate ſæuior incubuit peſtis, & eccleſiaſticos pleroſq; infecit. Separãdi nãq; ſunt à ſuis concubinis, q̃s domi eodem igni & foco alunt. Auellendi ſunt fornicarĳ à ſordido muliercularum conſortio, quarum frequentant commercia. Et utinam idipſum tãta fiat efficacia, quanta Eſdras Iudæorum ab illicitis coniugibus fecit diuortium. Neq; id ſolummodo eradicandũ eſt malum, q̃uis grauiſſimum: ſed & cohibenda rapacitas paſtorum, qui ſui gregis lanam ad cutem uſq; attondent, & pingui illius lacte ſaginantur. Increpanda itidem negligentia eorum & torpeſcens animus, ſalutis ſuarum ouium prorſus incurius. Coercenda crapula, damnanda ſympoſia & compotationes: & cætera eruenda ſunt uitia, quæ paſſim inter dominici gregis paſtores licenter graſſantur, & amplam præ-

ſtant caſtigandi corrigendiq; materiam. Nõ ab re igi tur quotannis in hoc celeberrimo Parrhiſiorũ epiſco patu, à uigilantiſſimo paſtore reuerendoq; patre, anti ſtite Parrhiſienſi, ſuisq; oculatiſſimis uicarijs: fit hæc pręclara paſtorum huiuſce diœceſis ſynodus, ſecundũ canonicas ſanctiones: quo cõfracta redintegrẽtur, & collapſa erigãtur. Ad quod ut noſter q̃q; q̃tuluſcunq; ſermo ſit adminicularius (qui nõ noſtro arbitrio, ſed
I. 67. maiorum ſuperiorumq; impulſu hanc obiuimus pro uinciam) implorandum eſt diuinum auxilium, ut det uerbũ euangelizanti uirtute multa, inuocandaq; dei para uirgo Maria, diuinæ impetratrix gratię, & ange lico nuncio ſalutanda: Aue Maria.

em. 13. ¶ Væ paſtoribus, qui diſpergunt & dilacerant gre gem paſcuæ meæ, dicit dñs. Ex loco pauloante expli cato. In omni rerum genere eſt inuenire primum ali quod & archetypum, à quo cætera eiuſdẽ generis ſuã deſumunt originem atq; rationem. Quæ ſane quan to illi propinquiora ſunt uiciniusq; aſſimilantur, tan to quidem perfectiora euadunt: quo uero diſtantiora ſunt ab ipſo primitiuo exemplari, & ab eius diſſident ſimilitudine, eo amplius ad defectionem imperfecti onemq; decumbunt. Nempe in entium genere unum eſt ens primarium, à quo omnia ſuum eſſe uindicant, hæc quidem præſtantius, illa uero inferius. Ita à ſumme bono ſuam natiuam bonitatem ſortiuntur om̃ia, & à ſumme potẽte ſuã potentiã agendiq; efficaciã. Et ſupcęleſtia qdẽ angelicaq; agmina illi primo enti uici niora, pfecti9 ſubſiſtere: hæc uero ſublunaria & craſſa mole dep̃ſſa corpa, impfectiorẽ habere ſubſiſtendi ra tionẽ, quis ambigat, cum ab ipſo primo exiſtente fon te, maiore diſpeſcantur interuallo? Haud diſſimiliter in hac ordinatiſſima mũdi fabrica unum eſt primum

corpus lucidum,utpote ſolare:à quo ſubiecta corpo-
ra tum cæleſtia,tum elemẽtaria, luminis beneficium
mutuantur & ſuſcipiunt:propiora quidem,exhuberã
tius:ſemotiora uero,languidiùs & remiſſius : ut tan-
dem in umbrã opacitatemq́ deſinant.Ita profectò in
tota paſtorum ſerie(ut tandem rei ſubiectæ nr̃ accõ-
modetur ſermo)unus eſt primus paſtor, à quo cęteri
omnes paſtorio fungentes munere,deriuantur & ꝓ-
fluunt:utputa dñs noſter Ieſus Chriſtus, benedictus in
ſecula,q de ſe iterũ atq; iterũ conteſtatus eſt: Ego ſum Iohan
paſtor bonus. Cui accedit & B. Petrus in priore epi-
ſtola ſua ſic ſcribens:Eratis ſicut oues errantes,ſed cõ 1.Pet.2
uerſi eſtis nunc ad epiſcopum & paſtorẽ animarũ ue-
ſtrarum.At uero ab illo emanaſſe propagatosq́ eſſe
multimodos paſtores,cum ꝓuios & diſpenſationis aſ
ſumptæ carnis myſteriũ antecedẽtes,tum comites &
aſſeclas,aduentumq́ eius in mundum ſubſecutos:at-
teſtatur Apoſtolus,ad Epheſios dicens:Et ipſe dedit Ephe.4
quoſdam quidẽ apoſtolos, quoſdam aũt prophetas,
alias uero euãgeliſtas,alios aũt paſtores & doctores:
ad cõſummationẽ ſanctorũ, in opus miniſterij,in ædi
ficationem corporis Chriſti. Itaq; quicunq; paſtores
hunc uerum paſtorem & in faſtigio culmineq́ conſti
tutum,propius imitantur: perfectius gerunt paſtoris
officium,illoq́ nomine digniores habentur. Qui ue-
ro ab illius unici & primitiui paſtoris aſſimilatiõe lõ
gius abſunt,diſſentientes ab eius moribus,ac oꝑa ipſi
us minime conſectantes,ignaui ſunt paſtores & im-
probi,ſolum nomen(quo ſunt indigni) & nõ curã pa
ſtoris habentes. Atqui primus ipſe paſtor,inter cæte-
ra præclara boni paſtoris munia,id unũ habet, quod
oues ſuas diſperſas colligat & cogat in unum ouile:
q idcirco mortuus ẽ, teſte Iohanne,ut filios dei q erãt Iohan

diſperſi, congregaret in unum. Conſequens igitur eſt eos qui diſpergunt ſuas oues, maxime ab illius aſſimilatione, imitationeq́ue deſciſcere, cum etiam ipſe dicat:
[...]c.11. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit. Non ergo præter rationē, æternam illis maledictionem interminat in uerbis ab exordio aſſumptis: Væ paſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit dominus.
[...]em.23.

¶Præſentem autem orationem in tres partes, & q[...]dem breuiuſculas, diducem⁹. Quarum prima, q̄nam pacto praui paſtores gregem domini uerbo diſpergunt, adaperiet. Secūda, quomodo iidem oues dominicas improbæ uitæ exēplo dilacerant, ediſſeret. Tertia uero, quanam ratione iidem oues paſcuæ domini nimia proprii lucri cupiditate diſſipāt, enodabit. Pro aggrediunda prima noſtri inſtituti portione, id omibus dilucidum eſt, bonum paſtorē debere ſuis ouibus læta paſcua & pabulum hubertim ſubminiſtrare, ne fame contabeſcant, ſi quas itidem ſuarum ouium uiderit morbo confectas, ſcatentes uulneribus & ſaucias, admouere medicamentum, alligare plagas, & ſalutaria fomenta illis adhibere. Contra uero faciunt improbi paſtores, & diſpergunt gregem paſcuæ domini. Primum quidem, quia uerbo ſolicitæ prædicationis non monſtrant ſuis ouibus uiam uitæ, neq́ue ſpiritualem ipſis alimoniam adminiſtrant, quod eſt uer-
[...]ter.8. bum dei, cibus animæ uiuificus & ſolidus. Non enim
[...]ttĥ.4. in ſolo pane uiuit homo, ſed & in omni uerbo quod procedit de ore dei. Hinc famelicæ oues & proprio deſtitutæ nutrimento, extremam contrahunt maciē,
[...]eno.1. & inedia depereunt. Deplorat idipſum Ieremias propheta: Principes (inquit) eius uelut arietes, non inuenientes paſcua. Identidem Ioel idem conqueritur: Mu-
[...]l.1.

gierunt(ait)greges armentorum,quia non eſt paſcua eis.In Threnis quoq; lamentatur Propheta de exinanitione triſti eorū,quibus neceſſaria ſubtrahuntur alimenta ſpiritus,dicens:Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti.Paruuli petierunt panem,& nõ erat qui frangeret eis. Sane lactentes ſunt ueſtri ſubditi,ô paſtores animarum, in ſimplicitate fidei ambulãtes, quales Apoſtolus ſignificauit eſſe Corinthios, cũ eis ſcripſit:Lac potum dedi uobis, non eſcam: nondum enim poteratis.Horum tamen lingua palato adhęret in ſiti, quia cum ſitiant lac doctrinæ fidei & mandatorum dei,non impenditur illis à ſuis paſtoribus:& ꝓinde ſiti confecti intereunt.Paruuli etiam ſunt humiles animo & ſimplices ſubditi,ueſtræ curæ commiſſi: petuntq; obnixius panem doctrinæ(quo nutriatur anima)ſibi communicari.Verum non eſt qui frãgat eis, quia paſtor(cuius munus eſt, panem illum frangere) deſidia torpeſcens,non ſatagit communionẽ doctrinæ illis erogare.Quocirca grauiter elingues iſtos paſtores increpat dominus,per Iſaiam dicens: Speculatores eius cęci omnes,neſcierunt uniuerſi:canes muti non ualentes latrare,uidẽtes uana,dormiẽtes & amãtes ſomnia: canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Porro,ſi canis importuno latratu nõ obſtrepat in lupos, diſperguntur oues facile,&luporum faucibus dilaniantur.Si itidem paſtor aſſiduæ prędicationis tuba nõ perſonat,aberrant oues ſuæ à recto calle,& à dæmonibus occupantur.Nec minus ſecundo loco diſpgunt ſuas oues pigri paſtores,uerbo illis opportune nõ exhibito:cum quicq̃ reprehẽſioni obnoxium, ſaluti animæ pernicioſum & exitiale conſpicantur in ſuis ſubditis,quod paſtorali autoritate non redarguãt: cum

Thren.

1. Cor.

Iſaię.

mo 5. tamen Apoſtolus ad Timot. ſcribens, quenq; paſtorē admoneat: Peccãtes corã oībus argue, ut & cæteri
im. 4. timorem habeant. Et rurſum ad eundē: Prædica uerbum, inſta opportune, importune. Argue, obſecra, in
c.21. crepa, in omni patientia & doctrina. Iſaias dicit: Pone ſpeculatorem, & q̃dcunq; uiderit annunciet. Atq; ſic-
ech. 3. ut ad Iezechielē dr̃ à dño, ſpeculatorem poſui te domui Iſrael, ita quiſque paſtorum conſtitutus eſt ſpeculator ſup gregem illi creditũ: quare quodcũq; uiderit malum in ouibus, debet illis annunciare ut curentur. Alioqui incidet in horrẽdam illam damnationē,
ec. 33. quam dñs per Iezechielem comminat̃ dicens: Si ſpeculator uiderit gladium uenientẽ, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, uenerit'q; gladius & tulerit de eis animã: ille quidē in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem aũt eius de manu ſpeculatoris requiram. Sane cũ paſtor animarũ uiderit ſuorũ ſubditorũ quemlibet lœtali laborare uitio, quod & aīę illius exitiũ & cæteris ſcandalum ingerat: uidet quidem gladiũ uenientē, quo auellat̃ aīa illa ꝑpetuo à dei conſortio. Qđ ſi non inſonuerit buccina reprehẽſionis & ſedulę increpationis, deperdatur'q; anima illa & cadat in interitum, eam requiret dñs de manu paſtorĩ, cuius negligentia & ſocordia periјt. Nẽpe de ſingulo q̃q; ſuorũ ſubditorũ exiſtimare debet paſtor ſibi à dño dictũ eſſe, quod 3. Regum ſcribitur: Cuſtodi uirum iſtũ,
Reg. 20. q ſi lapſus fuerit, erit aīa tua pro aīa eius. Quocirca excutiat̃ obſecro torpor ille animorũ, & ſalutis ſuarũ ouiũ incuria, inducens ad negligendã increpationem ubi ſummopere efflagitat̃. Abјciat̃ & timor ille mundi, q̃ frequenter capti paſtores, à ſuis ſubditis redarguendis abſtinent: qa formidãt illos offendere, aut ipſorum indignationem incurrere. Foras mittat charitas

hũc timorẽ,hãc abigat trepidationẽ. Sectionem adhi- 1.Joh.
bet medicus & uſtulationẽ,amarã quoq; potionẽ mini-
ſtrat,ut ſalutem inſtauret ægroto.In mentem ipſis ue
niat Heli ſacerdos dñi, qui quoniam falſa pietate ſuperatus
(ut inquit Gregorius in paſtorali)ferire delinquentes
filios noluit,apud diſtrictum iudicem ſemetipſum cũ
filijs crudeli dãnatione percuſſit. Hinc nãq; diuina uo
ce ei dicit: Honoraſti filios tuos plus quam me. Quod & 1.Reg.
locum habet in paſtoribus,de quibus in principio ꝓ-
poſitus eſt ſermo: Vę paſtoribus qui diſpergunt & di Jezech.
lacerant gregem paſcuæ meæ,dicit dominus.

¶Secunda parte,pro pollicitatione noſtra diſcuti-
endum eſt,quomodo peruerſi paſtores diſpergunt &
dilacerant gregẽ paſcuæ domini prauæ ſuę uitæ exẽ-
plo. Imitatione quidem ſummi paſtoris noſtri,qui cœ-
pit facere & docere,cuiuſque paſtoris proprium eſſe Actuũ.
debet,non minus opere quàm uerbo prædicare: & quæ
alijs obſeruanda proponit, ſuoipſius exemplo cõpro
bare. Contra uero falſi paſtores faciũt,qui quod uer-
bis prædicant,moribus impugnant & uiuendo con-
culcant. Vnde contemptibiles ſeipſos omnibus red-
dunt, & inutilem prorſus omnem prædicationis la-
borem. Nam (ut habetur tertia, quæſtione ſeptima.
ca. Infames,ex Gregorio)cuius uita deſpicitur, reſtat
ut eius prædicatio contemnatur. Inſuper idem Gre-
gorius, libro ſexto Moralium: Ille uberes prædica-
tionis fructus colligit, qui ſemina bonæ operationis
pręmittit. Nam loquendi autoritas perditur, quando
uox opere nõ adiuuatur. Idem quoq; libro decimo mo-
ralium: Vbi conſcientiam mordet reatus criminis,lin
guam ligat timor confuſionis. Demum, idem ſuper
Iezechielem: Si negligis implere quod doces, alijs
meſſem ſeminas, & ipſe à frumẽti participatiõe iciu-

nas. Præterea (quod longe dãnoſius eſt) paſtores cor ruptam agentes uitam, peſtiferam ſuorum mo⁊ corruptelam tranſmittunt in ſubiectos, eosq́ exẽplo ſuę prauitatis occidunt, quemadmodũ dñs per Oſee pro
Oſe. 9. phetam dicit: Laqueus ruinæ populi mei, ſacerdotes mali. Et de illis iterum dñs per prophetam Iezechie
Ieze. 44. lem. Facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniqui-
Matt. 15. tatis. Nempe cæci ſunt & duces cæcorum. Cæcus autẽ ſi cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadũt. Vnde fit (inquit Gregorius in paſtorali) ut cum paſtor ꝑ abrupta graditur, ad præcipitium grex ſequatur. Nemo quippe amplius in eccleſia nocet, q̃ qui peruerſe agens, nomen uel ordinem ſanctitatis habet. Delinquentem nanq́ hunc nemo redarguere præſumit: & in exemplum culpa uehementer extenditur, qñ pre uerentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad ſanctitatis ſpeciẽ deductus uel uerbo cęteros deſtruit uel exemplo, melius profecto fuerat, ut hunc ad mortem ſub exteriori habitu terrena acta conſtringerẽt, q̃ ſacra officia cæteris in culpa imitabilem demõſtrarent: qui nimirum ſi ſolus caderet, utcunq́ hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Hęc Gregorius. Proinde ſecunda, quæſt. 7. ca. Sicut, inqt, habetur. Totum corpus interdum morbus inuadit, ſi languor nõ fuerit curatus in capite. Et prima, quæſt. 1. ca. Ferĩ Simoniaca. Vulnerato paſtore, quis curandis ouibus adhibet medicinam? Demum, ſexta, quæſt. 1. ca. Sunt plurimi, dicitur: Capite langueſcẽte, facilius reliqua corpo
Iſa. 1. ris membra inficiuntur. Nam (ut inquit Iſaias) omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis uſq́ ad uerticem capitis non eſt in eo ſanitas. Accedit ſupradictis approbationibus & beati Auguſtini ſententia, in epiſtola de paſtoribus, dicentis: Quantũ

ad paſtores malos attinet, occidũt oues ſuas male ui- Tit. 2.
uẽdo, malum exemplum pbendo. An fruſtra dictum
eſt ſeruo dei, eminenti in mẽbris ſummi paſtoris, cir-
ca omnes teipſum exhibe bonoꝝ operum pbens exẽ
plum, & forma eſto fideliũ? Attendit eñ ouis etiã for
tis plerunq; præpoſitum ſuum male uiuentem, ſi de-
clinet oculos à regulis domini & intendat in homi-
nẽ, incipitq; ita dicere in corde ſuo: Si præpoſitus me
us ſic uiuit, ego quid ſum qui non faciam quod ille fa
cit? Dico itaq; charitati ueſtræ, etſi uiuunt oues & for
tes ſunt in uerbo domini, & tenent iſtud quod audie-
runt à dño ſuo: Quæ dicunt, facite: quæ autem faciũt, Matt. 23.
nolite facere: tñ qui in conſpectu dñi male uiuit, quan
tum in eo eſt, eum à quo attenditur, occidit. Nõ ergo
ſibi blandiatur, quia ille nõ eſt mortuus, ſed metu tre
pidet, quia ipſe homicida eſt. Nempe omnis qui ma-
le uiuit in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt, q̃-
tum in ipſo eſt, occidit & fortes oues. Qui ergo imita
tur præpoſitum malum, moritur: qui non imitat̃, ui-
uit: tñ quantum ad illos pertinet, ambos occidit. Hęc
ille. Sed quænam (obſecro) deteſtabilior eſſe peruerſi
tas queat, q̃ ut flagitioſus paſtor impuritate ſuæ uitæ
morbo inficiat, q̃s deberet morbidos ſanare: ut eos
prius uiuẽtes enecet, quos à morte animæ deberet ad
uitam reuocare? ut eos diſpergat in uitiorum deuia,
quos deberet in ouile domini colligere? Demum, qui
hmõi eſt improbus paſtor, non poteſt aperta fronte
ſuorum ſubiectorum ſcelera corripere: quod tamen
ad ipſius ſpectat officium, cum dicat Gregorius ſuper
Iezechielem: Præpoſitus ſine culpa non eſt, qñ ipõ ta
cente, ex culpa ſua morit̃ ſubiectus. Hunc ipſe occidit,
quia eũ morti tacendo tradidit. Vbi eñ ſubiectus ex
ſua culpa moritur, ibi is qui pẽſt, quia tacuit, reus mor

tis inuenitur. Tot occidimus, quot ad mortem ire te-
pidi & tacentes uidemus. Aut huiuſmodi correptio
nullum pariet fructum, cum ipſe corripiens eodē uel
grauiori crimine conſtringatur. Atqui tertia, q̄ſti. 7.
ca. iudicet, dr̄: Iudicet, qui non habet in ſe, quæ in alio
putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in ſe ferat
ſententiam. Et eodem loco, capi. qui ſine peccato: Re
uocentur intus ad conſcientiam, ut prius propria cor
rigant, & tunc aliena reprehendāt. Idcirco de iſtis me
Ierem. 23. rito dr̄ thema propoſitum: Væ paſtoribus qui diſper
gunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit dn̄s.

¶Tertia nr̄ę exhortationis particula paucis (ut in-
ſtituimus) explanabit, q̄ pacto paſtores inutiles diſp-
gūt gregem domini, effreni bonorum temporalium
Leuit. 21. cupiditate. Plane in Leuitico præcepit dominus, ꝙ de
genere Leuitico impetiginem habens in corpore (p̄-
termiſſis hic cæteris deformitatum particulis, ibidem
diffuſe expreſſis, ſed nunc minime diſcutiendis) nō of
ferret panes deo, nec accederet ad miniſterium eius.
Quod exponens Gregorius in paſtorali, inquit: Impe
tiginem quoq; habet in corpore, quiſquis auaritia ua
ſtatur in mente: quæ ſi in paruis non compeſcitur, ni-
mirum ſine menſura dilatatur. Inde membrorum de
cor perditur, quia aliarum quoq; uirtutum per hanc
pulchritudo deprauatur: & quaſi totum corpus ex-
aſperat, quia per uniuerſa uitia animum ſupplantat,
1. Timo. 6. Paulo atteſtante qui ait: Radix omnium malorū eſt
cupiditas. Prohibet itaq; dominus impetiginoſos. i.
(ſi myſticum attēdimus ſenſum) auaritiæ facibus ęſtu
antes, à ſacro altaris miniſterio. Verum hæc inſatiabi
lis habendi auiditas uſq; adeo in eccleſia dei nunc in-
ualuit, ita paſtores animarū fere omnes, quæ ſua ſunt
Philip. 2. quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, inflammauit: ut ni-

mirum uerum ſit, quod Iſaias inquit: Omnes in uiam Iſaię.
ſuam declinauerunt: unuſquiſq; ad auaritiam ſuam, à
ſummo uſq; ad nouiſſimum. Cui aſtipulatur Ieremi-
as, dicens: A minore uſq; ad maiorem omnes auaritię Ierem.
ſtudent, & à propheta uſq; ad ſacerdotem cuncti faci
unt dolum. Proinde paſtores huiuſmodi, qui ſuarum
ouium uellera quærunt, lanam abradũt, mercenario Iohan.
euangelico (qui paſtor non eſt) ſunt deteriores. Siqui
dem mercenarius cum uidet lupum uenientem, metu
percitus, & nequaq̃ eam gerens ouium curam, quam
paſtoris expoſcit & requirit officium, fugit: & lupus
rapit & diſpergit oues. Paſtores autem proprium q̃-
rentes commodum, & ex ouibus ſuum metẽtes emo
lumentum, rapiunt oues ſuas & diſpergunt, uellere
nudant, lac emulgent: & nihil reliquũ quod nõ more
harpyiarum abripiant, dimittũt. Itaque lupis perſimi
les ſunt, raptoribus & prædonibus, in proprium ſæui
entes gregẽ, & accuratius ſua iura pecuniaria integre
perſolui, quàm animarum ſalutem ouiumq; ſuarũ bo
num procurantes, necnon uenalia plerunq; proſtitu
entes eccleſiaſtica ſacramenta. Verum pertimeſcere
debẽt qui huiuſmodi ſunt, ne quemadmodum domi- Iohan.
nus noſter flagello ex funiculis facto, eiecit omnes
uendentes & ementes de templo, effudit æs nũmula-
riorum & cathedras uendentium columbas ſubuer-
tit: ita diuini iudicij diſtrictione feriantur, & eijcian-
tur à templo ſupernæ Ieruſalem, detrudanturq; in la-
cus tartareos. Alij uero paſtores nequaquam oues ſu
as cupiditate ſpoliant, ſed pro temporali quod perci
piunt emolumento, ſpirituale rependere non labo-
rant. Contra quos GREGORIVS libro ui-
ceſimoſecundo moralium, exponens illud dictum
Iob: Si fructus terrę comedi abſq; pecunia, ita diſſerit: Iob.31.

Fructus terræ abſq; pecunia comedere, eſt ex eccleſia quidem ſumptus accipere, ſed eidem eccleſiæ prędicationis precium non præbere. Terræ igit fructus abſq; pecunia comedit, qui eccleſiæ cõmoda ad uſum corporis percipit, ſed exhortationis miniſterium nõ impendit. Quid ad hoc nos paſtores dicimus? qui aduentum diſtricti iudicis præcurrentes, officium quidem pręconis ſuſcepimus, ſed alimenta eccleſiaſtica muti manducamus. Exigimus q̃d noſtro debetur corpori, ſed non impendimus quod ſubiectorum debet cordi. Inſuper idẽ in homilia ſuper illud Matthęi, Dignus eſt operari⁹ mercede ſua, dicit: Quid nos paſtores agimus, qñ mercedem conſequimur, & tamen operarij nequaq̃ ſumus? Fructus quippe ſanctæ eccleſiæ in ſtipendio quotidiano percipimus, ſed tamen pro æterna eccleſia minime in prædicatione laboramus. Penſemus cuius damnationis ſit, ſine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus, ſed quid pro animabus fideliũ laboramus? Illa in noſtrum ſtipendium ſumimus, quæ pro redimendis peccatis ſuis fideles obtulerunt: nec tamen cõtra peccata eadem uel orationis ſtudio uel prædicatiõis (ut dignum eſt) inſudamus. Cæterum, quiſque poſthac ſtudeat paſtorum, uigilantiorem ſolito curam ſuis ouibus impartiri, animo reuoluens, Bethleemiticis paſtoribus uigilantibus & cuſtodientibus uigilias noctis ſuper gregem ſuum, angelum cum luce apparuiſſe, & domini noſtri natiuitatem cum gaudio annunciaſſe. Propter quod dicit Gregorius in homilia: Illi p̃ cæteris deum uidere ſublime merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſolicite ſciunt: & dum ipſi pie ſuper gregem uigilant, diuina ſuper eos gratia largius coruſcat. Itaq; ſtudeamus præſtantiſſimi patres, ita diſper

[Margin notes: "Matt. 10." beside "di. Inſuper idẽ…"; "Luc. 2." beside "is ouibus impartiri…"]

ſiones ouium in unum congregare, ut tandem à ſummo paſtore in ouile ſupernæ Ieruſalem colligi mereamur, Amen.

¶ In ſynodo epiſcopali Parrhiſienſi, ſermo ſecundus.

IPſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Iſaiæ quinquageſimo ſexto capite cōſcripta ſunt hæc uerba. Qui colendis hortis curam impendunt ſapiētiſſime cœtus, ſummopere laborāt, ne in ipſis uepres ſuccreſcant & mala gramina, quibus redolentiſſimi flores, roſaria, uiolaria, & cæteta id genus ſuffocarent, & à ſperato fructu afferendo impedirent. Hāc ob rē ſæpius hortos ſuos inuiſunt: & ſi quid noxiarum herbarū pullulaſſe deprehēderint, ſtudioſius eas euellunt. Haud ſecus qui hortum eccleſiæ precioſo Chriſti ſanguine rigatum, curādum ſuſceperunt, factitare debent: ſedulo inquam eniti, ne uitiorum ſpinæ ac ſentes occupēt terram bonam, obſtaculoq́ ſint fructibus uirtutum, & bonis operibus cumulatius producendis. Facile enim irrepunt mala uitiorum ſeminaria, & frugem omnem rectarum operationum exterminant, niſi uigilantius intendat hortorum cuſtos ipſis feralibus & peſtiferis malorum radicibus eruendis. Quo circa recte inſtituta eſt ab antiquis patribus ſynodalis paſtorum conuocatio, p quā horti eccleſiaſtici ſtat⁹ recognoſcatur, ſenticoſi frutices, ſteriles q́ tribuli & urticæ prorſus extirpentur: & uirtutum ſurculi, palmites & germina inſerātur. Itaq; priſcas patrum ſanctiones ſectatus reuerēdus in Chriſto pater, huius inſignis eccleſiæ digniſſimus antiſtes, eccleſiaſtica decreta obſeruare cupiens: impræſentiarum commiſſi ſibi gregis paſtores conuocandos curauit, ad eradicanda ea quæ bonis moribus officiunt,

eccleſiaſticæq́ honeſtati labem inſerunt. Voluitq́ ꝑ ſua benignitate oratiunculam per me haberi coram hoc celebratiſſimo uirorū conſeſſu, admonentem eorum q̃ ſuccidenda ſunt in horto eccleſiæ, quæve plantanda uidebuntur: q̃uis huic ſubeundæ prouinciæ minus mihi uidear idoneus, qm̃ (ut ſanctiſſimus inqt Hieronymus in tractatu de expoſitione ſymboli) nō cō tinget abſq́ periculo multorum iudicijs ingenium tenue & exile cōmittere. Sicut enim opus artificiſ, pictura inquam aut ſculptura, oīm oculis in propatulo expoſita adamuſſim examinatur, & ſi quid minus exacte effigiatum aut efformatum contineat, id oĩe deprehendetur, & ab uno item & altero facile notabiť, & ſi Apellea manu depicta fuerit tabula, aut Phidiaco ingenio exculpta imago: haud aliter oratio in grauiſſimo eruditiſſimorum cœtu habita, penitioribusq́ animi & interioribus oculis obiecta, omniū ſubit cenſuram, penitus diſcutitur: & ſi quo pacto aberrauerit, Ariſtarchi uirga cenſoria notatur. Quod cum animo mecum reuoluerem, trepidaui tot⁹, detrectauiq́ hoc meis uiribus impar ſubire pondus: & ea adhuc mentis agitarer trepidatione, niſi eam excuſſiſſet ſatiſ ſuperq́ mihi explorata ueſtra benignitas humaniſſimi p̃res, quæ omnibus ijs faciles accōmodat aures, q̃ in medium afferri ſolent: recte dicta approbat, minus autẽ ſane deprompta, facili dignatur uenia, non ignorans humanam infirmitatem à recto facile ꝓlabi: nuſquã autem exorbitare neq́ à rectitudine decidere, imbecillem mortalium conditionem excedere. Huic aũt fiduciæ diuinum præſidium accedat opus eſt, quo deſtituta mens, cæcutit in tenebris, & ad ignorãtiæ lapidem pedem impingit: quod cum ſedulo petitur, nulli denegatur: quia ſecundum Pſalmographi ſententiam,

Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omi bus inuocãtibus eum in ueritate. Itaq; ut detur nobis ſermo congruus ad ædificationem morumq́; inſtitutionem, exoranda eſt attentius ſacratiſſima dei mater, per quam cum datus ſit nobis filius dei, & reliqua gratiarum dona haud dubie conferuntur, ut diuinorũ munerum largiſſimam diſpenſatricem, angelicoq́; ſalutanda eſt alloquio: Aue Maria gratia plena, dominus tecum, &c. Pſal. 144

¶Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Ex loco prius dicto. In quibus ſane uerbis Propheta negligentes inſectatur paſtores, ꝙ graui detineantur ignorantia eorum, q̃ intelligere & cognoſcere deberẽt. Et tria p̃ſertim coram adducemus, q̃ ignorare aut diſſimulare uidentur noſtrę tempeſtatis paſtores, ſ̃m tres huius ſermõis, & quidem ſuccinctas, partes. In prima explicabimus, quõ paſtores ignorant intelligentiam ſuæ dignitatis, in ſacramenti euchariſtiæ conſecratione. In ſecunda, ꝙ ignorant intelligentiam honeſtatis uitæ habẽdæ, in exemplum aliorum. In tertia, ꝙ ignorant intelligentiam ſedulitatis habẽdæ in aliorum directione. Ad primam partẽ paucis abſoluendã, q̃ oñſura eſt, quonam pacto paſtores ignorant intelligentiam ſuæ dignitatis, quam habent in ſacramenti altaris adminiſtratione, id om̃ibus compertũ eſt, ſacerdotibus & paſtoribus ſacratiſſimi corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti diſpenſationem eſſe creditã: datamq́; à Chriſto Ieſu ipſis poteſtatem, ut panem conſecrẽt in ueꝝ Chriſti corpus, & uinũ in ſanguinẽ: offerãtq́; illam digniſſimam hoſtiã deo patri, quæ in odorẽ ſuauitatis pro totius mundi redemptione immolata eſt in cruce. Qđ liquido atteſtatur Gregorius nonus, extra de ſumma trinitate, capitulo firmit̃ cre- Iſaie. 56

dimus,dicens: Vna uero eſt fidelium uniuerſalis eccle ſia,in qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificiũ Ieſus Chriſtus,cuius corpus & ſanguis in ſacramẽto altaris ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter continẽtur,tranſſub ſtantiatis pane in corpus,& uino in ſanguinem, pote ſtate diuina. Et hoc utiq; ſacramentum nemo põt cõficere, niſi ſacerdos, q rite fuerit ordinatus ſm claues eccleſiæ: quas ipſe conceſſit apoſtolis,eorum'q; ſucceſ ſoribus Ieſus Chriſtus, At uero id miniſterium conſecrandi precioſum Chriſti corpus,omnem tranſcendit humanam & angelicam dignitatem. Nunquid cæleſtibus ſpiritibus,diuino ſemper amore flagrãtibus, & lucidiſſimo diuinæ ſapientiæ fulgore iugiter illuſtratis,atq; perpetuam in bono ſtabilitatem,à qua decide re non poſſunt,ſeruantibus,hoc commiſſum eſt myſterium? Nunquid ſacroſanctæ uirgini Mariæ, angeli cam puritatem ſuperanti, & mundiſſimo diuinæ maieſtatis tabernaculo,dum in terris uitã degeret, huiuſmodi commendatum eſt munus? Nunquid impera toria aut regia ſceptra gerentibus,& in alto principa tus faſtigio conſtitutis, hæc commendata eſt prouin cia? Nequaq̃,ſed ſolis ſacerdotibus, qui id acceperunt à deo officium,quod angelicis ſubſtãtijs, quod deipa ræ uirgini,quod regibus & principibus non eſt conceſſum. Quod cum exequuntur, aſſunt chori angelici,regem cæli & terrę uenerantes. Id aſſerit B. Grego rius de conſecratione, diſtinctione ſcđa. ca. quid ſit,di cens: Quis fideliũ dubiũ habere poſſit, in ipſa immolatiõis hora ad ſacerdotis uocem cælos aperiri,in illo Ieſu Chriſti myſterio angelorũ choros adeſſe,ſumma & ima ſociari, unum'q; ex inuiſibilibus & uiſibilibus fieri? Idem & eodem momento & in cælum rapiẽ miniſterio angelorum conſociandum corpori Chriſti,

& ante oculos ſacerdotis in altari uidetur. Verum id quãto altius eſt & ſublimius myſteriũ, tanto maiore animi pietate & munditia debet exerceri. Noluit unigenitus dei filius hũanæ carnis trabea ſupueſtiri, neq; noſtrã aſſumere ſubſtantiam, niſi ex ſanctiſſima uirgine, nullius unq̃ peccati contagione labefactata, & ſpiritusſancti obumbratione fœcundata. Noluit Chriſtus ignominioſam pro nobis mortẽ perpeſſus ſepeliri, niſi in ſepulchro nouo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat, ſindoneq; mũda corp' ſuum exanime inuolui diſpoſuit: quo ſacerdotibus oſtenderet, illud ab eis dũtaxat contrectandũ, qui exuta uetuſtate peccati, nouitatem uitæ induerint, nitidumq; & mũdum receptaculum ei exhibuerint. Non tradidit Chriſtus in nouiſſima cœna ueteris legis conſummatrice, diſcipulis ſuum precioſum corpus & ſanguinem in primaria huiuſce ſacramenti inſtitutione, niſi pedibus eorũ prius ablutis & linteo exterſis, deſignans eoipſo, non eſſe accedendum ad tanti ſacramenti celebrationem, niſi animo prius per confeſſionem à contractis ſordibus expiato, & abſterſis peccatorum maculis. Nõ eñ minor eſt nũc diuinitatis eius maieſtas, q̃ tũc erat, nec inferior ſublimitas: quia utiq; ſemper immenſa, & cũ tremore atq; ſui exinanitione ueneranda. Quod ſalubriter admonet Euſebius Emiſenus de cõſecratione, diſtinctione ſecunda, cap. Quia corpus, dicens: Cum reuerendum altare cibis ſpiritualibus ſatiandus aſcendis, ſacrum dei tui corpus & ſanguinẽ fide aſpice, honora, mirare, mente continge, cordis manu ſuſcipe, & maxime totũ hauſtu interioris hominis aſſume. Verũ huius tãtæ dignitatis immemores pleriq; ſacerdotes, omnem uitæ ſanctimoniã abhorrent, & omni ꝓbrorum genere cõtaminati, gulæ & ueneri indulgẽt. Eorũ

Iohã. 1 [margin beside "liri, niſi in ſepulchro nouo"]
Iohã. 1 [margin beside "in nouiſſima cœna"]

animus magis in patinis q̃ ſacris libris uerſatur, eorũ pedes magis tabernarum q̃ templi dei limina terunt. In dei templo, perfunctorie & in tranſcurſu peragunt eccleſiaſtica officia: in caupona uero maiorem diei tranſigunt partem, & illi nonnunq̃ noctem inſuper addunt. Taceo inhoneſta paſtorum cum mulieribus contubernia, concubinatus, adulteria, quæ omnium

Iuuenal. oculis conſpicua ſunt: & (ut inquit Satyricus) fiũt iſta palam, cupiũtq; in acta referri: ne uidear in eos potius inuehi uelle, & maledicendi ſtudio iſta referre, q̃ admonendi. Sed timeant ſi qui tales ſunt, tremendã dei ſeueritatem: qui grauiſſima animaduerſione puniet

Philip.3. inimicos crucis Christi, quorum deus uenter eſt, quorum finis interitus, & gloria in confuſione. Exiſtimẽt apud ſe, q̃ horrendum ſit crimẽ, dei filium in ſterquilinium peccatorum, animũ ſcilicet crapulæ & libidini deditum, proijcere: qui in miniſtris ſuis puritatem requirit & munditiam. Illis enim per Prophetam dicit:

Eſa.1. et 52. Leuit.19. Lauamini, mundi eſtote. Mundamini qui fertis uaſa

Leuiti.1. domini. Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Et

Exod.19. ſacerdotes qui accedunt ad me, ſanctificentur: id eſt, mundentur, ne percutiam eos. Durum eſt dei flagellum, quo percuſſionẽ minaẽ, patres optimi: quia hor-

Heb.10. rendum eſt incidere in manus dei uiuentis, quas effugere non poterunt niſi emẽdent paſtores ſeipſos. De quibus dicitur quod in principio à nob; propoſitum

Eſa.56. eſt: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam.

¶ Secunda noſtræ orationis pars (ut præmiſimus) oñſura eſt, quõ ipſi paſtores ignorãt intelligẽtiã honeſtatis uitæ habẽdæ, ad dandũ alijs bonitatis exẽplũ quod imitentur. Perſpicuum id omibus eſſe debet, paſtores à deo eſſe cõſtitutos ſuper gregẽ dñicum, ut inferiorũ duces p bonæ uitæ exẽplũ, quod ſubditi inſe-

quantur. Siquidem unicuiq; ſubditorum id dicitur, q̄d Moyſi à deo dictum eſt: Inſpice & fac ſecundū exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Nempe in monte dignitatis & primatus, quiſq; paſtor conſtitutus eſt ut exemplar, ad quod attentis oculis conuerſi ſubiecti, uitæ uiam carpant. Haud ſecus ac artem ſcribendi, pingēdive tradere uolentes, archetypū quoddam oculis diſcentis ſubijciunt, quod intentiſſima cura ſpectans diſcipulus, ſimilem effigiet aut ſcripturam aut imaginem. Quòd ſi præcipui characteres illi literarij in exemplum propoſiti, perperam efformati fuerint, aut imago deformiter picta: diſcipulus quoq; ſe totum ad ueram illius imitationem conferēs, à recta ſcribendi & pingendi decidet arte, & ea perperam faciendi conſuetudinem imbibet. Sic & paſtoris uita in exemplum ſubditis propoſita, ſi à recto tramite p improbitatem aberrauerit, totum ſuum gregem ducet in uitiorum præcipitium. Quare neceſſaria ſummopere eſt paſtoribus uitæ integritas, quā ſectetur commiſſus grex, ut recta introeat in ſanctuariū domini. Si enim recta fuerit regula, quicquid ſecūdum illā protrahitur, rectum erit: ſin obliqua & flexuoſa, quæcūq; ſecundum eam deſcribentur lineamenta, ad obliquitatem & incuruitatem decumbent. Idipſum comprobatur ſexageſimaprima diſtinctiōe, capitulo in ſacerdotibus: Irreprehenſibiles eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis. Et emendatiorem eſſe conuenit populo, quē neceſſe eſt orare pro populo. Et eadē diſtinctione, capitulo miramur: Integritas præſidentium, ſalus eſt ſubditorum, totiusq; familiæ domini ſtatus & ordo nutabit, ſi quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. Sed mētis oculos attollamus patres optimi, & conſideremus an noſtræ tēpeſtatis

paſtores bonum uitæ exemplũ exhibent ſubditis. Et ubi rem ipſam exacte diſcuſſerimus, inueniemus eos non modo bonum uirtutis exemplum eis non dare, ſed ſubditis ſuis diſſolutiores & deteriores eſſe. Et q̃s emendare deberẽt, improbitatis ſuæ exemplo ad peiorem uitæ conditionẽ trahere. Videre enim eſt, pleroſq; ſacerdotes ad ingurgitatiõem, libidinem, ludos inhoneſtos, ocioſitatẽ, propẽſiores eſſe & paratiores q̃ laicos; & exinde ſubditos aut ſimiles induere mores tanquam licitos, aut propter ſceleratam paſtorũ uitam ſcandalo plenam, abominari ipſos paſtores, & in eorum duci cõtemptum. Hinc eccleſiaſtici ſpernuntur & paruipenduntur à laicis. Hinc eccleſiaſtica uileſcit apud uulgares dignitas, quia uiri eccleſiæ miniſterio addicti, uitã agunt ſceleratam & turpem. Sed quod dabit huic pernicioſo malo remedium? q̃d huic exitiali morbo parabitur antidotũ? Omne caput lan-
Iſe.1. guidum (ut inquit Iſaias) & om̃e cor mœrens. à planta pedis, id eſt, infimo ſubditorum, uſq; ad uerticẽ capitis & paſtoralem eminentiam, nõ eſt in ſtatu eccleſiaſtico ſanitas. quoniam ut prima, quæſtione prima cap. fertur, habetur: Vulnerato paſtore, quis curãdis ouibus adhibet medicinam? Et ſexta, quæſtione prima, capite ſunt plurimi, inquit Gregorius: Capite langueſcẽte, facili⁹ reliqua corporis membra inficiũtur. De his etiam paſtoribus dicit dominus in euangelio:
Matt.23. Quæcunq; dicũt, facite: ſecundum opera uero eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt. Verum cum tales uerbo prædicant, non uitę exemplo, minus ponderis habẽt eorum uerba apud populum, cognoſcentem uitam eorũ uerbis omnino repugnare. Nam (ut inquit Gregorius) cuius uita deſpicitur, reſtat ut eius quoq; prædicatio contemnatur: & cum bona faciẽda

prædicant & non faciũt,propria ſe uoce condemnãt, & grauiorem exinde accipiunt damnationem. Nam ſcienti bonum & non facienti, peccatum eſt illi: & ſeruus ſciens uoluntatem domini ſui, & non faciens, uapulabit plagis multis. Cæterum q̃ monſtroſum ſit & eccleſiæ dei aduerſum, meliores eſſe laicos q̃ clericos, ſicut ipſa rerum docet experientia, natura ipſa aperte declarabit, & eius diſpoſitiſſimus ordo. In quo uidemus ſuperiora corpora maiorem q̃ inferiora habere ſubſtãtiæ dignitatẽ, & pfectiores ſortita eẽ opãtiões, ut aquã q̃ terrã, & aerẽ q̃ aquã, & ignẽ q̃ aerem conſtat natura præſtantiorem eſſe. Inſuper & ſuperiora corpora cæleſtia, ſuo motu dirigunt & rapiunt inferiora, ac in ea ſuas diffundũt uirtutes, ut primũ mobile rapida uertigine motũ, ſphęras om̃es inferiores ſecum raptat, & in hæc inferiora uiuificas deriuat uires & influxus. In eccleſiaſtica uero hierarchia (quæ ſaltẽ naturam & eius ordinationem deberet ſequi) præpoſtero omnia agũtur ordine: qui ſuperiores ſunt digni tate, inferiores ſunt uita, ac ſi aqua terræ ſubſideret, et aquæ ignis. Et à ſuperiorib⁹ in inferiores proficiſcuntur prauitatis, nõ bonitatis exempla: unde inferiores inficiuntur, haud ſecus atq; à cælo in terram aſpergerẽtur uenena. Quare recte in principio à nobis aſſumptum eſt: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam. Iſaie. 56

¶ Tertia pars, ex pollicitatiõe noſtra oſtenſura eſt, quomodo paſtores ignorauerunt intelligentiam diligentiæ præſtandæ circa cuſtodiam & curam cõmiſſi gregis: non quidem ratiõe uacantis, ſed intellectu pariter & uoluntate præditi: pro quo ſaluando bonus ille & ſummus paſtor animã ſuam poſuit, precioſumq; ſanguinem ſuum in preciũ effudit. Nõ parui ſane momẽti & põderis ẽ illa cuſtodiẽdi ouilis dñici ꝓuincia, Iohã. 10

neq; ſegniter exercenda. Si quis enim pecora rationis prorſus expertia ſeruanda ſuſcepiſſet, omni cura illa tutaretur à noxijs, & peruigil excubaret, ne quid integro deeſſet numero. Si etiam corporũ humanorũ cura cuiq; eſſet credita, eniteretur pro uiribus illorũ ſeruare incolumitatẽ, & omnẽ prorſus morbi occaſionẽ tollere. Quæ igit diligentia pro anima ſaluanda præſtari debet, quę lõge plus eſt q̃ corpus & q̃ grex ouiũ?
Matt. 16. Marci. 9. Quid enim prodeſt homini, ſi uniuerſum mundũ lucretur, animæ uero ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?
Rom. 14. Noli obſecro quicunq; es paſtor, inertia tua illũ perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. Nam (ut Prophe
Iere. 48. ta inqt) maledictus q opus dei facit fraudulẽter. Et ad diligentiam præſtandã ſuper cuſtodiẽdo grege com
Prou. 27. miſſo, nos ita ſalubriter admonet Sapiens: Diligenter agnoſce uultũ pecoris tui, tuosq; greges conſidera. Quonam autem pacto ſedulam adhibeas uigilantiam ad aſſeruandum gregem, docet Hieronymus, dicens: Latratu canum & baculo paſtorali lupi arcendi ſunt. Lupi quidem ſunt dæmones, noſtrũ ſitientes ſanguinem: & inexplebilis, ut noſipſos trahant ad dãnationis ſocietatem, auiditatis atq; crudelitatis. Hi baculo paſtorali arcent, quando autoritate & cura paſtoris à præda iã ferme deuorata pellũtur. Latratu uero prohibent lupi, quando feruenti & aſſidua præconum uerbi diuini inclamatiõe effugant, ne ſuam poſſint exercere rabiem: quam licenter oſtendunt, cum negligentes ſunt paſtores. Non abſurde itidem per latratum canũ arcentem lupos à grege domini, intelligere poſſumus frequentem ipſius paſtoris admonitionem & exhortationem, q̃ ſubditos in malũ procliues aut iam prolapſos, mõ clanculũ, mõ palã ſubleuet

a ruina, & ad uirtutē erigat. Id ſane ad ſuū ſpectat offi ciū, more ſoliciti medici occurrere morbis ſubditorꝝ, & languore animi detentos, intentiſſima cura ad ſalutem inſtaurare: q̄d ſi ſegniter exequat̄, reus eſt animarū quæ ſua incuria pereūt. Teſtis certe eſt Gregorius, quadrageſima diſtinctione, capitulo, Epheſiis, dicens: Cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo paſtor occidit. Et eadem diſtinctione, capitulo pudicis, inquit Hieronymus: Innocens abſq; ſermone conuerſatio, quātum exemplo ꝓdeſt, tantum ſilentio nocet. Et diſtinctione octogeſimatertia, capitulo Prouidēdum, habetur: Mortem languentibus probatur infligere, qui hanc cum poſſit, nō excludit. Denique diſtinctione octogeſimaſexta, capitulo Culpam, dicitur: Culpam proculdubio facientis habet, qui quod poteſt corrigere, negligit emēdare. Scriptum quippe eſt, non ſolum qui faciūt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, participes iudicantur: & negligere (cum poſſit) perturbare peruerſos, nihil aliud eſt q̄ fouere: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori deſinit obuiare: & probat̄ odiſſe uitia, q condemnat errātes: neq; reliquit ſibi locū deuiandi, qui non pepercit erranti. Primus enim innocentiæ gradus eſt, odiſſe nefanda. Et latum pādit delinquentibus aditū, qui iungit cū prauitate cōſenſum: nihilq; prodeſt alicui non puniri proprio, qui puniendus ē alieno pctō. Sed proh dolor nūc de paſtoribus uerū eſt, q̄d dicit Iſaias: Speculatores ei⁹ ceci, neſcierūt uniuerſi, canes muti nō ualētes latrare. Sigdē cęciſunt ſpeculatores, qa nō deflectūt paſtores oculū diligētis cōſiderationis ſuper gregē ſuū: ſed potius ꝓpriæ utilitatis rationem habent, q̄ ſalutis ſubditorꝝ. Canes ſunt muti, non ualētes latrare: quia q̄ in ſubditis reprehen

Roma. 1

Iſaię. 5

denda ſunt,aut diſſimulant,aut corripere non audẽt, Hæc autem omnia ſtudeam⁹ uiri præſtantiſſimi nũc (cum tempus adeſt)ſic emendare, ut cum ſummo pa ſtore Chriſto æternæ uitæ delicijs perpetuo paſci ualeamus. Quod nobis concedat pater omnipotens, & filius,& ſpirituſſanctus. Amen.

¶ In ſynodo epiſcopali Parrhiſienſi,ſermo tertius.

VAE paſtoribus Iſrael q paſcebãt ſemetipſos. Ex Iezechielis triceſimoquarto capite. Tubarũ uſum ad excitandos in bellum animos acuẽdasq; uires apud antiquos fuiſſe,norunt omnes ornatiſſime cœtus,qui Virgilianum illud de Miſeno lectitarunt:

Qui non præſtantior alter
Aere ciere uiros,Martemq; accendere cantu.
Nam & lituo pugnas inſignis obibat,& haſta.

Num.10. Quin & populus Iſraeliticus in bellũ profecturus, iubetur ad idipſum tubarum clangore animari,quũ dictum ſit Moyſi à domino:Si exieritis ad bellũ de terra ueſtra contra hoſtes, qui dimicant aduerſum uos, clangetis ululãtibus tubis: & erit recordatio uẽi corã dño deo ueſtro, ut eruamini de manib⁹ inimicorũ ueſtrorum. Quod ſi uim exhortatiõis ad ſubeunda diffi cilia præſtare poteſt ductilis buccinæ ſonitus prorſus inanimus &obſtrepẽs:maiorem ne efficaciam habere credenda eſt humana uox, ex mentis adyto prodiens,& aſtantium auditum feriẽs?Nempe(teſte Quintiliano)uiua illa(ut dicitur) uox alit plenius:& eo uehementius afficit, quo apertius & ſignificantius imo pectore recondita depromit. Teſtis eſt Pericles Athenienſium princeps, quemadmodum Valerius Maxi-

mus refert:qui quum aduerſus uoluntatem populi lo
queretur, iucunda nihilominus & popularis eius uox
erat. Itaq; ueteris comœdiæ maledica lingua quãuis
potentiam uiri perſtringere cupiebat, tamẽ in labris
hominis melle dulciorem leporem fatebatur habita-
re. In'q; animis eorum, qui illum audierant,quaſi acu
leos quoſdam relinqui prædicabat. Teſtis eſt & Hege
ſias Cyrenaicus philoſophus,qui ſic mala uitæ repræ
ſentabat,ut eorum miſeranda imagine audientiũ pe-
ctoribus inſerta, multis uoluntariæ mortis appetẽdę
cupiditatem ingeneraret. Ideo'q; à rege Ptolemæo ul
terius hac de re diſſerere prohibitus eſt. Taceo lenoci
nium & dicendi fucum Ciceronis, qui tanto uerborũ
apparatu & ornamento apud Cæſarem pro Ligario
uſus eſt, ut eum uel inuitum ad miſericordiam flexe-
rit. Notũ quoq; eſt oĩbus illud ad Paulinũ beatiſſimi
Hieronymi dictũ: Habet neſcio quid latẽtis energiæ
uiuæ uocis actus, & in aures diſcipuli de autoris ore
transfuſa fortius ſonat. Hęc ſane eſt tuba,qua torpen
tia corda erigunt ad ſpirituale pugnã ineundam con
tra principẽ hui' mũdi & aerias p̄tãtes, cõtra triſtem
tenebraꝝ cohortẽ & informia peccatoꝝ mõſtra, q̃m
(ut inquit B. Paulus ad Epheſios) non eſt nobis collu Ephe. 6
ctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,ſed aduerſus princi
pes & poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebraꝝ
harum,contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Hãc
ſiquidem tubam frequenter perſonãdam eſſe admo-
net Propheta, dicens: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba ex-
alta uocem tuam. Quæ ut crebrius audiatur, à reue-
rendo admodum in Chriſto patre huius inſignis ec-
cleſiæ uigilantiſſimo paſtore, laude & commendati-
one digno, quotannis ſecũdum antiquas patrum ſan
ctiones inferiorum paſtoꝝ fit ſynodalis cõuocatio,

ad cognoſcēdos dominici gregis cuſtodes: & eis unà
congregatis inſonat diuini uerbi tuba, exhortās ad ui
gilātiam ſupra commiſſum ouile diligenter præſtan
dam: & quæ reprehenſioni obnoxia ſunt, uehemen-
tiore ſtrepitu detonans. Et nunc quidem mihi credi-
ta eſt prouincia hæc in tanto celebratiſſimorum uiro
rum conſeſſu ꝑſonandi claſſica, licet ad id munus ob-
eundum minus idoneo. Quippe languidus mihi ſpiri
tus eſt, uix halitum ſubminiſtrans ad huiuſce buccinę
inflationem: uox quoque exilis & ſtridula, qua argu-
tos uideor interſtrepere anſer olores. Et ubi rē ipſam
tentauero, conantem ardua forſan deficiēt uires, me-
diaq; in uoce relinquēt. Plurima ſiquidem rerum eru
ditio, flatum ſuggerit & ſpiritum (ut noſtis optimi pa
tres) ad id officij rite peragendum. Diuinarum etiam
rerũ pariter & hũanarũ cognitio, neruos uireſq; mini-
ſtrat ad hanc abſoluendā prouinciam: quæ in me mi-
nus ꝙ res ipſa exigit, eſſe perſentio. Verum ſecundum
Pſalm.54 Pſalmographi ſententiam, in dominum om̃is mea cu
ra iactanda eſt, q me enutriat, et non det fluctuationē
animo meo. Ipſe quod imbecilles negant uires, adij-
cere potens eſt: roburq; & adminiculum huic geren-
Sapiē.10. do negocio ſufficere: quoniā ſapientia aperuit os mu
torum, & linguas infantium fecit diſertas. Semp itē
Lucę.11. præſtare paratus eſt adiumētum, qui dat ſpiritum bo
num petentibus ſe. Si quis ueſtrum (inquit beatus Ia-
cobus) indiget ſapientia, poſtulet à deo qui dat omni
Iacobi.1. bus affluenter, & nō improperat, & dabitur ei. Quin-
imo & ipſe ſumme munificus bonorũ diſtributor nos
ad petendum benigniter inuitat: Petite, inquit, & acci
Iohā.16. Matth.7. pietis. omnis enim qui petit, accipit. & ſi quid petieri
Lucę.11. tis patrem meum in nomine meo, dabit uobis. Cum
itaq; præſidium dare poſſit, quia omnipotens: quum

id uelit, quia ſumme bonus: quum ad id nos inuitet et prouocet, quia benigniſſimus: quid nos tardabit ad ipſum confugere? quid nos remorabitur opitulamen ultro oblatū petere? Quod ut fidentius impetremus, pulſanda eſt precibus ſacroſancta dei mater, per quā acceſſum habemus ad filium, & angelica ſalutatione ſuppliciter exoranda: Aue Maria.

¶ Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos. Quarto & triceſimo Iezechielis capite deſcripta ſunt hæc uerba, & in præcipuam huius orationis propoſitionem coram adducta. In quibus Propheta diuino afflatus ſpiritu, paſtores Iſrael eos uocat, quibus fidelium animarum cura commiſſa eſt, ut eas paſcant ſcientia & doctrina. Nempe Iſrael interpretatur uir uidens deum, aut mens uidens deum: quod Iacob commutato per angelum ſuo nomine in nomen Iſrael, dixerit: Vidi dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. Cui autem prędicta interpretatio melius adaptatur, quàm animæ rationali ad imaginem dei factæ? quę nunc quidem in ſpe per ſpeculum & in ęnigmate deum uidet, poſtea ipſum uiſura facie ad faciē, cum uidebitur deus deorum in Sion. Huiuſmodi autē paſtoribus Iſrael Propheta in uerbis adductis æternam interminatur maledictionem, præſertim hāc ob culpam, quod paſcunt ſemetipſos. Qua in re quomodo delinquāt paſtores, tribus particulis ſuccincte notabimus. Prima, quonam pacto ſeipſos paſcāt cibi & potus immoderato uſu. Secunda, quomodo inconceſſis libidinum uoluptatibus uetitoq; luxu. Tertia, quomodo lucrorūm temporalium auida cōgeſtione paucis explicabit. Pro prima parte abſoluenda (quæ oſtēſura eſt, quō paſtores ſemetipſos paſcūt nimio ci-

Gene. 32

pſalm. 83

bo & potu, corpus ſaginando, improbasq́ gustus uoluptates proſequendo) neminem latere arbitror, q̃d in exordio naſcentis eccleſiæ, qui ſacris initiati erãt & deſtinati, quotidianis fere ieiuniis ſeſe afflictabant, ut hoc exercitio corp⁹ animę ſubiectum, ad quaſuis bonas actiões redderet idoneũ. Quod & Paulus apoſtolus licet perfectiõis iam apicem conſequutus, ſe factitaſſe ſcribit: Caſtigo, inquit, corp⁹ meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Cum autem tepidior facta eſſet charitas, rariora quidem erant ieiunia: ſed crapula & ebrietas cum om̃ibus, tum eccleſiaſticis ſummopere interdicta fuit, & ab eis aliena. Teſtis eſt Innocentius tertius, qui extra de uita & honeſtate clericorũ, cap. à crapula, ſalubriter admonet omnes clericos, dicẽs: A crapula & ebrietate oẽs clerici diligẽter abſtineãt, unde uinum ſibi temperent, & ſe uino. nec ad bibendũ qſpiam incitetur, quum ebrietas & mentis inducat exiliũ, & libidinis prouocet incentiuum. Et quadrageſimaquarta diſtinctione, capitulo, Cum autem uinolẽtus, ait Hieronymus: Tibi ô ſacerdos de altari uiuere, nõ luxuriari permittitur. Ventris nanq; ingluuies ad luxuriã ꝓuocat facile, & om̃e opus bonũ diſſoluit. Nẽpe uẽter & genitalia ſibimetipſis uicina ſunt, ut ex uicinitate mẽbroꝝ cõfœderatio intelligať uitioꝝ. Hinc Nabuzardan princeps coquoꝝ ipſius Nabugodonoſor, muros Ieruſalẽ deſtruxiſſe legiť: q̃a uẽter cui multitudo coquorũ deſeruit, ædificia uirtutũ ad ſolũ redigit. Eadẽ quadrageſimaquarta diſtinctiõe, capitulo, Pro reuerẽtia, quãta ſit honeſtas in ſacerdotum menſa ſeruanda, oñditur: In omni, inquit, ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum immiſceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ nõ

1. Cor. 9.
4. Re. 25.
Ierem. 39. 39. et. 52

neceſſariæ prohibentur.In hac autẽ ferrea ætate,qua obſcuratum eſt aurum,&mutatus eſt color optimus. Thre.4.
proh dolor frequentius in tabernis & cauponis uerſantur nonnulli ſacerdotes quàm in templo dei, cum tamen extra,de uita & honeſtate clericorum, capitulo clerici, dicat Innocentius tertius: Clerici tabernas prorſus euitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere cõſtituti. Et eas quidẽ frequentant cum ijs,q prorſus alienę ſunt uocatiõis, laicis inquã & ſuis parochianis, quorum ſocietatem iura ipſa uiris eccleſiaſticis prohibent.Nam quos ſtudiorum diſparitas ſeparat,morum quoque diſſimilitudo debet ſeiungere. Quippe decimaſexta,quæſtione ſeptima, capitulo in nona,dicitur:Cohærere & coniungi non poſſunt, quibus uota & ſtudia ſunt diuerſa. Et hoc pacto ſubditos ſuos quos honeſtæ uitæ exemplo deberẽt ad meliora ꝓuocare,non ſolũ non emendant, ſed ad grauiora mala inducunt,nimiam familiaritatem (quæ parere contemptum ſolet)cum ipſis cõtrahendo:& ſuorum criminum teſtes, inſpectores & ſocios eos adhibendo. Vnde & ſubditi ſuorum paſtorum exemplo innitentes,in eadem labuntur uitia: quia(ut inquit Gregorius)quum paſtor per abrupta graditur, cõſequens eſt ut grex ad præcipitiũ ſequat̃:& q labẽti innititur, neceſſe eſt ut cum labente pariter labatur.Enimuero hi paſtores ſecundũ ſententiã euangelicã cæci ſunt & du- Matt.1
ces cæcorũ.Cæcus autẽ ſi cęco ducatum præbeat,ambo in foueam cadunt.Perſuadent enim ſibi ſubditi id eis licere impune, quod à paſtoribus fieri cõſpiciunt, & confidentius idem perpetrant,ex quo ſuperiorum lõge grauior efficitur culpa.Quod atteſtatur Gregorius,dicens: Deterius in populis prælati delinquunt, ac per hoc ipſi crudelius quàm cæteri puniuntur, ſe-

Sapię. 6. cundum illud Sapientiæ: Duriſſimum iudicium in his qui præſunt, fiet. Et idem alio in loco: Scire prælati debent, quod ſi peruerſa unquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt. Vnde neceſſe eſt ut tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant, quanto per praua quę faciunt, nõ ſoli moriuntur. Nec ſolum paſtores huiuſmodi tempus ut bonum operentur conceſſum, inaniter contemnunt: ſed & ſuis ſubditis iacturæ & perditionis temporis occaſionem præſtant. Vnde grauia in utriſq; ſuboriuntur uitiorum genera. Nam (ut inquit Sapiens)
Eccl. 33. multam malitiam docuit ocioſitas. Deniq; ne quid uitæ carnalis deſit, poſt ſumptas epulas à nonnullis ſacerdotibus iam luditur alea pernox: & quæ pauperũ ſunt, inhoneſto ludorum genere diſſipantur. Quod ſi in laicis deteſtandũ eſt uitium, lõge magis in eccleſiaſticis eſt deteſtabile. Nam ut ait Satyricus,

Iuuenal. Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior, qui peccat, habetur.

Et Gregorius: Quanto gradus altior, tanto caſus grauior. Audiãt obſecro ſi ꝗ tales ſunt, Bernardum Bacchanalium ſacerdotium cui inſeruiunt, lepide deſcribentem: Dijs, inquit, ſolent templa cõſtrui, altaria erigi, miniſtri ad ſeruiendum deputari, immolari pecudes, & thura concremari. Deo uentri templum eſt, coquina: altare, menſa: miniſtri, coquinarij: immolatę pecudes, coctæ carnes: fumus incenſorum, odor ſaporis. Ecce cui deo famulantur & miniſtrant, qui ſeſe ciborum copia & uino aſſidue ingurgitant. Sanctiſſimus
Luc. 1. Iohãnes Baptiſta ſpiritufancto repletus ex utero matris ſuæ, qui nec uinũ nec ſiceram bibit, ſed aqua duntaxat pro potu uſus eſt: non auſus eſt dominum noſtrum ad ſe, ut baptizaretur uenientem, manu contin

gere:ſed humiliter ſe exinaniuit,dicẽs:Ego à te debeo Matth.
baptizari, & tu uenis ad me? Sacerdotes autẽ Bacchi
potius quàm dei heſternam ructantes crapulam, &
uino nondum digeſto uenas inflati, accedunt irreue-
renter ad menſam domini,cum tamen in Leuitico di Leuit. 10
ctum ſit ipſi Aaron à domino: Vinum & omne quod
inebriare poteſt,non bibetis tu & filij tui,quando in-
trabitis in tabernaculũ teſtimonij ,ne moriamini. Si
ſeruanda erat ſobrietas à ſacerdotibus, quando hir-
corum & taurorũ fiebat ſacrificium: longe ualentio-
ri iure nunc ſeruanda eſt, quando deo patri immola-
tur agnus dei,qui tollit peccata mundi. Cęterum,ſi ſa Iohan.
piunt,ab huiuſmodi cœno uoracitatis, comeſationis
& crapulæ,pedem retrahant,ne repentinus eis ſuper-
ueniat interitus. Terreat eos quæſo uox Prophetæ,di
centis quod in principio propoſitum eſt: Væ paſtori Ezec. 34
bus Iſrael,qui paſcebant ſemetipſos.

¶ Secũda pars ex inſtituto declaratura eſt,quomo
do paſtores paſcunt ſemetipſos libidinũ oblectamen
ta ſectando,& fœminarum conſortia contra ius fasq́
frequentando.Id luce clarius eſt,unumquenq́,cum al
taris miniſterio & ſacris ordinibus mancipatur, ſeſe
ſeruandæ ex illo die caſtitatis uoto allegare,atq́ ſpon
te aſtringere.Id omnia clamant iura, & conciliorum
decreta,nec à quoquam ignoratur.Citetur Innocen-
tius octogeſimaſecunda diſtinctione, capitulo pro-
poſuiſti,dicẽs: Sacerdotes quibus ſacrificandi & oran
di iuge officium eſt, ſemper debent à mulierum con-
ſortio abſtinere : quia ſi contaminatus fuerit carnali
concupiſcentia qui orat, quo merito ſe exaudiri poſ-
ſe credit,quum dictum ſit:Omnia mũda mundis, co- Tit. 1.
inquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum,

ſed coinquinata eſt eorum mens & cōſcientia? Et eodem capitulo: Incontinentes in officijs altaris poſiti, omni honore eccleſiaſtico priuentur: nec admittātur ad tale miniſteriū, quod ſola cōtinentia oportet com pleri. Ad hanc autem continentiam integre ſeruandam nihil æque conducit, atque mulierum contubernia, colloquia & familiaritatem omnem refugere. Nā
Eccl.9. (ut ait Sapiens) propter ſpeciem mulieris multi perierunt. & ab hac, concupiſcentia uelut ignis exardeſcit. Non poteſt ſtuppa diutius igni præſens eſſe, quin exuratur. Vir omnis ſtuppa eſt, mulier ignis. Idem admonet Hieronymus, dicēs, triceſimaſecunda diſtinctiōe, cap. Hoſpitiolum: Hoſpitiolum tuū aut raro aut nunquam mulierū pedes terant: quia nō poteſt toto corde cum deo habitare, qui fœminarum periculoſis acceſſibus copulatur. Fœmina conſcientiam ſecum pariter habitantis exurit, nūquam de mulierum formis diſputes. Fœminæ nomen tuum neſciant. Fœminam quam bene uideris conuerſantem, mente dilige, non
Cor.7. corporali frequentia. Si bonum eſt mulierem nō tangere, malum eſt ergo tangere. Et Iſidorus: Si uis à fornicatione eſſe tutus, eſto à muliere corpore & uiſione diſcretus. Circa ſerpentem enim non eris diu illæſus. ante ignem cōſiſtens & proximus, à periculo diu tutus non eris. Licet ferreus ſis, aliquando tamen diſſolueris. Sed quò nunc ſacerdotum & paſtorum abijt pudicitia? Vltra Sauromatas hinc diffugiſſe uiſa eſt, et glacialem Oceanum. Nempe loco diuinarum cōtemplationum, quibus occupari deberent, mulierum formæ ſpectantur. Vnde omis impudicitiæ eſt origo. Et reuera ſi quis ex ordine noſtro frequentius q̄ par eſt, & familiarius cum illis cōuerſetur, uix fieri poterit, ut ea quæ ſurſum ſunt, ſapiat. Nā (ut xxxij. quæſt. v. ca.

Nec ſolo,dicitur:Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. Hinc ipſorū cū mulieribus oriunt̄ deteſtā da conſortia,hinc concubinatus, ſtupra,adulteria,inceſtus:quos cum ſpiritali affinitate ſibi cōiunctis mulieribus ob auditam earum confeſſionem,plerūq; ſacerdotes committunt.Quod quidem ultimum,utpote inceſtus cum filia pœnitentiali,q̄ graue ſit,q̄ horrē dum,q̄taq; abominatione dignū flagitiū,& canonicis ſanctionibus grauiter,ꝓhibitū,oſtendit triceſima,q̄ſt. 1.ca.Oēs,ubi dr̄:Syluester q̄q; docens admonet unum quenq; ſacerdotū,ut nullus cauſa fornicationis ad ſuā pœnitentialē accedat:quia ſcriptum eſt,Omnes quos in pœnitentia accipimus,ita filij noſtri ſunt, ut in baptiſmate ſuſcepti. Quapropter hoc ſcelus ſi qs perpetrauerit,non ſolum dignitatis honorem amittat, uerumetiam uſq; ad exitum uitæ ſuæ iugi pœnitētiæ ſe ſubdat.Ecce patrum decreta infligentia amiſſionem gradus ſacerdotalis,& aſſiduā ad finem uſq; uitæ pœnitentiam ijs ſacerdotibus, qui ſuis filiabus ſpiritualibus,quæ eis peccata ſua confeſſæ ſunt, flagitioſe coniunguntur:ut ex ipſius pœnæ acerbitate, grauitas innoteſcat culpę. Quinimo non minus eſt id peccatum q̄ commiſceri filiæ ſuę ſpirituali,quā quis baptizauit, aut è ſacro fonte ſuſcepit,& eadem q̄q; pœna plectendum. Sed abijciantur poſthac obſecro hæc teterrima monſtra à ſacerdotum conſortio,& uitæ puritas induatur,antequam ira dei timenda deſæuiat.Si Nadab & Abiu filij Aarō repentino perierunt interitu,percuſſi à domino quod ignem alienum obtulerint in lege typica & umbratili:non effugient grauiores pœnas,qui igne concupiſcentiæ ſuccenſi, prorſus alieno à uoluntate domini,audent polluto corde,ore & manibus ſacratiſſimum Chriſti corpus attrectare.Proinde,aqua Leuit. 10

lachrymarum & lauacro pœnitẽtię, hic ignis alienus, hęc uitiorum incendia reſtinguenda ſunt. Quàm ſeuera autem ſit dei ultio in eos qui irrreuerenter & impure diuina tractant myſteria, etiam ex eo cõſtat, q̃d
s.6. primò Regum dicitur de Bethſamitis à domino percuſſis, eo quod uidiſſent arcam domini indigne, quũ reduceretur à Philiſtæis ad filios Iſrael. Nam (ut eo loco dicit gloſſa ordinaria) nulli licebat detectam uidere arcam, niſi pontifici. Percuſſi ergo ſunt eo quod indigni eſſent uel indigne acceſſiſſent, uel non cuſtodiſſent arcam. Hæc autem plaga leuis non fuit, nec uulgaris. Nam percuſſit dominus de populo Bethſamitarum ſeptuaginta uiros, & quinquaginta millia ple-
eg.6. bis. Et quum reduceret arca domini ab ipſo rege Dauid, extẽdit Oza manum ad arcam dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusq́ eſt dominus indignatione contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate ſua, qua impoſuerat arcam ſuper plauſtrum nouum, quum deberet tamen portari hũeris Leuitarũ, ut dicit Liranus & Gloſſa interlinearis. Et mortuus eſt ibi Oza iuxta arcã domini. Ex priori quidem punitione extimuerunt uiri
eg.6. Bethſamitæ, dicentes: Quis poterit ſtare in conſpectu domini dei? & ad quem aſcendet ex nobis? Et non audentes eam apud ſe ſeruare, miſerunt eam ad habitatores Cariathiarim. Ex poſteriore uero punitiõe ex-
eg.6. timuit Dauid dominum, dicẽs: Quomodo ingredietur ad me arca domini? & noluit ad ſe diuertere arcã, ſed diuertit eam in domum Obededom Gethęi. Hæc autem ad noſtram inſtructionem ſcripta ſunt, & in figura illis contigerunt: ut exinde cognoſcamus, quod ſi adeo præſentanea & acerba punitione irreuerẽtia circa arcam ueteris teſtamenti commiſſa (in qua con

tinebatur manna,tabulæ legis, & uirga Aaron)uindi cata eſt:longe grauiori haud dubie pœna plectentur ſacerdotes, qui uerum illum panem cæleſtem,precio ſumq́ eius ſanguinem indigne contrectant:qui tantis tamq́ magnificis dei donis, gratijs atque muneribus abutuntur: qui hoſtiam ſanctam & immaculatam in uaſe multorum ſcelerum notis contaminato collocant,qui polluto animo atq́ libidine ſordido,Chriſtum ſumunt dei uirtutem & dei ſapientiam, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi: cuius manna illud Iſraeliticum remota erat ſimilitudo,figuralis imago,& obſcurior umbra:quoniam ut initio prælibatum à nobis ē, Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos. 1. Cor. Colo.

¶Tertia pars ut polliciti ſumus,enucleabit æternā damnationē,à Propheta paſtoribus cōminatā,q paſcunt ſemetipſos,lucra pecuniaria ex paſtorali officio auidiſſime colligendo,aīaꝵ aūt cōmiſſaꝵ ſalutē ꝓrſus negligendo. Memoriǫ quidē proditū eſt apud Suetonium Tranquillum de Tiberio Cæſare,Auguſti Cǫſaris ſucceſſore:quod p̄ſidibus prouinciarum monentibus tributa & uectigalia imperatori pendēda adaugeri debere,prudenter & ſcite reſpōderit, boni paſtoris eſſe tondere pecus,nō deglubere. Recta profecto ſententia & optimo quoq́ principe digna. Nonnulli uero paſtores & curati noſtrǫ tempeſtatis,contra deglutiunt potius pecora quàm tondēt.Nam nimia ſeueritate exigunt interdum ſua perſolui iura ab his q bus fortuna facultatem perſoluendi negauit.De quo conqueritur dominus p Iezechielem,dicēs:Cum auſteritate imperabatis eis,& cum potentia.Si perit anima ſubditi pro qua Chriſtus mortuus eſt, id parū admodum curatur: neque eam eruendi à faucibus lupi Iezec. Ibidem

agitur diligentia. Si uero quicq̃ ſubtractum eſt pſolui ſolitum, id toto ſtudio recuperatur. Negantur nõnunquam eccleſiaſtica ſacramẽta, aut ſepultura Chriſtiana, quoad perſolutũ fuerit quod exigitur. Sed qd hoc obſecro patres optimi? Nonne eſt ſemetipm paſcere? Nonne eſt temporalia diligenter curare lucra, ſpiritualia autem prorſus negligere? nullaq́; in ſubditum charitatis ſynceritate moueri, quare nec in deum, cuius factura & op⁹ deperire ſinitur? Vt em̃ uiceſima quinta, quæſt. 1. ca. diuinis, habetur: Quoties qs negligenter paſcit dominicum gregem commẽdatum, toties conuincitur ſummum non amare paſtorem. Impletum reuera cernitur, quod grauiter lamentabatur
Philip. 2. ſuo tempore Apoſtolus: Omnes (inquit) quę ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Quod ſi rediuiuus p̃ſentem rerũ ſtatum cerneret, & ad nos reuerſus om̃ia (uti ſe habẽt) agnoſceret, multo certe amplius id deploraret. Surgent (timeo) paſtores pecorum rationis expertium in iudicio contra generationem illam paſtorum, quæ ſua ſunt quærentiũ, & nõ quæ Chriſti, & condemnabunt eam: quia diligentiam præſtiterũt ſeruandi gregis commiſſi, illum ad fertilia duxerunt paſcua, & reduxerunt ad caulas: eripuerunt oues à luporum feritate, & morbidas ſanare curarũt. Animarum
Petri. 1. aũt paſtores, quæ (ut ſanctiſſimus monet Petrus) non corruptibilibus auro aut argento redemptæ ſunt, ſed p̃cioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati, ſinunt ſuas oues ſine ſpirituali alimonia per uitiorum deuia aberrare. Non laborant balantes & errabundas ad ouile Chriſti reuocare, neq; peccati contagione infectas ad ſanitatem reducere. Cõqueritur profecto grauiter de huiuſcemodi ꝓpriæ utilitatis
Ezec. 34. tis paſtoribus per Iezechielem dñs, dicens eis: Lac co

medebatis,& lanis operiebamini,& q̊d craſſum erat, occidebatis:gregem autem meum nõ paſcebatis. Qđ infirmum fuit,non conſolidaſtis:& q̊d ægrotum,non ſanaſtis:quod confractũ eſt,non alligaſtis:quod abie ctum eſt,non reduxiſtis:quod perierat,non quęſiſtis: & diſperſę ſunt oues meæ,eo quod non eſt paſtor, & factę ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſpſæ ſunt. Errauerunt greges mei in cunctis mon tibus,& in uniuerſo colle excelſo:& ſuper omnem fa ciem terræ diſperſi ſunt greges mei,&non erat qui re quireret. Quæ quidẽ prophetæ uerba ſingulatim exponenda ſunt. Vnde lac comedunt paſtores eccleſiaſtici,& lanis operiuntur,& quod craſſum eſt occidũt: qui ſubditorum bona ad ſuum uictum rapiunt,multiplici ueſtium uarietate induuntur, & optima quæꝗ ſuorum ſubiectorum ſibi in ꝓprium uſum uendicãt. Quod infirmũ eſt,non conſolidant paſtores:& quod ægrotum,nõ ſanant: qñ pronos ad uitia uerbo exhortationis non corroborãt, neꝗ lapſos in ægritudinem animæ,ad ſanitatem per pœnitentiam reuocant. Qđ confractum eſt non alligant,qñ criminali peccato ab integritate uitę dilapſos,correctiõe non redintegrãt. Quod abiectum eſt non reducunt, qñ errore uel hęreſi á ueritate fidei abductos,ad ſynceritatem doctrinæ non rurſum conuertunt. Quod perierat non q̃runt, qñ deſperatione á deo auerſos,non reſtituunt ad ſpẽ ſalutis,promittendo ex dei miſericordia ueniam. Diſperſæ autem ſunt oues,eo quod non eſt paſtor, qñ ꝑ diuerſa uitia oberrant ſubditi propter defectum boni regiminis & doctrinæ. Paſtor enim nuncupatur, qui ouium bonum quærit, non ſuum. Nam qui ſuæ tantum ſtudet utilitati, animarum ſalutem negligens, is paſtoris nomine indignus eſt,& mercenarius á domi

no uocatur:cum in dominicæ præcedentis euangelio
Ioan 10. dicit,Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, uidet
lupum ueniẽtem,& fugit:quia mercenarius eſt,& ad
eum non pertinet de ouibus.Factæ autem ſunt oues
in deuorationem omnium beſtiarum agri, cum dæ-
monum iugo & ſeruituti ſubijciũtur,qui poteſtatem
accipiunt ſuper homines per uitiorum deuia uagan-
tes.Super omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges,
quum terrena & non cæleſtia petunt bona,opibus &
Colo.3. delicijs inhiantes:quia non admonentur quæ ſurſum
ſunt,quærere.Nõ eſt qui requirit diſperſos greges,q̃a
paſtores qui proprias expetũt delicias,dominici gre-
gis damna non curant,neq; aliquo afficiũtur zelo aut
deſiderio ad ſalutem animarum ſuorũ ſubditorũ.Et p
Hierem. 33. Ieremiam idem paſtoribus improperat: Væ,inq̃t,pa-
ſtoribus qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ
meæ,dicit dominus.Ideo hæc dicit domin⁹ deus Iſra
el ad paſtores qui paſcunt populum meũ: Vos diſper
ſiſtis gregem meũ,&eieciſtis eos & non uiſitaſtis eos:
ecce ego uiſitabo ſuper uos malitiam ſtudiorum ue-
ſtrorum,ait dominus. Grauis eſt ſapientiſſimi patres
hæc poſtrema comminatio, qua deus terrorem incu
tit ijs,qui ſunt negligẽtiores, q; uiſitabit ſuper eos ma
litiam ſtudiorum ſuorum.Nec minus formidãda eſt
illa ſententia domini,quæ prophetica uóce Iezechie-
Ezec.34. lis denunciatur:Propterea(inq̃t)paſtores audite uer-
bum domini:Hæc dicit dominus deus, Ecce ego ipſe
ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eo
rum,& ceſſare faciã, ut ultra non paſcant gregẽ meũ,
nec paſcant paſtores amplius ſemetipſos: & liberabo
gregem meũ de ore eorũ, & non erit ultra eis in eſcã.
Et demum repetit eandem comminatoriam ſenten-
tiam:Ecce ego ipſe requiram oues meas, Nunc quum

licet,ſolicito uoluamus animo præſtantiſſimi patres, quàm dura erit illa redditio rationis ante diſtrictũ iudicem,quando de unoquoq; ſubditorum nobis commiſſorum reſpõdere ipſi ſupremo paſtori Chriſto debebimus:& pro his qui incuria noſtra perierunt, damnationis ſententiam ſubire:quanto tunc pauore cõcutiemur,cum quanto tremore ſtabimus ante tribunal Chriſti. 2.Cor.5. Si quiſquam ægre de ſeipſo rationem reddet,quomodo de ſe &alijs centum commiſſis aut pluribus exactam poterit reddere rationem?Sed quũ datur hora ſalutis,negligentiam omnem fletibus diluamus,ut tandem à deo recipi mereamur in æterna uitę cæleſtis tabernacula. Quod nobis concedat paſtor ille bonus,qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis, Ieſus Chriſtus benedictus in ſecula. Amen. Iohan.10.

¶In ſynodo epiſcopali Tornacenſi,ſermo primus.

VOs autem genus electum, regale ſacerdotium,gens ſancta, populus acquiſitionis. 1.Pet.2. Ex prima epiſtola beati Petri deſumpta ſunt hęc uerba, & in præcipuam orationis noſtræ baſim adducta. Commendat in Oeconomicis Ariſtotelis,celebratiſſime conſeſſus,reſponſum Perſæ cuiuſdam:qui interrogatus, quid equũ maxime pinguefaceret:oculus dñi, reſpondit. Eodẽ q̃q; loco Libyci cuiuſdam dictum probat, qui identidem rogatus,quod ſterquiliniũ agro foret optimum:dñi, inquit,ueſtigia. Simile quiddã priori dicto refert Xenophon in ſuo Oeconomico, ubi Iſchomachus ad Socratẽ ita facere uerba inducit: Pulchre nimirũ barbarum illum interrogatum à rege,quonam mõ equum

(quem optimum nactus fuerat)perq̃ celeriter ſagina ret,oculis dominicis ferunt reſpondiſſe:Eadem ratione & mihi ò Socrates uidetur, alia quæcūq; oculum ipſum dñi poſſe reddere meliora.Hæc ibidem. Haud aliter ſi quis ſciſcitaretur, quid oues præſertim cōſeruat incolumes,& à luporum tutatur rabie: adhibēda ꝓtinus eſſet reſponſio,paſtoris præſentia, qui oculis circūluſtrat oīa, & pedibus ſolicitis ouile circuit. Qđ ſi id locum habeat in ouium brutarum atq; mutarum paſtoribus,nonne longe amplius habere ueritatē cōperietur in paſtoribus ouium rationalium, ſanguine Chriſti redemptarum?Nonne illorum pręſentia ſalu ti eſt ouibus, ſicut & abſentia frequēter illis infert exitium?Si Moyſe quadraginta tm̄ dies abſente à populo ſibi commiſſo,ubi tamen cum dño diuerſabatur in
Exo.32. caligine nubis & cacumine montis Sinai, ad accipiendas legis tabulas digito dei ſcriptas, ipſe populus in cultum uituli cōflatilis eſt prolapſus,&idolis immolauit hoſtias:quid aliud exinde colligere debemus,q̃ paſtoris præſentiam multum afferre momenti & pōderis ad rectam ouium directiōem,cuius abſentia illis tantopere eſt damnoſa? Hæc oia ſecum animo reputans reuerendus in Chriſto pater ac dñs, inſignis huius eccleſiæ Tornacēſis antiſtes digniſſimus: luſtrato diligenter ouili ſuaipſius præſentia, inſuper ſolennem celebrare conuocationem paſtorum populi ſibi crediti in hac ſynodo celebri cōſtituit,ad ea promouēda,q̃ ouium ſuarum ſaluti conducibilia uiſa fuerint. Idē q̄q; mihi pro ſua dignatiōe ꝓuinciā dedit, ut poſt luculentā exhortationē ſuā in ueſtro oīm cōſpectu iam habitā,ipſe cœptā admonitionem proſequerer,& corā hàc ornatiſſima uirorū corona uerba facerem,ad propoſitum negocium ſpectātia. Quod

ſanc munus etſi uiribus meis longe maius obire nō recuſauit, ut ei, cui meipſum & omnia mea debeo, in re tam honeſta morem geram. Verum quoniam ad id opus conficiendū humanæ uires minus ſunt idoneæ, niſi diuino ſuffulciāt̄ pſidio: pulſanda aſſiduis pcib' ē ſacroſctā uirgo Maria, diuinorū diſpēſatrix chariſſima tum. Siquidem (ut ait Bernardus) nihil nos gratiæ deus habere uoluit, quod per Marię manus non tranſierit. Eius itaq; imploremus ſupplices auxilium, offerētes illi inſigne illud angelici eloquij ad eam præconium: Aue Maria.

¶ Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Ex loco paulo ante citato. Quæ quidē uerba, tametſi ab apoſtolorum principe Petro, ad fideles cuiuſuis profeſſionis & uitę dirigantur, ut ipſe titulus in illius epiſtolę fronte pręfixus clare demonſtrat: haud abſurde tamen hoc loco accommodari poſſunt particulatim ad ſacerdotes dei & paſtores eccleſiaſticos, ut qui ſint eminentior & honoratior fidelis populi pars. Quod ut euadat dilucidius, præſentem noſtram exhortatiunculam in duas diducemus particulas. In prima patefacere annitemur, quomodo ipſi ſacerdotes & paſtores eccleſiarum, ſunt genus electum & regale ſacerdotium. In ſecunda uero, quo pacto ijdem ſunt aut eſſe ſaltem debeant, gens ſancta & populus acquiſitionis. Pro abſoluenda priore noſtræ orationis portiuncula, ad id primo oſtendēdum loco, ſacerdotes domini eſſe genus electum: non eſt annotatu indignum, quod in libro Numerorum ſcribitur, dominum uidelicet præcepiſſe Moyſi, q tolleret Leuitas de medio filiorum Iſrael, & conſecraret eos atq; ſepararet ad diuinum cultū ipſiuſq; tabernaculi miniſterium: qd & ibidē à Moy-

1. Petr. 2

Nume.

FFFf

ſe factitatum eſſe narratur. Rurſum in Exodo, dixiſſe
Exod. 28. legitur dñs Moyſi: Applica ad te Aarō fratrem tuum
cum filijs ſuis de medio filiorum Iſrael, ut ſacerdotio
fungātur mihi. Cuius quidem diuini præcepti executi
onem per Moyſen factam, octauū Leuitici caput cō-
memorat. Sed quorſum hæc? ut plane commonſtre-
mus, ꝙ ſicut in ueteri teſtamento Leuitæ peculiariter
erant ſelecti ad altaris officium, & de ſtirpe Aarō ꝓ-
geniti ad ſacerdotale miniſteriū: haud ſec⁹ in noua le
ge ſacerdotes ſpeciatim delecti ſunt ad diuini cult⁹ fa
mulatum, paſtores itidem ad gerēdam dominici gre
gis ſedulam curam. Proinde merito utriq;, & ſacerdo
tes inquam & paſtores, genus dei electū dici atq; nun
cupari debēt: qnimo tāto potius & ęqus, q̃to nouę le
gis ſtatus ſublimior eſt & pręſtabilior ritu ueteris in-
ſtituti: quandoquidem ut lex una ad alteram ſe habet
legem, ita miniſtri altaris unius legis ad miniſtros al-
terius. Itaq; magna ſacerdotum & paſtorum eccleſia
ſticorum dignitas hiſce uerbis inſinuatur, quibus ge-
nus dei electum appellantur, & ad ſummi æterniq; re
gis famulitium aſciti atq; deſignati innuuntur. Cæte-
rum, attendere debent ſolicite, & apud ſe penſiculati
us diſcutere, quonā pacto electi ſint & acciti in ſortē
eccleſiaſtici miniſterij, an uidelicet intrauerint ꝑ oſti
um in ouile ouium, & ita ueri ſint paſtores, uel utrū
aliunde introierint: & ſic ſecundum euangelicum te-
ſtimonium fures ſint & latrones, paſtorumq; nomi-
ne indigni. Siquidem ſi ambiuerint curam paſtoralē,
& cæca ambitione præcipites illā occupauerint, non
ſunt hmōi, electi à domino ut id ſortiantur officium,
Hebr. 5. cum ſcribat B. Paulus ad Hebræos, ꝙ nemo ſumit ſibi
honorem, ſed qui uocatur à deo tanq̃ Aaron. Neque
de aliquo illorum uere dici poſſet illud uerbum Pſal

mi: Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, habitabit in Pſal.64
atrijs tuis. Si pręterea ſimoniaca labe, aut alio quouis
illicito pacto, dato precio, ad eccleſiæ regimẽ aut bñfi
cium prouecti ſunt ſacerdotes & paſtores: quis illos
recte uocitauerit genus electum, quibus merito terri
bilis illa uox beati Petri ad Simonem Magum dici de Actuū.8
beat: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, qm̃ exiſti
maſti donum dei pecunia poſſideri. Et certe iampri-
dem illi à Chriſto eliminati ſunt & eiecti de ſuo tem
plo, qñ facto de funiculis flagello, eiecit emẽtes & uen Iohan.2
dentes columbas de templo Ieruſalem: illos duriꝰ in
crepitans, ꝙ facerẽt domum patris ſui domum nego
ciationis & ſpeluncam latronum, Rurſum quantum-
cunq; rectus ſit ſacerdotum & rectorum in eccleſiam
ingreſſus, adhuc tñ eo maior ipſos mouere debet ſoli
citudo & anxia cura, ut ſecundum uocationem ſuam
digne ac rite uiuant, quãto altiorem intellexerint ſuę
ſortis eſſe gradum. Nunq̃ ipſorum animis excidat il-
lud beati Petri monitum: Quapropter fratres magis 2.Petr.1
ſatagite, ut per bona opera certam uocationẽ ueſtrã
& electionem faciatis. Hæc enim facientes, non pec-
cabitis aliquando. Conſiderate ô ſacerdotes cum tre
more, ꝙ Saul à deo electus fuiſſe legitur, ad regnum 1.Reg.1
Iſrael gubernandum: ſed qm̃ inſolens factus eſt & tu- 1.Reg.1
midus animo, à dño reprobatus ẽ & abiectus. Reuol
uite etiam uobiſcum, & Iudam Chriſti uocatione ad Matt.1
apoſtolatũ eſſe accitum: ſed auaritia excæcatus, è tan-
to culmine decidit in barathrum dãnationis æternæ. Actuū.1
Amborꝫ caſus (oro) et præcipitium, uos omẽs reddat
cautiores & ſolicitos, ut ſecundum electionem ueſtrã
ea ſitis morum honeſtate præditi, eo uirtutum deco-
re adornati, quo tandem ad æternæ uitæ conſortium
etiam electi inueniamini, & de paucorum illorum nu

mero, qui ſummæ ueritatis teſtimonio, electi eſſe referuntur ad perpetuę beatitudinis hæreditatem. Porro ipſi ſacerdotes & rectores eccleſiaſtici, in ſecundo noſtri thematis loco dicuntur regale ſacerdotium, autore Nicolao Lirano in ſua literali expoſitiõe: quoniam conformati ſunt Chriſto, q eſt rex & ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, quẽ ſacra Ge-
pſal.109. Gen.14. neſeos hiſtoria, & regem fuiſſe & ſacerdotem dei altiſſimi perhibet. Haud diſſimiliter, inquit, q uere Chriſtiani ſunt, non nomine tantum, reges ſunt per ſubiectionem ſuarum paſſionum, & ſacerdotes per orationis deuotæ ſacrificium. Ideo in Apocalypſi ſanctorũ
Apoca.5. chorus deo concinit: Feciſti nos deo noſtro regnũ & ſacerdotes. Ex quibus uerbis liquido conſtat, eos qui ſacerdotali munere funguntur, regale obtinere ſacer-
pſal.49. dotium, quoniam ſuis edomitis concupiſcẽtijs, rectã habent rationem in animæ ſuæ regno ſceptra tenentem & rerum dominam, inſuper & deo immolant ſacrificium laudis per feruẽs orationis ſtudiũ. Et id quidem non iniuria. Nam qui ſuis dominari nõ ualet improbis cupiditatibus, ſed impellentibus illis præceps fertur in abrupta uitiorum: quis hunc merito regẽ appellauerit, & non potius miſerrimum ſuarum perturbationum ſeruum? cum ueritas euangelica clare nobis
Iohan.8. intonet, quod qui facit peccatum, ſeru⁹ eſt peccati: &
2.petr.2. beatus Petrus cõteſtetur, quod à quo quis ſuperatus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Verum nunc iure percõtari licet omnes, an regale ſit illorum ſacerdotũ & paſtorum ſacerdotium, qui ſympoſia & compotationes aſſidue exercent, qui pleno uini hauſtu ſe proluunt,
Prouer.23. qui (ut uerbis utar Sapiẽtis) commorantur in uino & ſtudent calicibus epotandis: qui deniq; ad potus ęquales certant, & annitunt alios ebrietate obruere? Nõne

tales in ebrietatibus & comeſationibus contra prohi bitionem Apoſtoli, ducunt dies ſuos, ſæpius cauponã tabernamq́ uinariã q̃ eccleſiam frequentantes? Quis oro huiuſmodi uiris & Epicuri de grege porcis alios regendos commiſerit, qui necdum ſeipſos regere norũt? Qui enim ſibiipſi nequam eſt, cui alii bonus erit? ut ait Eccleſiaſticus. Cõtra hmõi autẽ ſacerdotes, nõ reges, ſed compotores: terribiliter inclamat domin⁹, per Iſaiam dicens: Væ qui cõſurgitis mane ad ebrieta tem ſectandam, & potandum uſq; ad ueſperam, ut ui no æſtuetis. Cithara & lyra & tympanum & tibia & uinum in conuiuiis ueſtris: & opus domini non reſpi citis, nec opera manuum eius conſideratis. Et rurſum per eundem prophetam paulopoſt: Væ qui potẽtes eſtis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcẽdam ebrietatem. Rurſum, & illud ſciſcitari non eſt ſuperua caneum, an debitum orationis ſacrificium deo offe- runt, qui aſtantes choro pſallentium, uana miſcẽt col loquia, ſcommata, riſus, cachinnosq́ mouent, & eccle ſiaſticum interturbãt officium: aut qui tempore diui- ni officii quod in choro celebratur, extra illius ſepta in tra templum ultro citroq́ deambulant, laicis cõfabu- lantur, aut ſecularia pertractant negocia? Quos mo- res conſpicata plebs, aut ad ſimile agendũ inducitur, aut in odium eccleſiaſtici gradus ac cœtus ob tantam morum improbitatem pertrahitur. Hoccine (oro) ẽ ſacerdotum officium, templum dei cõmutare in pu- blicæ confabulationis conuenticulũ? Hęccine eſt ob- latio orationis grata deo, in qua nec corpus, nec mens ipſa domino eſt addicta? Extirpentur igitur huiuſmo di informia monſtra ab eccleſia dei, euellãturq́; & ex- cidantur penitus ſacerdotes Bacchi, ambulones & ca chinnones à templo: ut uere de ſacerdotibus & paſto

Roma.

Eccl. 1.

Iſaie. 5

Ibidem

ribus eccleſiaſticis dici poſſit id beati Petri uerbum, in
1. Petr. 2. principio adductum: Vos aũt genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis.

¶Secunda p̃ſentis orationis pars, pro noſtra pollicitatione oſtenſura eſt, quonã pacto ſacerdotes dñi & paſtores eccleſiaſtici ſint, aut ſaltẽ eſſe debeant, gens ſancta & populus acqſitionis. Sane autore B. Dionyſio in libro de diuinis nominibus, ſanctum illud dicit, quod incoinquinatum eſt, & ab omni impuritatis labe alienum. Secundum quã acceptionem ſępius incul
Leuit. 19. cat aurib' populi Iſraelitici dñs: Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum. Dicitur & illud ſanctum, ſm protritã in ſacris literis nuncupationem, quod domino conſecratum eſt, & ab his quæ ſunt prophana, ſeparatũ, ut ueſtes ſanctæ, loca ſancta, calices ſancti. In qua quidẽ ratione & ſacerdotes ſancti dicuntur in Leuitico, quoniam dicati ſunt diuino miniſterio, & à laicorum cœtu ac plebe diſſeparati. Quod cum ita ſe habeat, par ẽ eos etiam à frequenti & quotidiano laicorum contubernio penitus eſſe alienos, ne ex aſſidua cum illis cõuerſatione, imbuantur ipſorum moribus omnino ſecularibus, & ſpiritualia odio habeant exercitia: unde & eccleſiaſticus ordo contemptui habeatur à cęteris: uertaturq; in ſibilum, irriſiõem & ludibrium. Scriptũ
Pſal. 105. utrinq; eſt in Pſalmo de filijs Iſrael: Cõmixti ſunt int̃ gẽtes, & didicerunt opera eorum. At non pro ſolis illis ſcriptum eſt, ſed & pro nobis, ut exemplo illorum cognoſcamus, ꝙ ſicut ipſis Chananæis contra dñi mandatum commixti, conſortio eorum pertracti ſunt ad ſpurcitias cultus idolorum: ita uiri eccleſiaſtici, ſi crebram habuerint cum laicis in conuictu familiaritatẽ, facile ex huiuſmodi conſuetudine contrahẽt illorum mores ab honeſtate dedicatorum templi miniſterio

uirorum longe abhorrentes, animumq; induent ſecu larem, moribus illis rñdentem. Secundum primã etiã ſignificationem, ſanctos eſſe ſummopere decet ipſos ſacerdotes & paſtores dominicos, quandoquidem ne ceſſe eſt ipſos eſſe incõtaminatos ab omi carnali ſpur citia & mundos, quemadmodũ in Leuitico de ſacer- dotibus loquens dominus, ait: Sancti erunt deo ſuo, & non polluent nomen eius. Incenſum enim domini & panes dei ſui offerunt: & ideo ſancti erũt. Rurſum eodem loco legitur dominus ad Aarõ dixiſſe: Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, nõ offeret panes deo ſuo, nec accedet ad miniſteriũ eius. Si corporis itaque macula quę citra culpam obuenit, prohibuit Leuitas altaris officio, quanto magis animi labes & carnalis immunditia, nunc uetare debet quẽ- piam ſe ingerere ad tam ſublime miniſterium? Iterũ ſequenti eiuſdem libri capite perhibetur dominus fi lijs Leui dixiſſe: Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe ueſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerũt fi- lij Iſrael domino, in quo eſt immunditia, peribit corã dño. Ecce corporis immũditia ꝓhibet acceſſum ad ea q̃ oblata ſunt ab hominibus ipſi deo. Nonne igit̃ poti ore iure, inquatio carnis debet unũquenq; prohibere ab immolatione ſupcæleſtis hoſtiæ? Inſuper agnũ pa- ſchalẽ mãducaturi Hebræi, iuſſi ſunt renes habere ac cinctos, & panibus azymis ueſci. Sed cui⁹ rei id typus eſt & figura, niſi caſtimoniæ ab eis ſeruãdæ, q uerum agnũ paſchalẽ ſunt immolaturi, ut in puritate cordis & corporis eundẽ ſumãt, & in azymis ſynceritatis & ueritatis? Lũbos enim ꝑcingimus, inqt Gregorius, cũ carnis luxuriam p cõtinentiam coarctamus. Sed age nunc etiam ſummorum pontificum autoritate mon

Leuiti.

Leuiti.

ſtremus, q̃ graue ſit in ſacerdotibus carnalis immunditiæ crimen, & q̃ ſeuera caſtigatione plectẽdum. At teſtatur illud plane Innocẽtius II. uiceſimaoctaua diſtinctione, capitulo decernimus, his uerbis: Decernimus ut iȷ q in ordine ſubdiaconatus aut ſupra, uxores duxerint aut concubinas habuerint, officio atq; eccleſiaſtico beneficio careãt. Cum enim ipſi templum & uaſa domini, ſacrariumq; ſpiritusſancti debeãt eſſe & dici, indignum eſt, eos cubilibus & immunditȷs deſeruire. Comprobat idem & Alexander tertius, in titulo de cohabitatione clericorum ac mulierum, capitulo Clericos, ita ſcribens Salernitano archiepiſcopo: Clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, q publice tenent concubinas, p ſuſpenſionis & interdicti ſententiã debes arctius cogere, ut mulieres ipſas à ſe ita remoueant, q; de illis ſiniſtra ſuſpicio non poſſit haberi. Et ſi qui eorum ad ipſas redire, uel alias accipere forte præſumpſerint: in aliquos eorum debes perpetuam excõmunicationis ſententiam proferre, ut aliȷ eorum exẽplo perterriti, à ſimilibus arceantur. Audiẽdus itidem eſt & Hieronymus, fornicationem & concubinatum ſacerdotum hiſce uerbis inſectans: Acerbiora gehennę tormenta, ſacerdotibus & clericis fornicantibus reſeruantur. Væ tibi ſacerdos, qui eodem ore oſcularis filiam ueneris, quo pauloante ſumpſiſti filium uirginis. O impie Iuda, oſculo filium hominis tradis. Itaq;
Eſdr. 10. ſicut Eſdras mulieres alienigenas ſeparauit à populo Iſraelitico, cui contra domini præceptum erant connubio iunctæ: haud minore ſedulitate ſacerdotes iſti, ueneris & cupidinis miniſtri, à tẽplo domini ſunt arcẽdi, ne amplius illorum colluuie, ſentina & ſpurcitia cõtaminet. Demũ, poſtremo loco nunc reliquũ eſt paucis aperire, quo pacto ſacerdotes & paſtores eccleſiaſtici,

populus ſunt acquiſitionis. Quod quidem ſecundum actiuam rationem in præſentia eſt accipiendũ, ut populus acquiſitionis dicantur, quoniam acquirant deo animas & lucrẽtur: aut per ſedulum orationis ſtudiũ, quod ſacerdotum eſt proprium: aut per diligentem uigilemq́ curam in ſalutem ouium commiſſarũ, q̃d paſtorum eccleſiaſticorum eſt munus. Qui ſi deprehenderint aliquam ſuarum ouium eſſe deperditam, anxio debẽt animo illam quærere, donec inuenerint: & inuentam more boni paſtoris euangelici humeris benignitatis ſuſtollere, atq; in caulã eccleſiæ ſtudioſe reducere: cõuocare demum amicos & uicinos ad congratulationem, ob inuentam ouem quę perierat. Hi plane paſtores, populus ſunt acquiſitionis animarum & ouium, pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Verum interrogare hic libet, quomodo populus acquiſitiõis ſunt paſtores illi, qui nullam ſalutis commiſſi gregis curam habẽtes, q̃ maximo poſſunt annuo cenſu & in licitatiõis morem, ſuam parochialem eccleſiam aliis locant, plerũq; indiſciplinatis, improbis, & corruptiſſimæ uitæ uicariis. Qui ut cõſtitutum precium quotannis ſuo exoluant paſtori atq; curato, adiguntur ad graues exactiones in ſuis eccleſiis populo imponendas, pro ſacramentorũ adminiſtratione aut exequiarum celebratione, & ad cutem uſq; miſeras oues attondent. Certe ſi qui tales ſunt, populus ſunt acquiſitionis, non animarum, ad augẽdum Chriſti ouile, ſed pecuniæ, ad referciendam crumenam. Nihil quippe paſtores illi aliud petere uidentur, niſi emulgere lac ſuarũ ouium, & totam lanam ſibi arripere. Sane terribiliter inclamat dominus per Iezechielem cõtra huiuſmodi paſtores, q̃n potius mercenarios, dicẽs: Væ paſtorib' Iſrael, q paſcebãt ſemetipſos: lac comedebatis,

Matt.18 Luce.15

Jeze.34

& lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis: gregem aũt meũ non paſcebatis. Contra eoſdẽ
e.13. quoq; dominus per Ieremiã intonat: Væ, inq̃t, paſtoribus qui diſpergunt & dilacerãt gregẽ paſcuæ meæ, dicit dominus. Sed nõne perſimiles ſunt hi duobus fi-
eg.2. lijs Heli, Ophni & Phinees? de quibus dicit ſcriptura, q̃ erant filij Belial, neſciẽtes dominum neq; officiũ ſacerdotum. Extorquebant enim uiolentia à ſacrificantibus unam partem hoſtiæ immmolandæ, & contra ius ac fas ſibi rapina uendicabant. Propter quod uno
eg.4. die ambo gladio allophylorũ in bello cæſi ſunt. Neq; ijdem diſſimiles ſunt ſcribis & Phariſæis, qui diuerſas
tt.15. excogitarunt traditiones legi diuinę contrarias ad pe
3. cuniæ aucupiũ & quæſtũ, qui deuorabant domos uiduarum per ſimulatam prolixæ orationis ſtudio ſan-
an.8. ctitatem. Propter quod & alia ſcelera, in peccatis ſuis (ut prædixerat dominus) mortui ſunt. Quod nimirũ & his timendum eſt paſtoribus, qui quæ ſua ſunt quę-
l.3. runt, non quæ Ieſu Chriſti: qui cum deo militare de-
m.2. berent, implicant ſe negocijs ſecularibus. Porro, uetuſtum Apollinis Pythij fuiſſe quondã oraculũ, in officijs tradit Cicero, Spartam tandẽ auaritia perituram. Ego uero Delphicis tripodibus & cortinis longe uerius eſſe timeo uaticiniũ, eccleſiam dei auaritia demũ collapſurã in præceps. Autor item eſt Hieronymus, ſynagogã Iudæorũ ob inexplebilẽ ſacerdotũ cupiditatem potiſſimũ corruiſſe. Conſimili ratione id ſummopere formidandũ, ne & ipſa eccleſia dei (quæ propemodũ ruinã minat) propter inſatiabilẽ ſacerdotũ & paſtorũ philargyriã, auiditatẽq; pecuniæ, p̃rſus eat peſſum, & labat in imũ. At noſipſi grauiſſime cœtus, ſtudeamus oẽs enixe ſic eſſe gens ſancta per ſeparationem à conſortio laicorũ & continentię puritatẽ; & po

pulus acquiſitionis animarũ, per feruentẽ ſalutis eam zelum: ut tandem à domino recipi mereamur in æterna cæleſtis Ieruſalem habitacula, & ibi cũ Chriſto uero & bono paſtore, perpetuo gaudere. Quod nobis annuat deus omnipotens & bñdictus in ſecula. Amẽ.

¶ In ſynodo epiſcopali Tornacenſi, ſermo ſecundus.

COGnoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Ex euangelij Iohannis decimo cap. deſumpta ſunt hęc uerba, et ĩ primariã huius oratiõis baſim adducta. Aeternus ipſe ſponſus celeberrimi patres, in dulciſſimo Cantici canticorum epithalamio, dilectam ſuam ſponſam ſanctã eccleſiam, his compellat uerbis: Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. In q̃bus eam horto comparat amœniſſimo, uarijs florum arborũq; fructiferárum generibus referto, & uiretis dulceq; olentibus herbis adornato, quòd in ea mirus eſt graduum eccleſiaſticorum decor, ſacramentorum ſeptiformis uarietas, ac omimodus uirtutum ſuauem ſpirantium odorem ornatus: deniq; tam ualidum diuini præſidij munimentum, ut portæ inferi pręualere non poſſint aduerſus eam. Hunc autem hortũ muro angelicæ cuſtodiæ concluſum, & ſignaculo ſupernæ deitatis ſignatũ tanq̃ annulo & ſigillo ſupremi regis, Chriſtus commiſit paſtoribus eccleſiaſticis aſſeruandum, qui diligenter inuigilent, ne ſepta eius demoliant̃ aduerſarij, & deſtruant ſepem ipſius, ne irrumpant in illum diruto muro hoſtes inferni, omnemq; illius auferant decorem, flores cõuellant & lætos frutices: inſerantq; noxias herbas terræ ipſius, & uirulenta plantaria, horridãq; aſpectu reddãt ac informem eius faciẽ.

Cant.

Matt.

Quocirca ſacrorum pontificum (quibus horti huius eccleſiaſtici commiſſa eſt cura, ut hortulanis ſecundarijs ſub Chriſto principe hortulano conſtitutis) munus eſt ac officiū, frequenter (ut materialium hortorū cuſtodes facere aſſolent) hortum hūc myſticum inuiſere, totū'q; obambulare, & attētiſſime circunſpicere: ſi ſolida ſit ac firma ei⁹ maceria, ſi placidi flores, & natiua ſpecie uernantes, ſi humecti frutices, cæleſti'q; pluuia largiter irrigati, ſuū afferant fructum: ſi deniq; nō irrepſerint in ipſum uulpeculæ, aut id gen⁹ infeſtæ beſtiæ, quæ deuaſtent huius horti pulchritudinem, conſitas arbores erodant, roſaria depaſcantur & uiolas. Quæ omnia ſecū animo reputās reuerendus in Chriſto pater & dn̄s, inſignis eccleſiæ Tornacenſis epiſcopus apprime dignus, memor'q; ſuſcepti diuina miſeratione pontificalis officij, creditū ſuæ fidei hunc hortum eccleſiaſticū, in hac ſolenni ſuæ diœceſeos ſynodo, conuocatione'q; celebri, ingenti ſolicitudine uiſitare uenit, ac diligentiſſimæ ſedulitatis oculis circunluſtrare, quanam ſit habitudine ac uultu: ut ſi quid in eo comperiat marcidū, ſqualens aut labefactatū, uigilanti curá inſtauret: ſi quid confractū, conculcatū pedibus, aut terra euulſum, ſedula reparetur opera: ſi qd deniq; languidum, effoſſum aut dirutū occurrat, accuratiore induſtria reſarciatur. Ad quod commodius efficiundū, mihi ſuo clientulo ſemper addictitio hanc cōmēdauit prouinciam, ut poſt luculentā & ſalutarē admonitionem corā hac ornatiſſima uirorū corona ab ipſo ſplendide ꝓpoſitam, q̄ dicenda in eam rem ſupereſſent, continua oratione proſequerer. Ipſe uero, etſi non ignorem complures hic adeſſe, qui feliciore ingenio & huberiore dicendi copia, q̄ pręſtare queā, hoc munus obirent: tn̄ ne uel tranſuerſum (ut aiunt)

unguem ab eius iuſſis diſcedã, cui quoad uixero, ſemper debebo plurimum: ſubmiſi imbecilles humeros huic graui ſarcinæ, in eo ſpem meam omnino collocans, q teſte Sapientia, aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas. Cuius ut præſentaneũ ſentiamus fauorem, ad ſacroſanctam uirginẽ Mariam dei matrẽ glorioſam, nr̃a uota preceſq; in primis cõuertamus, offerentes ei angelicũ hoc alloquiũ: Aue Ma. Sapiẽ

¶Cognoſco oues meas, & cognoſcũt me meæ. Ex loco pauloante citato. Quæ ſane ipſi⁹ ſummi primiq; paſtoris de ſeipſo ſunt uerba, cõditiones ac mores boni ueriq; paſtoris exprimentia. Quoniã aũt teſte philoſopho, in omni multitudine ad unũ primũ eſt deuenire, quod ſit metrum ac menſura cæterorũ eiũſdem generis, in copioſo quoque paſtorum numero datur unũ ſupremũ, & in excelſo conſtitutũ culmine, utpote dominus noſter Ieſus Chriſtus, paſtorum omniũ ſingularis idea, ac abſolutum exemplar. Qui multos ante ſe miſit paſtores, tanquam typum & figuram eius referentes. Varios quoq; poſt ſuum in carnem aduentum habuit paſtorio munere inſignes uiros, ei⁹ ueſtigia propemodum cõſectatos. Nempe iuſtus Abel paſtor ouium, ab inuido fratre trucidatus, agnũ qui occiſus eſt, ab origine mundi, haud abumbrate expreſſit. Ioſeph item ſanct⁹ patriarcha, paterni gregis cuſtos, à fratribus diro liuore exagitatis diuenditus, Chriſtũ paſtorem magnum à diſcipulo Iudæis proditũ, ſignificauit. Quid Moyſen referam, ſoceri ſui Ietro greges paſcentem? Nonne liberatione populi Iſrael de Aegypto & legiſlatione, Chriſtũ paſtorem uerum effigiauit, ſaluatorem mundi, legiſq; euãgelicæ latorem? Sed & Dauid à leone & urſo patris oues erues, Chriſti paſtoris primi retulit imaginẽ, à faucibus leonis inferni Iohã. Gene. Gene. Exodi 1. Reg

& unguibus urſi ſæuientis, humanum genus eripientis. Nonne & in carne apparens paſtor noſter, angelico miniſterio paſtoribus ſuam annunciauit natiuitatem? quos protinus effecit ſui in mundũ exortus præcones ac teſtes. Cum'q; ſanctã ſuam eccleſiam ſuis ſtabiliret gradibus ac numeris, cõſtituit in ea quoſdã (ut Ephe.4 ait Apoſtolus) paſtores, q hui' primi paſtoris uiuã repręſentarent ſpeciem. Et hi in naſcentis eccleſiæ exordio fuerũt apoſtoli, uiri'q; apoſtolici, ueſtigijs Chriſti penitus inſiſtentes, & ponentes animas ſuas pro ouibus ſuis. Quibus ſucceſſerũt ſanctitate non diſpares, uirtute'q; & ſignis illuſtres uiri & eximij, qui miro doctrinæ ſacræ probitatis'q; ſplendore gregem dominicum in uiã ſalutis direxerunt. Et ita continuata ſerie ad hæc tempora noſtra, deductus eſt ſacer paſtorum eccleſiaſticorum ordo, & ad finem uſq; mundi (ſicut & eccleſiæ ſanctæ ſtatus) protrahetur ac extendetur. Cæterum ut uero paſtorum nomine inſigniantur, & rem ipſam, non nudum nomen paſtorum habeant, q præſunt gregi Chriſtiano notas & ſigna primi paſtoris in ſe oſtentent, eius mores referant, conditiones'q; ipſius prætendant, oportet: quandoquidem nomenclatura paſtorũ prorſus ſunt indigni, qui nullã cũ ipſo uero paſtore Chriſto gerunt morum ſimilitudinem aut conformitatem. Cum igitur ad ipſum ut ſcopum debeat omnis paſtorũ dirigi conſideratio & obtutus, quo illius ſimiles euadant ac ęmuli: ante oĩa opus fuerit, eas boni paſtoris conditiones (quæ in Chriſto mirifice ac eminentiſſime relucẽt) dignoſcere, & ad illas ſibi ſtudioſe uendicandas, cæteros paſtores in præſentia adhortari. Prætermiſſis autem reliquis, duas duntaxat hmõi proprietates propoſitioni liminari annotatas, in pſenti ſermone pertractabimus, quẽ ſecũdum

hocipſum in duas diducemus particulas. In prima, quomodo paſtor dominic⁹ ſuas oues cognoſcere debeat, oſtendemus: ſecundum primum aſſignati thematis articulũ, cognoſco oues meas. In ſecũda uero, quonã pacto debeãt oues Chriſtianæ ſuum ediuerſo cognoſcere paſtorem, diſcutiemus: ſecundũ poſteriorem datę propoſitionis principalis partem, & cognoſcunt me meæ. ¶ Quantũ ad priorem iam factæ partitionis portionem attinet, tres potiſſimũ aſſignantur modi, quibus paſtor dominicus ſuas debeat oues cognoſcere. Horum primus eſt, quantũ ad mores ipſorũ & uitæ qualitatem, quam in ſingulis indagare & exploratam habere debet paſtor, ſecundũ illud Sapientis in Prouerbijs dictum: Diligenter agnoſce uultum pecoris tui, tuoſq; greges conſidera. Nõ quidẽ uultũ corporis exteriorẽ, q primo occurſu facile cõſpicuus eſt: ſed interiorem animi faciem in qualitate morum, propenſiore affectu & genere uitæ conſiſtentem. Secundum cuius diuerſitatẽ uarij quoq; applicandi ſunt ab ipſo paſtore directionis modi et exhortatiõis, perinde atq; diuerſis morborũ generibus: adhibenda ſunt à medicis corporũ uaria remedia, ut præclare demonſtrat B. Gregorius, in ſuo paſtorali dicẽs: Non una & eadem cunctis exhortatio congruit, quia non omnes eadem morũ qualitas conſtringit. Sæpe nãq; alijs officiunt, quæ alijs proſunt: q̃a & plerũq; herbæ quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt. Lenis ſibilus equos mitigat, catulos inſtigat. Et medicamẽtum quod hũc morbũ imminuit, alteri uires iungit. Et panis qui uitã fortium roborat, paruulorum necat. Pro qualitate ergo audientiũ formandus eſt ſermo doctoris, ut & ſua ſingulis congruant, & tamen à cõmuni ædificationis arte non recedant. Hæc Gregorius. Qui deinde ſex Prou. 27

& triginta admonitionis modos, pro qualitate ac con
ditione perſonarũ quibus exhibendi ſunt, inter ſe di-
uerſos particulatim explicat. E quibus hunc ſolũ nũc
Gala.6. proponemus, ꝙ ſi rector eccleſiaſticus aliquos placi-
Matt.12. do & miti ingenio nactus fuerit, à iuſtitiæ rectitudine
digreſſos: hos in ſpiritu lenitatis & facilitate animi ſtu
deat admonere, atq; ad rectam uiam reducere, exem
plo boni paſtoris, qui inuentã ouem centeſimã quæ
perierat, non mutilauit nec affecit uerberibus, ſed hu
meris benigniter ſuſtulit, atq; ad ſuum ouile reporta
uit. Et paterfamilias filio ſuo iuniori ad ſe reuerſo, nõ
Luce.15. exprobrauit prioris uitæ flagitia & luxũ, ſed oſcula et
amplexus cũ ſumma beneuolentia eidem impartiuit,
priſtinumq; ornatũ reſtituit. Si quos uero proteruos
& rebelles offenderit in ſuo grege, & aberraſſe cogno
uerit à uia ueritatis: hos aſperius & acerbius increpet,
aut ſuperiorum poteſtate perpellat ad mentis ſanitatẽ,
1. Tim.5. ſecundũ illud uerbum Apoſtoli ad Timotheum: Pec
cantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorẽ ha
beãt. Et illud eiuſdem dictum: Prædica uerbum, inſta
importune, opportune: argue, obſecra, increpa, in o-
1. Cor.5. mni patientia & doctrina. Sic Corinthium inceſtuo-
ſum Paulus tradidit ſathanæ in interitum carnis, pro-
pter enormitatem criminis, ut ſpiritus eius ſaluus fie-
ret in domino. Sic etiam Hymenæũ & Alexandrũ cir
ca fidem naufragãtes, idẽ permiſit ſathanę poteſtati,
ut diſcerent nõ blaſphemare. Quod ſi incurij & negli-
gentes fuerint paſtores eccleſiaſtici ad cognoſcendas
oues ſuas, an morbidę ſint aut peccatis ſauciæ: de illis
certe rationẽ reddent in die iudicij, quẽadmodũ Apo
Hebre.13. ſtolus de ꝑpoſitis & rectorib9 loquẽs, ait: Ipſi enĩ puigilant, ꝗſi rationem de aĩabus ueſtris reddituri. Et de
unoquoq; ſubiectorum ipſi paſtori cõmiſſo, dr̃ à dño ad

rectorem illud uerbũ, quod tertio lib. Regũ ſcribitur: Cuſtodi uirũ iſtum, q̃ ſi lapſus fuerit, erit anima tua ꝓ anima eius. Nõne igit̃ pro omniũ ſuorũ ſubditorũ animabus erit anima paſtoris? & longe quidem amplius criminis rea agetur, ſi illius negligẽtia perierint, q̃ nõ cognouerit ſolicite oues ſuas, nec ſtudioſe id emendauerit in eis, quod correctione indigebat? Secũdo ſuas oues cognoſcere debet paſtor, quantũ ad fidem ipſorum & doctrinam catholicam, & diſcutere ſedulo, an ſyncera, pura & integra ſit ipſorũ fides, nihil habẽs ſuperſtitionis, uanitatis aut impietatis permixtum: uel utrũ apud aliquos ipſorũ inueniatur zizanium errorũ prauorũq; dogmatũ, ſuperſeminatũ noctu ab inimico homine ipſi agro dñico. Quod ubi deprehẽderit, protinus ſtudeat euellere & extirpare infelix lolium, ne latius proſerpat & adaugeat̃ in perniciẽ animarũ: deinde uerũ fidei ſemen, illius noxiæ herbæ iam conuulſæ loco, elaboret anxius inſerere. Cautiores itidẽ reddat ſuos frequẽti admonitione, ne leuiter & facile admittant noua dogmata, q̃ paſſim pullulant & oboriunt̃ hoc nr̃o æuo in graue ſcandalũ & periculũ toti us eccleſiæ, ut hac nr̃a ætate completũ uideatur illud uerbũ Apoſtoli ad Timotheũ: Erit, inq̃t, tempus cum ſanã doctrinã non ſuſtinebũt, ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus: & à ueritate quidẽ auditũ auertent, ad fabulas aũt cõuertent̃. Illud etiam eiuſdem dictũ noſtra tẽpeſtate cenſet̃ adimpletũ: Spũs quidem manifeſte dicit, quia in nouiſſimis tẽporibus diſcedent quidam à fide, attẽdentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorũ, in hypocriſi loquẽtiũ mendaciũ, & cauteriatam habentium ſuam cõſcientiã. Nõne doctrina dæmoniorũ exiſtimari debet (oro) impietas Lutherana, ſuperiorib⁹ annis ob-

3. Re. 20
Matt. 13
2. Tim. 4

orta,& uniuerſum concutiens orbē Chriſtianū? Quæ totum ordinem eccleſiaſticū confundit,inficiās ſummi pontificis in cæteros ſpiritualem principatū & primatum,eſſe à deo,à quo tamē(ut ait Paulus)omis eſt poteſtas,eundem'q; minimo cuiq; ſacerdoti poteſtate coæquans. De ſeptenario itidē ſacramentorum myſterio,de pœnitentia & partibus eius,de pręceptis dei & purgatoria poſt mortem afflictiōe,perperā ſentire & longe aliter q̃ receptiſſimi ex lōga antiquitate patres ſancti,deprehendit. Præterea probatiſſimorū autorū ſcripta,ſacrorùm'q; cōciliorum autoritatem omnem aſpernatur:ut ſolus ſibi ſapere uideatur, atq; utinā ad ſobrietatē. Quod'q; his grauius ferendū eſt,ſacrilegis Bohemorum erroribus iampridem dānatis propenſius fauet, periculoſę'q; diſceſſioni ab unitate eccleſiæ magnam aperit feneſtram,anſam'q; miniſtrat. Quæ,niſi diuina occurrat bonitas,& prouida patrū prudentia, haud dubie futura timet. Itaq; de huiuſce pnicioſi dogmatis inſania recte dixerim quod apud Marcū euangeliſtam ſcribitur: Quęnam doctrina hæc noua? an diuinitus inſpirata, uel potius à ſpiritu mendacij cordibus humanis inſtillata,ad perditionem multorū? Digna profecto(ut ſemel quod ſentio proferam) q̃ pontificia autoritate funditus ſuccidatur & eradicetur,ne ſuum uenenum in plures effundat,ac lati⁹ diſpergat. Alioqui locū in ea habebit,q̃d Hieronymus de Arriana ſcribit impietate,utpote q; paruam hæreſeos ſcintillam excitauit Arrius in Alexandria, quæ quoniam mature nō eſt extincta,mox creuit in flammā ingentem,quę totum depopulata eſt orbē. Ad quod incommodū citius inferendum eccleſiæ, plurimum facit incautus illorū labor & ſudor,q plus æquo Luthero dogmatiſtæ addicti,uolumina eius traduxerunt (uti ac-

cepi)ex latino ſermone in Gallicum & Teutonicum, quo laicis & idiotis, nullam habẽtibus recti iudicij diſcretionem ad ſecernẽdum album ab atro, aut lucem à tenebris, etiam materiam obijciant ſeipſos perdẽdi, & coram cæcis ponant offendiculum. At quoniã ſoli perire nolunt, eo quod in libris illis ſub melle latet ueneum, ſed multos quęrunt perditionis eiuſdem conſortes & ſocios: digni profecto habẽtur hi traductores, ut & graui afficiantur ſupplicio ob ſuam temeritatem, & has ſuas elucubrationes, elaboratasq; trãſlationes Vulcano committi uideant, atq; in fauillã redigi, ne illarum lectione cæteri inficiantur. Frigidus (ô pueri, fugite hinc) latet anguis in herba. Tertio deniq; loco ſuas oues paſtores eccleſiaſtici cognoſcere debent, quantum ad moderatam emolumentorũ tẽporalium ab ipſis perceptionem, ſine exactione, extortione & uiolentia. Fateor equidem & id neminem latet, tã iure diuino & naturali, q̃ humano & poſitiuo, ipſis paſtoribus miniſtrantibus ſpũalia officia, deberi à ſubditis neceſſaria ſubſidia ad uitæ ſuſtentationẽ & uictum, quemadmodum Aegyptijs ſacerdotibus ex horreis publicis miniſtrabãtur alimenta à rege, cùm Ioſeph toti dominaret Aegypto: & diuina ſanctione Leuitis tabernaculo inſeruientibus aſſignabantur decimæ & primitiæ in portionem eorum peculiarẽ. Sacerdotes itidẽ antiquæ legis de oblatis ſacrificijs unã accipiebãt partem, quę dei iuſſione ceſſit eis in uſum. Quod & Paulus ad Corinthios ſcribens, multifariam oſtendit etiã pmiſſum eſſe atq; indultũ nouę legis cultoribus. Quis militat, inquit, ſuis ſtipendijs unq̃? Quis plãtat uineã, & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis nõ mãducat? An & hoc lex nõ dicit? Non alligabis os boui trituranti. Nũquid de bo-

Virg.

Gene

1. Cor

bus cura eſt deo? An propter nos utiq; hoc non dicit?
Propter nos utiq; hæc ſcripta ſunt, qm̃ debet in ſpe, q
arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiēdi. Si
nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnũ eſt ſi nos
carnalia ueſtra metamus? Eodem quoq; loco conte-
ſtatur idem, ꝙ qui altario deſeruiunt, de altario parti
cipant: ꝙq; dominus ordinauit his qui euãgelium an-
Malac.3. nunciant, de euangelio uiuere. Quinimo & per Mala
chiam prophetam aſſeuerat dominus, ſterilitatẽ ple-
rũq; immitti terris & uineis, ꝙ non perſoluantur (ut
debent) decimæ ſacerdotibus. Si affigit, inquit, homo
deum, quia uos configitis me? Et dixiſtis: In quo con-
figimus te? In decim; & in primitijs. Et in penuria ma
ledicti eſtis, & me configitis gens tota. Inferte omnẽ
decimam in horreum meũ, ut ſit cibus in domo mea,
& probate me ſup hoc, dicit dñs. Si nõ aperuero uo-
bis cataractas cæli, & effudero uobis benedictionem
uſq; ad abundantiam. Et increpabo pro uobis deuo-
rantem, & non comedet fructũ terræ ueſtræ, nec erit
ſterilis uinea in agro, dicit dominus exercituũ. Verun
tamen hac tẽporalia accipiēdi facultate (proh dolor)
pleriq; paſtores eccleſiaſtici nonnunquã abutuntur,
neglectaq; prorſus ouiũ cura ſpirituali, quæ ſua ſunt
Philip.3. quærunt, non quæ Ieſu Chriſti: extorquentes interdũ
ui & exigentes, quod iure non debetur. Contra quos
Ezec.34. per Iezechielem prophetam ita clamat dñs: Vę paſto
ribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges
à paſtoribus paſcuntur? lac comedebatis, & lanis ope
riebamini, & quod craſſum erat, occidebatis: gregem
autem meum non paſcebatis. quod infirmũ fuit, non
cõſolidaſtis: & quod ægrotũ, nõ ſanaſtis: q̃d confractũ
eſt, nõ alligaſtis: & q̃d abiectũ eſt, nõ reduxiſtis: & q̃d
perierat, nõ q̃ſiſtis. ſed cũ auſteritate imperabatis eis,

& cũ potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo φ nõ eſt paſtor: & factę ſunt in deuorationẽ oĩm beſtiarꝫ agri. Propterea paſtores audite uerbum dñi: Ecce egoipſe ſuper paſtores, & requirã gregem meũ de manu eorum: & ceſſare faciam, ut ultra non paſcãt gregẽ meũ, nec amplius paſcãt paſtores ſemetipſos. Per Ieremiã etiam idem conquerit dñs his uerbis: Væ paſtoribus Iſrael, qui diſpergunt & dilacerãt gregẽ paſcuæ meę, dicit dominus. Ideo hæc dicit dominus deus ad paſtores, qui paſcunt populũ meum: Vos diſperſiſtis gregẽ meum, & eiciſtis eos, & nõ uiſitaſtis eos. Ecce ego uiſitabo ſuper uos malitiam ſtudiorum ueſtrorum. Ad quod effugiendum iudiciũ, quiſquis paſtorum ita curando gregi ſuo ſit intẽtus, ut uere dicere id uerbum poſſit, quod in principio propoſitum eſt: Cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Iere.1 Ioh.x.

¶ Secũda præſentis orationis pars (ut inſtituimus) eſt oñſura, quonam modo debent etiam oues ſuũ cognoſcere paſtorem: quoniam nequaq̃ habetur integra officiorum inter paſtorem & oues exhibitio, niſi uicaria, mutua & reciproca ſit ouiũ quoq; ad ſuum paſtorem habitudo. Itaque tribus itidem modis debent oues uiciſſitudine quadam, & facta uiciſſim compenſatione officij, ſuũ cognoſcere paſtorem. Primo, in honoris & reuerẽtiæ exhibitione, exterioribus ſignis uenerationem præferentibus faciẽda. Ad quod ſane diuino aſtringuntur præcepto, dicẽte: Honora patrem tuum & matrem tuam, ut ſis longęuus ſuper terram. Quod non modo de patre & matre ſecundum carnẽ accipiendum eſt, ſed multo etiam magis de parentibus ſecũdum ſpiritum. In qua quidem ſpirituali propagatione, ſancta eccleſia mater eſt noſtra, quo'd nos regenerauit Chriſto ex aqua & ſpirituſancto. Paſtor Exod.

autem eccleſiaſticus, noſter eſt pater myſticus, ꝙ illi
Hebr.12. animæ noſtrę cura eſt credita. Quod & Apoſtolus ad
Hebræos ſcribens comprobat, dicens: Deinde patres
quidem carnis noſtrę eruditores habuimus, & reuere
bamur eos. Non multo magis obtemperabimus pa-
tri ſpirituum, & uiuemus? Et illi quidem in tempore
paucorum dierum, ſecundum uoluntatem ſuam eru-
diebant nos. Hic autem ad id quod utile eſt, in recipi-
endo ſanctificationem eius. Confirmat idem Hiero-
nymus, ita ſcribens ad Nepotianum: Eſto ſubiectus
pontifici tuo, & quaſi parentem animæ ama. Quod
autem de pontifice dicit, de quolibet etiam alio pa-
ſtore eccleſiaſtico eſt intelligendum. Quod ex beati
Gregorij uerbis clarius innoteſcit, ita ſcribentis Her-
manno Metenſi epiſcopo: Quis dubitet ſacerdotes
Chriſti, regum & principum, omniumꝗ fidelium pa-
tres & matres cēſeri? Nōne inſanię miſerabilis eſſe co
gnoſcitur, ſi filius patrem, & diſcipulus magiſtrum ſi-
bi conetur ſubiugare? & iniquis obligatiōibus illum
ſuæ poteſtati ſubijcere, à quo credit, nō ſolum in ter-
ra, ſed & in cęlis ſe ligari poſſe & ſolui? Accedat his te
ſtibus Auguſtinus, exponens illud uerbum Apoſtoli
1.Tim.5. in prima ad Timotheum epiſtola: Qui bene præſunt
presbyteri, duplici honore digni habentur. Presbyte-
ri, inquit, q̄ benè p̄ſunt uita & doctrina, digni haben-
tur à ſubditis duplici honore, ſcilicet ut ſpiritualiter
eis obediant, & temporalia bona miniſtrēt. Boni em̄
diſpenſatores & fideles, non ſolū honore ſublimi prę
Eccl.7. miandi ſunt, ſed & terreno. Cui conſonat & Eccleſia-
ſticus, his uerbis: In tota anima tua time deum, & ſa-
cerdotes illius ſanctifica. In omi uirtute tua dilige eū
q fecit te, & miniſtros ei⁹ ne derelinquas. Honora do
minū ex tota aīa tua, & honorifica ſacerdotes. Da illis

partē ſicut pceptum ē tibi, primitiarꝝ & oblatiōis, atq; purgationis. Quocirca grauiſſimū eſt illorꝝ corā dño crimen, q paſtorꝝ ſuorꝝ uitā (q̄uis improba ſit) theonino dēte circūrodunt, genuino ore dilacerant & inſectantur, obtrectatorio ſtudio carpūt, cum ſcriptū ſit: Qui maledixerit pr̄i ſuo uel matri, morte moriatur. Exodi.
Nec minus graue eſt illorꝝ ſcelus, q ſuſurrones ſunt in populo & obmurmurant in ſuos paſtores: ſi qd forte agant contra ipſorꝝ placita & ſententiā, nō attendentes murmur illud eē cōtra dñm, cui' ſunt uicarij ac miniſtri. Quēadmodū Moyſes filijs Iſrael, conſuetudinario uitio contra ſe murmurantibus, cōteſtatus eſt: Audiui, inquit, murmur ueſtrum contra dñm. Nos uero quid ſumus, quia muſſitaſtis cōtra nos? Et rurſum: Audiui murmurationes ueſtras, quibus murmurati eſtis contra dñm. Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur ueſtrū, ſed contra dñm. Neq; id ab re quidem. Contumelia nanq; miniſtris illata aut ignominia, in illorum dominum redundat ac retorquetur. Exodi. Ibidem.
Secundo uero loco, debent oues ſuum cognoſcere paſtorem in prompta obediētiæ exhibitione: qua rectè præcipientibus & quæ diuino mandato non ſunt aduerſa, protinus obtemperent ſine cunctatione & contradictione. Quoniam impēſum illis obſequium, deo impenditur: & illis inobediēs, deo etiam recalcitrat: quemadmodum dominus apud Lucam diſcipulis ſuis perhibet, dicens: Qui uos audit, me audit: & qui uos ſpernit, me ſpernit. Quod & Apoſtolus ad Hebræos ſcribens, præcipit his uerbis: Obedite præpoſitis ueſtris & ſubiacete eis. Et in Deuteronomio legitur dominus dixiſſe Moyſi: Si autem ſuperbierit homo nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino deo tuo, morietur homo ille, & au- Luce. Hebr. Deut.

feres malũ de Iſrael. cũctusq́ populus audiẽs timebit,
Deut.21. ut null' deinceps intumeſcat ſupbia. Et in alio eiuſdẽ
libri loco, fili' cõtumax & ꝓteruus, q nõ audierit prĩs
& matris imperiũ, & coercit' obedire cõtẽpſerit: iubet
à dño deduci ad ſeniores & magiſtrat' ciuitatis, & accu
ſari i iudicio à parẽtibus, demũ morte cõdẽnari & lapi
dibus obrui à populo: ut auferat malũ de medio eius,
uniuerſusq́ Iſrael audiẽs ptimeſcat. Atqui unuſquiſq;
ſubditorum, filius eſt ſpiritualis ipſius paſtoris eccle-
ſiaſtici, ut iam dictum eſt. Qui igitur rebellis illi & re-
luctans fuerit, quę honeſta ſunt & iuſta iubenti, graui
dignus eſt pœna, & acerba animaduerſione plecten-
dus. Quod etiam exemplo ipſius Saul liquido cõſtat,
à deo reprobati & regio deiecti ſolio: quoniã Samue-
li ſacerdoti dei, imo diuino præcepto per Samuelem
ei iniuncto, ſemel & iterum fuit inobediens, à quo &
hanc audiuit ſententiam obedientię commendatricẽ:
1.Reg.15. Nunquid uult dominus ſacrificia & uictimas, & non
potius ut obediatur uoci domini? Melior ẽ enim obe
dientia quàm uictimæ, & auſcultare magis quàm of-
ferre adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ari
olandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nol-
le acquieſcere. At inſiſtet quiſpiam, & hunc obiecta-
bit cauillum: Paſtor meus eccleſiaſticus improbam
agit uitam, cunctorum oculis conſpicuam, & ſcanda-
lum multis inferentem. Nunquid igitur obediẽtiam
illi præſtabo, qua ſe reddit indignum? Nonne ob cor-
ruptiſſimos ei' mores & perditiſſimos, mihi licet ho-
norem & obedientiam, alioqui debitam, illi denega-
re? Id plane cuiquam non licet, ut dominus in euange
Matt.23. lio inſinuat, dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt
ſcribæ & Phariſæi. Quæ dicunt, facite: quæ autem fa-
ciunt, nolite facere. dicunt enim, & non faciunt. Ec-

ſe peruerſos illos fuiſſe, innuit his uerbis dominus, qui eo tempore primatum habebant ſynagogæ, & principatum ſpũalem in populo: illis tamen obtemperandum eſſe planum aſſeuerat. Quod & B. Petrus confirmat, dicens: Obedite præpoſitis ueſtris, nõ tantum bonis & modeſtis, ſed etiam dyſcolis. Quinimo & ſuo nos exemplo dominus idem edocuit, quũ principibus ſacerdotum Annæ & Caiphæ facinoroſis ac iniquis honorem & obedientiam exhibuit. Et Paulus cæteriq; apoſtoli, in his quæ diuino præcepto nõ aduerſabantur, pontificibus Iudæorum & ſacerdotibus erant audientes. Nempe obedientia debetur ipſi dñico paſtori à ſubditis, non quidem ob uitæ meritũ aut probitatem eius, ſed propter autoritatem præſidendi & eminentiam primatus, quã à dño aut promouẽte aut permittente accepit. Non eſt enim poteſtas niſi à deo. Quãdiu igitur ea fungiť poteſtate q̃ dei uicarius eſt ac miniſter, debetur illi honor & obedientia propter deum, cuius uicem & locum obtinet. Et qui poteſtati reſiſtunt (inquit Paulus) non tm̃ ciuili, ſed & eccleſiaſticæ, dei ordinationi reſiſtunt, & ipſi ſibi damnationem acquirunt. Demum, tertio loco debent oues ſuũ cognoſcere paſtorem in conformitate uitæ, & imitatione ueſtigiorũ eius, progredientium in uia dñi. Enimuero paſtores ipſi uirtute & honeſtis moribus effulgere primũ debent in ſuorũ ſubditorũ cõſpectu, ad exhibendum ipſis probitatis exemplum, tanq̃ lucerna ſuper candelabrũ poſita, ut luceat omnibus q in domo ſunt. Quod & dñs ſuos diſcipulos his uerbis faciundũ admonuit: Sic luceat, inq̃t, lux ueſtra coram hoĩbus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificẽt patrem ueſtrum qui in cælis eſt. Timotheũ etiã B. Paulus ad idem hortatur, dicẽs: Nemo adoleſcentiã tuam

[Margin notes: 1.Pet / Joha / Matt / Rom / Ibide / Matt / 1.Tim]

contemnat, ſed exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Titum
Tit. 2. iridem Apoſtolus eiuſdem rei admonet, ita ſcribens: In oĩbus teipſum pbe exemplum bonorum operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate. Cõfirmat eandem ſententiam B. Gregorius in ſuo paſtorali, dicẽs: Lux gregis, eſt uita paſtoris. Decet enim dñicũ paſtorem & ſacerdotem, moribus & uita clareſcere: ut in eo tanq̃ lucis ſuæ ſpeculo plebs ſibi commiſſa, & eligere quod ſequat, & uidere poſſit quod corrigat. Rurſum idem in prædicto opere: Sit rector (inquit) operatiõe præcipuus, & uitæ uiam ſubditis uiuendo denunciet: & grex qui ſui paſtoris uocem moresq́ ſequitur, per exempla melius q̃ per uerba gradiatur. Qui enim loci ſui neceſſitate exigitur ſumma dicere, hac eadẽ neceſſitate compellitur ſumma monſtrare. Illa uox nanq; libentius auditorum corda penetrat, quã dicẽtis uita commendat: quia dũ quid loquendo imperat, oſtẽdendo adiuuat ut fiat. Nec inter malos tantummodo quæ recta ſunt, faciat paſtor: ſed bene quoq; operãtes ſubditos ſicut honore ordinis ſuperat, ita etiam morũ uirtute tranſcendat. Hæc Gregorius. Cæterũ, reciproco ordine & mutuo quod uiciſſim pſtetur officio, debent identidem ſubditi ſuum paſtorem ut ducẽ itineris & anteſignanum ſubſequi in uia dñi, æquisq́ paſſibus eius inhærere ueſtigijs: ut eius ductu ac auſpicijs tandem perueniant ad patriam æternę felicitatis. Nẽpe cum dominus in euangelio cõtexens parabolam de paſtore & ouibus, dixiſſet q; paſtor ante oues ſuas
Ioan. 10. uadit, per bonæ ſcilicet operatiõis exemplũ, mox ſubiungit, q; oues illum ſequũtur, per ſedulum uidelicet imitationis ſtudium: eoipſo ſignificans, & paſtorũ eſſe, ſuis ouibus uitæ uiam operando monſtrare, & ſub-

ditorum eſſe, ſui paſtoris bona opera ſtudioſe conſe-ctari. Hinc poſt ablutos ſuorum diſcipulorum pedes, dixit illis dñs: Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Væ ergo paſtoribus qui praue uiuendo, oues ſuas abducũt à recta ſemita per anfractus & prærupta uitiorũ. Cæci enim ſunt & duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt. Væ etiam ſubditis illis, qui paſtorum ante ſe recte gradientium ueſtigia reliquunt: & per diuerticula atq; p̃cipitia, aberrando à ſuis ducibus, miſeri feruntur. Nihil enim reliquum ipſis eſt, quo ſe tueantur aut à culpa excuſent. Verum ut tandem receptui canamus, ſtudeant enixe paſtores ſuas oues cognoſcere, quantũ ad mores ipſarum, fidem & moderatam temporalium perceptionem: & oues ediuerſo ſuum cognoſcere paſtorẽ, in exhibendo honore, obedientia & recta imitatiõe, ut demum utriq; ſimul perueniãt ad læta ſemperq; uirẽtia paſcua beatitudinis æternæ. Quæ nobis omnibus benigniter annuat ipſe paſtor bonus, qui eſt deus om̃ipotens & benedictus in ſecula. Amen.

Johan. Matth.

¶In ſynodo epiſcopali Carnotenſi, ſermo primus.

VAE paſtoribus, qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit dominus. Ieremiæ 3. & 20. cap. conſcripta ſunt hæc uerba, & in p̃cipuã orationis nr̃æ p̃poſitionẽ nũc aſſumpta. Male tũ res agit, celeberrime cœtus, cũ idipſum q̃d ad alterius conſeruationẽ & cuſtodiã deputatum eſt, infert ſibi commiſſæ rei perniciẽ & exitium, cui deberet ſalutẽ afferre. Vt cũ doliũ labefactat uinum ſibi incluſum, aut pyxis unguentum: cum

itidem cuſtos in uineis poſitus ad racemorum tutelã, illas deſecat, ſurripit & ſuffuratur: cum deniq; dux & princeps exercitus, ipſum ſuæ fidei creditum nõ modo non tutatur ab hoſtibus, ſed & eundem prodit inimicis, & hoſtili gladio perimẽdum exponit. Haud aliter res ipſa perperam geritur, cũ paſtores ouiũ Chriſti ſanguine redemptarum, non curant paſtorali diligentia dominicum gregem ſibi commendatum fouere, ac dirigere ad rectum ſalutis iter: ſed eundem diſpgunt, & diſſipant in diuerſos errorum anfractus, ac dilacerant uenenatis dentium morſibus: luporum more debacchantes & ſæuientes in caulas ouium, q̃s cõſeruandas ſuſceperunt. Non itaq; id mirum cuiq̃ uideri debet, q; in uerbis propoſitis horrenda maledictio ore prophetico, imo dominico, ſuperuentura denunciatur his paſtoribus, qui improbitate ſua diſpergũt & dilacerant gregem paſcuæ domini. Si enim opilionibus oues irrationales & pecora ſuæ curæ deſignata diſpergentibus atq; mactantibus, grauis merito debetur pœna: nonne grauior illis ingruit, qui rationales & imagine dei inſignitas oues (quas cuſtodiendas acceperunt) dilaniant, lupinaq; in eas rabie graſſantur? Tanto ſane grauior, quanto homo pecori dignitate pręſtat. Proinde ſummopere probanda eſt ea canonica ſanctio, quæ conſtituit quotannis in unaquaq; diœceſi ſynodicam conuocationem paſtorum fieri debere, in qua ad eccleſiaſticã attinentia diſciplinam dirigantur in melius, & quæ à rectitudine deprehendũtur exorbitare, prouida cura emendẽtur. Hac ſiquidẽ uia ubi occurrerint paſtores, gregem paſcuæ domini dilacerantes, adamuſſim diſcutient, & ſeuera animaduerſione (ut æquum eſt) caſtigabuntur, ne amplius oues dominicæ ſint eis in direptionem. Vt autem commo

dius id efficiat,cōmiſſa mihi eſt à reuerēdiſſimo pſule (cui iure nō poſſum refragari) ꝓuincia,exhortatorium coram hac præſtantiſſima uirorum corona ſermonem proponendi:qui paſtorum eccleſiaſticorum officia paucis explicet,& quanam ratione ſuo munere rite fungi debeant,ediſſerat. Verum idipſum recte præſtare non poſſum, niſi dei ſuffultus præſidio, qui aperit os mutorum,& linguas infantium (ut ait Sapiens)facit diſertas. Ad quod efficacius impetrandū,inuocanda nobis eſt ſacratiſſima uirgo Maria,&angelico ſalutanda præconio:Aue Maria. Sapi.

¶Væ paſtoribus,qui diſpergunt & dilacerant gregem paſcuæ meę,dicit dominus.Ex loco prius citato deprompta ſunt hæc uerba,& in orationis noſtræ baſim ac fundamentum nūc adducta. Quam in duas,& quidem perbreues,partes diducemus. Harum prior, quō mali paſtores diſpergunt gregem paſcuæ domini,dilucidabit.Poſterior uero,quonam pacto peruerſi paſtores eundem domini gregem dilacerant, edocebit.Pro priore diſſectionis huius parte abſoluenda, primum paſtores improbi diſpergunt gregem dominicū uerbo,aut peruerſam doctrinam & erroneā pro uera &ſana ſubminiſtrando,aut uerbum ſalutarꝫ doctrinæ uel correptionis neceſſarię,ſuis ſubditis ſubtrahendo.Siquidem debet paſtor agreſtis ſuis ouibus læta paſcua,& pinguia procurare gramina,quibus alantur. Si ergo illorū loco lœtiferas herbas &toxica,uenenataq́ꝫ pabula ipſis exhibeat, aut per ignauiam eas ad paſcua ducere negligat, nōne is gregem ſuū diſpgit & diſſipat?Sic ſane paſtor dominicus debet ſibi cōmiſſo fidelium gregi adminiſtrare uerbum dei,quod eſt cibus animæ,& ſpirituale populi Chriſtiani pabulum,Quod ſi ꝑ dei uerbo,ad rectam fidem & bonos Ierem

mores dirigente, proponat ei praua dogmata, Lutheranas inſanias olentia, & errores noſtra tẽpeſtate pullulantes contra fidei rectitudinem & eccleſiaſtica inſtituta: aut ſi in ſecretis ſuę parochię cõuenticulis huiuſmodi doctrinas hæreticorum diſſeminari, conniuẽtibus oculis permittat, is reuera gregem domini miſere diſpergit. Si quis etiam torpens ocio, neq; per ſeipſum neq; per alium, neceſſariam ſuę plebi doctrinã, quæ credenda ſunt & agenda demonſtrantem, communicat: ſed eam fame audiendi uerbum dei cõtabeſcere atq; deperire oſcitanter ſinit, & is quoq; gregem paſcuæ domini haud dubie diſperdit. Quod & Iremias propheta in Threnis deplorat, dicens: Paruuli petierunt panẽ, & non erat qui frangeret eis. Paruuli ẽm malitia, & ſimplices aĩo, panem doctrinæ plerũq; expetunt, & non ẽ paſtor q panẽ illũ porrigat ipſis. Rurſum debet ruſtic⁹ paſtor, ſi morbidas cõſpexerit oues ſuas & elãguidas, admouere illis manũ medicatricẽ, & apto cataplaſmate plagas earũ curare. Ita plane ſi paſtor eccleſiaſticus aliquẽ ſuorũ ſubditorũ pſpexerit lœtifero alicui⁹ criminis laborare morbo, uerbũ correptiõis eidem debet adhibere, tanq̃ ſalutare fomentũ & antidotũ, q̃ à malo reuocet. Qđ & B. Paulus ad Timot. ſcribens, quẽq; paſtorem admonet, dicẽs: Peccantes corã oĩbus argue, ut & cæteri timorẽ habeant. Et rurſum ad eundẽ alio in loco: Prædica uerbũ, inſta opportune, importune, argue, obſecra, ĩcrepa in oĩni patientia & doctrina. Qđ aũt Timotheo ſcribit Apoſtolus, quiſq; paſtorũ ſibi particulatim eſſe dictũ putare debet, qm̃ in Timotheo Paulus unumquenq; inſtituit paſtorem eccleſiaſticum. Si ergo quẽpiã ex ſubiecta ſibi plebe uideat paſtor dñicus irretitũ laqueis diaboli, & implicatum grauibus peccatis, & in ſpũ lenita

[Margin notes: Thren. 4. — Timo 5. — Tim. 4.]

tis eundem non corripit nec increpat:nonne &is diſpergit gregem domini?ſciensq́ & uolens illum perire ſinit,de cuius anima redditurus eſt rationem in die iudicij?ſecūdum illud Apoſtoli uerbum ad Hebræos: Obedite præpoſitis ueſtris,& ſubiacete eis. Ipſi enim peruigilant,quaſi rationem de animabus ueſtris reddituri. Secundo,diſpergunt praui paſtores gregē paſcuæ domini malæ uitę exemplo,quod obijciunt oculis ſubditorū,eosq́ ſuo facto ad imitationem pertrahunt,eorundemq́ malorum perpetrationem. Ipſe quidem ſupremus paſtor Chriſtus parabolico ſermone, boni paſtoris conditiones deſcribens in euangelio,inter cætera dicit,quod cum oues ſuas emiſerit, añ eas uadit,& oues illum ſequuntur. Quibus uerbis innuit, boni paſtoris eccleſiaſtici eſſe officium,ꝙ per greſſus bonæ operationis ſuas præcedat oues,ut illius exemplo inducantur ad probæ actionis ſtudiū. Et hoc ipm etiam admonet beatus Paulus Timotheū &Titum,ꝙ forma ſint uitæ,& exemplum fidelium in omni uirtute. Si igitur paſtores dominici, qui ſuas oues deberēt in callem ſalutis æternę ducere per honeſtæ uitæ exēplum,eas deducunt in uiam perditionis perpetuæ ꝑ prauitatis & nequitiæ opera,quæ palam oībus agūt, nonne &ipſi diſpergunt gregem paſcuæ domini,quē ſua peruerſitate pertrahunt ad conſimilis uitæ cōſortium?Enimuero (ut beatus teſtatur Gregorius) cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt quod cum grex per præcipitium ſeq̄tur: Sed ualde formidandum eſt, quod de huiuſmodi paſtoribus ſubiūgit idem præclarus autor: Tot (inquit) mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt. Quocirca ſtudeant omnes quibus credita eſt dominici gregis cura, & uerbo & exemplo illum re-

Hebr. Iohan

cte formare ac dirigere, ne de numero ſint eorum, de
Ierem. 23. quibus ait propoſitum thema: Væ paſtoribus, qui diſpergunt, &c.

¶Pro ſecunda noſtræ concionis expedienda particula, q̃uis plures aſſignari poſſent modi, quibus inutiles paſtores dilacerant gregẽ paſcuæ domini, is unus tñ præſertim impræſentiarum à nobis ſuſcipitur declarãdus, q̆ huiuſmodi dilaceratiõem ſui gregis faciũt improbi paſtores, effreni bonorum temporalium cupiditate, qua inducuntur ad expilationem ſuorum ſubditorum, & immoderatam lucri exactionem. Nanq; debent paſtores non quæ ſua ſunt præſertim quærere, ſed quæ aliorum, & ad ſalutem ſpectant ouiũ ſuarum.
Philip. 2. Nunc uero (ut deplorat Apoſtolus) omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Et uerum itidem eſſe comprobatur, quod ait Iſaias: Omnes in uiã
Iſaię. 56. ſuam declinauerunt, unuſquiſq; ad auaritiam ſuam, ã ſummo uſq; ad nouiſſimum. Nec minus & iſtud Ieremiæ uerbum nũc locum habet in paſtoribus nr̃i tem
Iere. 6. & 8. poris: A minore uſq; ad maiorem, omnes auaritię ſtudent: & à propheta uſq; ad ſacerdotem, cuncti faciunt dolum. Quotus enim quiſq; nunc dari poſſet paſtor, qui accuratiorem habet & exactiorem curam ſalutis animarum ſibi commiſſarum, q̃ emolumenti pecuniarij ex grege ſuo colligendi? Nonne & Horatianum illud uerbum in ipſis uerum eſſe deprehenditur?

Satirę. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet
Quæſtio.

¶Nempe ex ſuis ouibus proprium quærentes cõmodum, eas uellere ſuo nudant, lac emulgent, lanam corradunt, & nihil reliquum (q̃d non more harpyiarum abripiant) illis dimittũt. quã ob rem lupis ſunt p̃ſimiles hi paſtores, in proprium ſæuientes gregem, & dili

gētius iura ſua parochialia integre perſolui procurā-
tes,q̃ ſpūalia lucra: quinimo interdū uenalia pſtituē-
tes eccleſiaſtica ſacramēta. Contra quos terribilit in-
tonat dominus per Iezechielem prophetam, horren Iezec.
dam illis interminans maledictionem: Væ(inquit)pa
ſtoribus Iſrael, qui paſcebāt ſemetipſos. Nōne greges
à paſtoribus paſcūtur? Lac comedebatis, & lanis ope
riebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem
autem meum nō paſcebatis. Et paulopoſt, eodem in
loco ſubdit: Propterea paſtores, audite uerbum domi
ni. Hæc dicit dominus deus, Ecce ego ip̄e ſuper paſto Ibidē
res, requiram gregem meum de manu eorū, & ceſſare
faciam ut ultra non paſcāt gregem meum, nec paſcāt
amplius paſtores ſemetipſos. Et liberabo gregē meū
de ore eorum, & non erit ultra eis in eſcam. Hæc ibi.
Cæterum, quę inexplebili auiditate à ſuis ſubditis cor
raſerūt lucra tēporalia paſtores improbi, in uſus in-
honeſtos poſtea prodigunt & diſſipant effuſa manu:
q̄m quæ male parta ſunt, uix unquam prodeſſ ſuis au
toribus aſſolent. Nempe huiuſmodi bona ab alijs ex-
pilata, hi in ſympoſia & compotationes, ſplendidaq́
conuiuia effundunt: & ſub titulo patrimonij Chriſti,
bacchanalia uiuunt: Illi uero ſolutis continentię fre-
nis, domi concubinas alunt: & cum ſummo eccleſiaſti
cæ rei dedecore, quaſi uxorio alligati uīculo, mulier-
culis adhærent. Deniq, alij ludis illiberalibus & ueti-
tis(ut qui ſoli innituntur fortunæ) prouentus ſuos ec
cleſiaſticos exponunt, apud quos iam luditur alea p
nox, & totos fere dies & noctes exercentur taxillorū
& chartarum luſoriarum ſtudia. Verum ab his diſſo-
lutiſſimis moribus reſipiſcendum eſt, præſtantiſſimi
patres, reuocandiq; ſunt pedes in caſtigatiorem uitæ
uiam diſciplinam. Et elaborandum totis uiribus adre

ctam dominici gregis gubernationem, ut tandem cũ illo ſuſcipiamur om̃es in ſummi paſtoris Chriſti æter na tabernacula. Quæ nobis demum concedat deus omnipotens & benedictus in ſecula. Amen.

¶ In ſynodo epiſcopali Carnotenſi, ſermo II.

ATtendite uobis & uniuerſo gregi. Ex uiceſimo cap. Actuum apoſtolicorum deprõpta ſunt hæc uerba, & in præcipuam huius concionis propoſitionem nunc adducta. Commemorat quidem eo in loco beat' Lucas, ſacer hiſtoriæ apoſtolorum conſcriptor, ornatiſſime conſeſſus, quod Paulus euangelicæ legis altiloquus præco, cum peragratis multis ciuitatibus ad ſolidiorem fidelium ędificationem, nauigio perueniſſet Miletũ: mittens inde Epheſum, uocauit maiores natu illi' eccleſiæ, quos autore uenerabili Beda, Græcus codex inibi presbyteros appellat. Illis autem ad ſanctũ Paulum profectis, atq; in unum coactis cœtum, ſalutarẽ ipſe propoſuit exhortationem, primum laborꝝ à ſeipſo indefeſſe ſuſceptorum pro ſacræ fidei propagatione, declaratoriam: deinde uero, ut ſedulã gubernando gregi dominico adhibeant curam ſeniores illi eccleſiæ magiſtri, admonitoriã. Vbi & uerba illa in frõte præſentis orationis propoſita, inter cætera continentur, ad illos à beato Paulo prolata. Ad cuius ſane commendabilis facti æmulationem, id canonica ſanctione conſtitutum ab orthodoxis patribus crediderim, ꝙ ſinguli epiſcopi quotannis ſolennem ſui cleri conuocent ſynodũ: in q̃, exacta indagine perquirant, quõ ſubditarꝝ ſibi eccleſiarꝝ præpoſiti ac rectores ſuo functi fuerint officio: & ſi qua in illis dep̃hendant exorbitãtia ab honeſto, ſeuere & mature caſtigẽt. Quã

ſaluberrimā cōſtitutionē pontificio cautā iure, uſuq́ꝫ diutino approbatā, ad unguē obſeruare ſatagens reuerendus in Chriſto pater & dn̄s, pontificalem in hac inſigni eccleſia Carnotenſi dignitatem merito ſortitus, curauit in hac celebri ſua ſynodo uniuerſum ſibi ſubiectum acciri clerum, ut exemplo beati Pauli illū admoneat eorum, quæ ad ouium ipſi creditarum ſalutem curandam conducibilia ſunt. Et qm̄ huberior exhortatio cumulatiorē ſolet auditoribus afferre fructum, mihi clientulo ſuo dedititio has commiſit partes, ut poſt præclaram admonitionem ſuam, coram modo propoſitam, quæ in eam rem dicenda ſupereſſent, conſequenter proſequerer. Ad quam plane arduam difficilemq́ꝫ prouinciam ſubeūdam, cum ſentirem humeros meos imbecilles, tanto impares oneri: leuaui oculos meos cum diuino Pſalte in mōtes myſticos & ſpūales, ad interceſſores utiq́ꝫ ſanctos (quem admodum exponit eum locum in Pſalmo centeſimo uiceſimo Caſſiodor⁹, autor probatiſſimus) quorum ſuffragio ſuperna munera promererer, & unde ueniat auxilium mihi. Inter illos autem montes protinus obiecit ſe noſtræ mentis obtutibus mons unus, præter cęteros uirtutum excellentia ſublimis, & caput in ter ſidera condens, ſacratiſſima ſcilicet uirgo Maria. Quæ (ut uerbis utar Pſalmographi) eſt mōs dei, mōs pinguis, mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo. Eſt etiam & ipā mōs ille præcelſus, à quo uidit in ſpiritu Daniel lapidem pręciſum ſine manibus, ſtatuæ quadriformis ſubuerſorem. In hunc itaq́ꝫ mōtem leuemus nunc omnes cordis noſtri oculos, ut ab eo nobis ueniat auxilium. Quod ut facilius impetremus, angelico præconio oblatam illi ſalutationē proferamus, dicentes: Aue Maria.

Pſal. 12[1] | Pſal. 67 | Dani. 2

tuū.20. ¶Attendite uobis & uniuerſo gregi. Ex loco paulo ante citato, deſumpta ſunt hæc uerba, & in oratiōis noſtræ baſim ac fundamentum pronunciata. In quibus recto ordine admonentur paſtores eccleſiaſtici, ꝙ primum ſibiipſis attendant, deinde uero commiſſo gregi. Nam ad gerendam totius multitudinis curam, prius debet ipſe rector ſuos compoſuiſſe mores, propriamq́ꝫ uitam probe inſtituiſſe. Qui nāqꝫ ſeipm̃ regere neſcit, quanam ratione aliorum gubernationem rite exercebit? Et (ut ait Eccleſiaſticus) qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? Itaqꝫ ſicut in ciuili adminiſtratione, debet ante quiſq̃ aſſecutus eſſe prudentiā monaſticam (ut autor eſt in Ethicis Ariſtoteles) qua ſeipſum ſecundum uirtutem moderetur: q̃ œconomicam, qua rem domeſticam atqꝫ familiarem curet: aut prudentiam politicam, qua totius reipublicæ tractet gubernacula: ꝙ multo difficilius & magis arduum ſit negocium, totam regere domum: & adhuc amplius, uniuerſam ciuium frequentiam moderari: q̃ ſeipſum, unicum & ſingularem hominē, ad uitæ probitatē dirigere: ſic certe in eccleſiaſtica moderatiōe debet primum quis proprios formare mores ſecundum euangelicam & apoſtolicam inſtitutionē, anteq̃ alios ad bn̄ beateq́ꝫ uiuendum, iuxta illius documenta, manuducat. Vt autem certus dicēdorum nobis præfigatur ordo, in duas partes præſentem orationem diſſecabimus. Quarum prima, quō ſibiipſis debeant attendere paſtores eccleſiaſtici, dilucidabit. Secunda uero, q̃nam pacto uniuerſo gregi ſibi commendato attendant, adaperiet. Pro abſoluenda quidem priore partitionis huius portiuncula, nunc declarandū duximus, paſtores ipſos trifariam ꝑſertim ſibi attendere debere. Primo, à gulæ intēperantia, ne in eā proruant. Qđ

Eccl.14.

in primis ſalubriter admonuit ipſe legifer noſter Chriſtus, euangelicæq́ doctrinæ magiſter optimus, cũ ait apud Lucã: Attendite aũt uobis, nec forte grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, & ſuperueniat in uos repentina dies illa. Quod poſtremum ſummæ ueritatis uerbum, non ocioſe adiectum putetur. Nam (ut teſtatur eccleſiaſticus) ꝓpter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinẽs eſt, adijciet uitam. Exemplo quoq́ idem haud difficile ex ſacrarum literarum promptuario eluceſcet. Nonne Nadab & Abiu filij Aaron ſacerdotes, arreptis thuribulis offerentes ignem alienum, à deo repentina morte ſunt proſtrati? Si cauſam tam ſubitarij interitus quis ſciſcitetur, hęc una aſſignari ſolet: quoniam ut ſentiũt loci illius interpretes, ipſi ambo tunc uino madẽtes, ꝑcipites & inconſiderati ferebantur ad offerendũ deo thymiamatis ſacrificium. Quod ex eo argumẽto nõ futiliter coniectant ſacri expoſitores, quia paulopoſt eodem loco interdixit deus uſum uini ſacerdotibus, cum eſſent ſacra miniſtraturi in tabernaculo domini, his uerbis ad Aaron prolatis: Vinũ & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia pręceptum ſempiternum eſt in generationes ueſtras, ut habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & ꝓphanum, inter pollutum & mundum: doceatisq́ filios Iſrael omnia legitima mea, quę locutus eſt dñs ad eos per manum Moyſi. Quanto igitur ualentiore iure, prohibita intelligi debet temulentia & uini ingurgitatio ſacerdotibus nouæ legis, qui unicam illã & ſingularem hoſtiam, multiformibus uictimis prioribus longe auguſtiorem, pro ſui gradus officio debẽt in altari immolare? Apoſtolus itidem, epiſcopũ legis cuã-

Luc.21 Eccl.37 Leuit. Leuit. 1.Timo.

gelicæ,& quibus ornari debeat moribus, deſcribens: eundem perhibet oportere nõ eſſe uinolentum. Dia conos etiã,in miniſterium altaris aſſumi debere con teſtatur,qui nõ multo uino ſint dediti. Cui mira ſym phonia concordat ueneranda pontificalium ſanctio- num autoritas,Quippe Innocentius III.in epiſtolaru decretaliũ libro 3. titulo de uita & honeſtate clerico- rum,capitulo:à crapula,hunc ſtatuit canonem: A cra pula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineãt: unde uinum ſibi temperent, & ſe uino:nec ad bibẽdũ quiſpiam incitetur,cum ebrietas & mẽtis inducat exi lium, & libidinis præbeat incentiuum. Idem quo- que & eodẽ in loco,capitulo,clerici officia,cauponas & tabernas uinarias uiris eccleſiaſticis interdicit, in hunc modũ:Clerici tabernas prorſus euitent, niſi forte cau ſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Sunt enim illæ dæ monum officinæ & omnis intemperantiæ ſchola,ubi omnis uitæ regula diſſoluitur,& inconceſſis uolupta tibus habenæ laxantur.Rurſum in uolumime decre- torum,44.diſtinctione,capitulo,cum autem,hic de- promitur canon:Cum autem ſacerdos uinolentus eſ ſe prohibetur,gulæ intemperantiam nequaquam habe re permittitur.Neque enim ebrietas prohibetur, & uo- racitas permittitur. Vtrunque enim inter opera tẽbra-
Roma. 13. rum Apoſtolus commemorat,ſcribẽs Romanis:Nõ in comeſationibus & ebrietatibus. Ventris nanque in- gluuies,ad luxurias prouocat facile,& omẽ opus bo- num diſſoluit. Hæc ibi. Quocirca ne iure ſacerdotes Bacchi dicamini,& uiuere Bacchanalia, compotatio nes & ſympoſia fugite ô Chriſti ſacerdotes & miniſtri dei altiſſimi. Secundo attendant ſibimet paſtores ab ocio,ne illius torpeſcant inertia,quod uentris ex cibo & potu nimio diſtentionem ſolet conſequi,ut uiperi

na proles matrem uirulentam. Quippe ructãtes crapulam & uino obruti, ad nullum opus bonũ ſunt utiles: ſed aut in ſomnum ſegnes reſoluũtur, aut aliquod inhoneſtum ocioſorum ſtudium aggrediuntur. Hãc autem ſcabram mentis rubiginem ſummopere fugiendam eſſe, admonet ſolicite Eccleſiaſtes, cũ ait: Qđcunq; facere poteſt manus tua, inſtãter operare, quoniã nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erũt apud inferos, quo tu properas. Et Sapiens in Prouerbijs, dicens: Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autem ſectatur ocium, replebitur egeſtate. Rurſum idem: Noli diligere ſomnũ, ne te egeſtas opprimat: Et iterum: Omnis piger ſemp in egeſtate eſt. In egeſtate inquam, nõ tam corporalium bonorum, ad hanc mortalem uitam agendam neceſſariorum, q̃ uirtutum & bonorum operum, quę animam locupletare debent. Neq; ab hiſce præclaris ſententijs diſſentit euangelica doctrina, hanc horrendam comminationem defidibus & ignauis intonans: Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Quid enim ficulnea, totos tres annos ſterilis, & iuſſa ſuccidi, ne amplius inaniter occuparet terram? quid etiam ea ficus, in qua quæſitus eſt fructus & non inuentus, ſed folia tantum: & proinde diuina maledictione perculſa, & protinus exareſcens, deſignat: niſi ſocordes & pigros perpetuo dei maledicto obnoxios eſſe, & demum ſeueræ æquitatis eius ſecuri ſuccidendos? Quod identidem inſinuat ſeruus ille piger, qui acceptum à domino ſuo talentum defodit in terram: & idcirco ligatis manibus ac pedibus, iuſſus eſt proijci in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium. Cæterum, inter alias quædam eſt ocioſorum hominum occupatio, maxime omnium per-

Eccle. | Proue. 1 | Proue. 2 | Proue. 2 | Matt. 3. 7 | Luc. 13 | Matt. 21 | Marc. 11 | Matt. 2

niciosa,& quæ ſolent eccleſiaſtici uiri plerunq; deſinere, ludorum ſ. illiberalium & inhoneſtorum, qui in fortunæ euentu aut oīno aut præcipue conſiſtunt. Enimuero de illis haud iniuria dici pōt, q̄d de populo Iſrae-
Exod. 32. litico uitulum conflatilem adorante, ſcriptum eſt: Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere: qn̄quidem apud multos eorum, poſtq̄ exēpta fames epulis, menſæq; remotæ: ſurgitur ad ludos, & luditur alea pernox. In quo ſane deteſtabili ſtudio, primum grauis fit temporis iactura, cum medios interdū dies & integras noctes ſine fructu boni opis & cū prætermiſſione diuini officij conſumūt, qui aleas aut chartas luſorias in delicijs habent. Sentiunt & ijdem ſæpenumero rei familiaris detrimentum, & ad extremam rediguntur inopiam, aut ſaltem egenos & pauperes debita defraudant eleemoſyna, cum pecuniā in eos erogandam, ludo exponunt. Omitto rixas, cōtentiones & iurgia, deierationes, furores & horridas imprecationes, ſine quibus hi ludo raro exercentur. Propter quæ incommoda & alia complura, Innocentius III. in epiſtolis decretalib', titulo de uita & honeſtate clericorum, cap. clerici officia, hunc decernit canonem: Clerici ad aleas & taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Et triceſimaquinta diſtinctione, cap. epiſcopus, ex canonibus apoſtolorum ꝓfertur decretū, in q̄ ſententia excōicationis fertur in deditos hiſce ludis: quam declinare uolentes, ab eis (ſi ſapiunt) poſthac abſtineāt. Tertio, attendāt ſibi rectores eccleſiaſtici ab incontinentia uitæ & ſpurcitia libidinis, q̄ ex crapula & ocio tanq̄ gemino parente exitiali, ut proles longe nocētior enaſcitur, quemadmodū aperte teſtatur Iezechiel ꝓpheta, cum inter iniquita-
Ezec. 16. tes Sodomæ, quæ fomenta præſtiterunt infandis il-

lius libidinibus, enumerat ſaturitatem panis & ociū. Ab hac autē fœdidiſſima tabe luxuriæ, ſe mundos intentiſſima cura cuſtodire debent ſacerdotes, cum ob alia permulta, tum ob id potiſſimū, quoniam in ſusceptione ſacrorum ordinum ediderunt deo uotum ſolenne caſtitatis, perpetuo deinceps ſeruandæ, ex ipſa conſtitutione eccleſiaſtica, ab occiduæ plagæ eccleſia iam olim recepta: quæ ſacris ordinibus annexuit indiſſolubiliter uotum cōtinentię, & eos accipere uolentibus, connubialia fœdera interdixit. Quanto magis iiſdem prohibitus intelligi debet concubinatus, fornicatio, adulteriū, & cætera id genus mala, quæ diuino præcepto etiam omnibus cuiuſuis ſtatus hominibus uetita non ignorantur? Huuſce uero rei teſtis locupletiſſimus eſt beatus Gregorius, cuius decretū affert triceſimaprima diſtinctione, capitulo ante triēnium, in hāc formam: A præſenti die omnibus epiſcopis dicatur, ut nullum facere ſubdiaconum præſumant, niſi q ſe uicturum caſte promiſerit: & qui continere noluerit, eum ad ſacrum ordinē nolumus ꝓmoueri. Quia nullus debet ad altaris miniſterium accedere, niſi cuius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata. Hæc ille. Quod ſi ſubdiaconi, huiuſmodi promiſſione & uoto uiuendi in poſterum in caſtimonia, obſtringuntur: quāto ualentius & arctius diaconi & ſacerdotes, qui ſacratioribus ſunt ordinibus inſigniti, eodem obligantur uoti continentiæ ſacramento, intemeratamq; debent ad exitum uſq; uitæ ſeruare caſtitatē? Sed proh dolor longe aliter res agitur hoc noſtro ſeculo, in quo decor eccleſiaſticus fœdiſſime conſpurcat ſacerdotū incōtinētia, uitaq; probroſa. Nēpe pleriq; ſacerdotes nō abhorrēt domi ſuæ cōcubinas alere, & tanq̄ ꝓprias uxores, habere mēſæ & thalam.

ſocias. Alij uero fornicarijs ſunt addicti aut adulteris, aliove illicito contaminantur mulierũ conſortio, immemores prorſus emiſſi deo uoti ſolennis, cuius ſunt præuaricatores: cũ tamen ſcriptum ſit, Si quid uouiſti
Eſa. 5. deo, ne moreris reddere. Verũ cur eos non deterret à tantis flagitijs infelix ille exitus duorum filiorũ Heli, Ophni & Phinees ſacerdotum? q ambo leguntᷣ ſimul interijſſe gladio Philiſthorum in bello, ꝙ inter ſcelera ſua multa, dormierint cum mulieribus, quæ obſeruabãt ad oſtiũ tabernaculi, ut ſacra refert hiſtoria. Qua-
Reg. 1. re etiam eos tremore nõ concutiunt hæc Hieronymi horriſona uerba? Acerbiora gehennę tormenta ſacerdotibus & clericis fornicantibus reſeruantur. Væ tibi ſacerdos, qui eodem ore oſcularis filiam ueneris, quo pauloante ſumpſiſti filiũ uirginis. O impie Iuda, oſculo filium hominis tradis. Audiant oro hi ſacerdotes, non Chriſti, ſed Veneris & Cupidinis, quænam ſit illis definita pœna, triceſimaſecunda diſtinctione, capitulo erubeſcant, in hũc modum: Erubeſcant impij & aperte intelligant iudicio ſanctiſpiritus, eos qui modo in tribus ſacris gradibus, ſcilicet presbyteratu, diaconatu & ſubdiaconatu poſiti, mulierculas non abiecerint, & caſte non uixerint, excludendos ab eorundẽ graduum dignitate. Hanc igitur pœnam & cæteras, à iure põtificio abunde determinatas, inferãt epiſcopi fornicarijs ſacerdotibus ad tantæ abominationis extirpationem, ut dinoſcantur nõ obſurdeſcere ad hãc admonitionem apoſtolicam in principio propoſitã:
Act. 20. Attendite uobis & uniuerſo gregi.

¶ Secũda noſtrę cõcionis particula iuxta cõſtitutũ ſuperius ordinẽ, eſt oñſura, quõ debeant paſtores eccleſiaſtici uniuerſo gregi ſuo attẽdere. Qdᷣ plane adamuſſim & integre pſtabunt, ſi in ſua adminiſtratiõe

duo ꝑcepta plene obſeruent: q̄ in ſuis Officijs Cicero dicit ab his teneri debere, q reipublicę ciuilis ſaluti cõſulere uolunt. Eius uerba ſunt hæc: Om̃ino q reipublicæ ꝓfuturi ſunt, duo Platonis ꝑcepta teneant. Vnũ, ut utilitatẽ ciuiũ ſic tueant̃, ut quæcũq; agunt, ad eam referãt, obliti cõmodorum ſuoꝝ. Alteꝝ, ut totũ corpus reipublicæ curẽt, ne dũ partem aliquã tueant̃, reliquas deſerãt. Vt enim tutela pupilli, ſic ꝓcuratio reipublicæ ad eorum utilitatẽ qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Qui autem parti ciuium conſulunt, partem negligunt: rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt, ſeditionem atque diſcordiam. Ex quo euenit, ut alij populares, alij ſtudioſi optimi cuiuſq; uideantur, pauci uniuerſorum. Hinc apud Athenienſes magnæ ſunt diſcordiæ exortæ: in noſtra uero republica non ſolum ſeditiones, ſed etiam bella ciuilia peſtifera. Hæc Cicero ibidem. Ita ſane qui ſuo gregi ſalubriter uolunt attendere in ſpirituali gubernatione, primum nõ quæ ſua ſunt quærãt, ſed quæ Ieſu Chriſti: non ſuum perquirãt emolumentum, neglectis ouibus, ſed præſertim ouium ſuarum ſalutem. Secundo uero non unam aut alteram curent ouilis dominici partem, cæteris prætermiſſis: ut diuites aut nobiles, neglectis pauperibus: ſed totum gregem, & ſingulas eius partes. Haud ſecus atque naturam uidemus non unam corporis uegetare partem, cæteris derelictis: ſed totum corpus, & partes eius uniuerſas. Hinc non ab re in uerbis ſupradictis, uniuerſitatis nota atq; particula, ſ. uniuerſo, adiecta fuiſſe putetur: cũ admonet Apoſtolus, attendendũ eſſe uniuerſo gregi. Cæteꝝ, hæc generatim dicta ſint. Vt autẽ ad particularia magis deſcẽdat noſter ſermo, triplici etiã modo id efficiundum eſt, quod ſecundo loco propo-

ſita noſtri thematis uerba monēt. Primo quidē, atten
dāt paſtores uniuerſo gregi ſuo ab errore fidei & pra
uis dogmatibus, ne illis corrumpantur. Sane in lo-
co ſupra citato, ex quo deprompta ſunt primaria no
Act. 20. ſtræ concionis uerba, beatus Paulus in calce ſuæ ora-
tionis, tum propoſitæ ad presbyteros eccleſiæ Ephe
ſinę, hęc ſubnectit: Ego ſcio, quoniā intrabūt poſt diſ-
ceſſionem meam lupi rapaces in uos, non parcentes
gregi. Et ex uobiſipſis exurgent uiri loquentes puer-
ſa, ut abducāt diſcipulos poſt ſe. Quod profecto Pau-
li uerbū, tempore apoſtolorum adhuc in carne ſupſti
tum completum eſt in Cerintho, Ebione, Marcione,
& cæteris illius temporis hæreticis. Deinde per totū
eccleſię ſanctę decurſum ad noſtra uſq; tēpora, in ua-
rijs (qui diuerſo inſurrexerunt ętatum curriculo) ma-
giſtris errorum, etiam id Pauli dictum habuit locum
& ueritatem. Noſtro uero ſeculo maxime cōpletam
cernimus hanc Pauli prædictionem in Martino Lu-
thero, qui ut lupus rapax iam ſubintrauit ouile domi
nicum, ad ipſum peſtifera ſua ſecta diſpergēdum. Idē
inſuper ex fidelium cœtu iādudum exurrexit loquēs
peruerſa, & multos ſibi aſciuit aſſectatores. Enimue-
ro ipſe in cęlum & ſuperos impius ęſt, cum ſuperſan-
ctam dei matrem & ſctōs omnes orari à nobis & ho-
norari uetat. In mortales etiam oēs hunc habitan-
tes orbem eſt iniurius, cum eis licentioſam quandam
& effrenem permittit libertatē pręuaricandi uniuer-
ſas leges eccleſiaſticas. In totā quoq; eccleſiam eſt cō-
tumelioſus, qm̄ ſeptiformem ſubſannat ſacramento-
rum eius diſtinctionem, ritumq; celebrandę miſſę te-
merarius immutat. In ſacerdotalem pręterea ordinē
incredibili debacchat inſania, q̄ oēs ſacro baptiſma-
tis ablutos lauacro, aſſerit eſſe ſacerdotes. Nec minus

in ſtatū monaſticū, quia tria eius præcipua uota pro uiribus cōculcat, abnegās ea fieri poſſe perpetua. Deniq;, & in eos q hac ſunt uita defuncti, & purgatorijs detinentur locis, idē immitis eſt & crudelis, cum aſſeuerat eis uiuorum ſuffragia non prodeſſe, nec impendi debere. Sic ſane in triplicem mundi machinam, cæleſtium, terreſtriū & infernorum, ipſe Lutherus intolerabili inſolentia bella gerit more gigantum, ceruicoſæq; frōtis erigit cornua. Hic plane eſt aper ille de ſylua, qui exterminare laborat uineam eccleſiæ, & ſingularis ferus depaſcēs eam. Hic etiam eſt uulpes illa ſubdola, quæ demoliri non ceſſat uineam domini Sabaoth. Quocirca ô paſtores domini uigilate, ne lupus ille uorax clanculum ſubeat gregem ueſtrum. Videte ne quiſpiam uobis creditus, bibat de calice aureo Babylonis, melle circūlito, ſed pleno fellis: ne quis illius euoluat libros, lenocinio quidem uerborū reſperſos, ſed inſtillantes exitiale erroꝝ uirus in penetralia cordium. Cauete inſuper, ne quis admiretur & ſuſpiciat, aut amplexetur eius doctrinam, tanquam ſanā & rectam: quoniam peruerſa eſt, noxia & execrabilis, omnes ferme anteacti temporis hæreſes, ut Iouiniani, Vigilantij, Valdonis, Viclefi, Huſſitarum, & cæteroꝝ eiuſdem farinæ, reſuſcitans ac proferēs in auras, ut totum exterminet orbem. Secundo, paſtores eccleſiaſtici attendant uniuerſo gregi ſuo ab irreuerentia, ne eā cōmittant in res ſacras, ut loca ſancta & diuino dedicata cultui. In qbus nihil omino geri debet & agi, niſi idipſum ad q̄d deputata ſunt & deſignata: diuinū ſcilicet officium, pia ſacramentorū adminiſtratio, & deuota populi fidelis oratio. Quemadmodum & uerbo & opere cōteſtatus eſt dominus noſter, cum facto de funiculis flagello, eliminauit ementes & uendentes de

Pſal

Cant

Iere

Ioh

tēplo Hieroſolymitano, ſeuere eos ita increpitās: No
tt.21. lite facere domum patris mei, domum negociatiōis.
rci.11. Alio quoq; tempore conſimilem in eos exercēs ſeue
c.19. ritatem, intonuit illis: Scriptum eſt, quoniam domus mea, domus orationis uocabitur: uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Ecce ſecundum euangelicam narrationem bis exegit Chriſtus templo ſuo negociatores. Sed ſummopere formidādū eſt, ne & tertio eandem, imo grauiorem inferat animaduerſionē in eos, q cōſimili aut maiore tenentur culpa, eijciatq; eoſdē in ira & indignatiōe terribilis ſui iudicij de templo ſuo ſuperno, cæleſtis ſcilicet ciuitatis Ieruſalē, deturbetq; in imum dānationis æternæ barathrum. Siquidem noſtra tempeſtate domus eius ſacra, non orationis eſt locus fidelibus, ſed deambulationis aſſiduæ & confabulationis, cum tanta reuera uociferatione, obſtreperoq; tumultu: ut ne uoces quidem eorum qui in choro diuinum decantant officium, extra ea ſepta & penetralia templi queāt audiri. Hæccine obſecro eſt reuerentia, quæ ſacro debetur dei tabernaculo, officioq; eccleſiaſtico quod inibi celebrat? Quid enim hæc deambulantium & confabulantium in domo dei turba aliud arguit, niſi neglectū & contemptum quendam in deum & omnes ſanctos eius? Sed nonne etiam hac tempeſtate templū domini interdum fit domus negociationis? ubi cum ſacra fiunt, contractus exercentur inter uendētes & ementes, aut forenſes pertractantur ſtrepitus, aut ratiocinia peraguntur, debitorūq; exactiōes & perſolutiones. Nōne cum hæc impune fieri permittuntur, domus dei commutatur in domum prophanā & publicam, ubi mercatura ſolet exerceri, fitq; loc⁹ emporij? Cuius tamen zelo dominus noſter ita mouebatur, ut teſte Marco

euangeliſta, ne uas quidem transferri per templum permiſerit. Nunc uero non uas ſolum, ſed & alia quęuis ad uſum domeſticũ accommodata, palã per templum transferuntur, & conticeſcunt omnes. Itaq; hæc omnia uigili paſtorum cura ſunt diligenter emendanda. Nec minor ipſis adhibenda eſt opera, ne in cœmeterijs & locis proxime adhærẽtibus templo, quippiã irreuerentiæ perpetretur à ſuis ſubditis: cũ & hæc conſecrata ſint, & ſoli mortuorum ſepulturæ addicta. Nõ exerceantur ſcilicet in eis publici mercatus uini, aliarumve rerum: nec poſitis menſis celebrentur ibidem conuiuia nuptiarum, aut cõuentuum publicorum, quos confraternitates uocant. Multo uero amplius cauendum, ne in ipſis cœmeterijs ducantur molles choreæ, aut ludi prophani, pilę, globi, ſagittarum, uel alij quis ibidẽ exerceant: qm̃ hæc omnia in dei & eccleſiæ ſanctæ retorquentur inhonorationem & ignominiam. Tertio demum & poſtremo loco, attẽdant paſtores eccleſiarum uniuerſo gregi ſuo ab improbitate morum, ne qua ſinatur iniquitas graſſari & inualeſcere in ſuo ouili, per ſuam ipſorum incuriam aut negligentiam. Quod congruenter admodum fiet, ſi bonæ uitæ exemplum quiſque paſtorũ ſuis exhibeat onibus, & greſſibus honeſtę cõuerſationis ante eas uadat: quem illæ ſubſequi ſtudioſe nitantur, & ita ab obliqua in rectam morum uiã reuocentur. Proinde & Timotheũ & Titum inſtitutos à ſe populi paſtores, admonet ſolicite Paulus, ut exemplum ſe præbeant fidelium in omni probitate & honeſtate. Contra uero, ſi improba ſit rectoris uita & ſcelerata, protinus in illius imitationem trahentur & ſubditi: & cum errante paſtore palantes ac errabundi, uagabuntur per deuia uitiorum: quandoquidem autore ſancto Gregorio in ſuo

Mar

1. Ti
Tit. 1

paſtorali,cum paſtor per abrupta graditur, cõſequẽs eſt ut grex etiam per præcipitium ſequatur. Qui enĩ labenti innititur,neceſſe eſt ut cũ labẽte pariter labatur.Rurſum idem autor in codẽ etiam opere ait:Scire prælati debẽt,ꝙ ſi peruerſa unquam perpetrẽt,tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos perditionis exempla tranſmittunt.Vnde neceſſe eſt,ut tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant, quãto per praua quæ faciunt, non ſoli moriuntur.Hæc ille. Quod ſi paſtores recta incedentes uirtutum uia,deprehenderint morbũ aliquem animi obrepſiſſe in aliquam ſuarum ouiũ, admoneant eam primum in ſpiritu lenitatis, deinde pſiſtentem in ſua malitia arguant,increpent, inſtẽtq́ꝫ importune,ſecundũ Apoſtoli monitum,ut morbidã reuocent ouem ad ſanitatem: ne ſi permittatur ipſa in ſuo cõtabeſcere morbo, aliæ deinceps illius lædantur contagio, proſerpatq́ꝫ ſenſim lues illa tabifica in plures.Id nimirũ iubet fieri dominus, per Iſaiã ita quẽqꝫ
Is. 58. paſtorem cõpellans:Clama,ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum,& domui Iacob peccata eorum. Et rectores eccleſiaſticos, conniuentibus oculis diſſimulantes peccata ſubditorum ſuorum, dure per eundem prophetam increpitat dominus,cum ait de illis: Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt uniuerſi: canes muti, non ualentes latrare. Quod etiam uerbum propheticum,in his locum habet paſtoribus, qui ut concilient ſibi gratiam ſubditorum ſuorũ,à quibus aliquod aſſequi ſperant emolumẽtum aut conuiuiorum, aut donariorum, non audent linguam ſuam in uerba correptionis mouere:ſed adblandiũtur ipſis, & loquuntur
Ez. 13. eis placentia, conſuentes (ut uerbis utar Iezechielis) puluillos ſub cubitis uniuerſæ carnis,ob fragmen pa-

nis aut pugillũ hordei. Verũ hos om̃es acerba manet
à deo infligenda punitio, niſi pedem retrahant ab hoc
deuio, cũ in libro Sapientiæ ſcriptum ſit, quòd iudici- Sapien
um duriſſimũ in his qui præſunt, fiet: & dominus per
Prophetam denunciat, quòd oues ſuas de manu pa- Iezec.3 & 34.
ſtorũ requiret. Vnde ad quenq; eorum id dictum à do
mino putari debet, quod in tertio Regũ libro ſcribi- 3.Reg.
tur: Cuſtodi uirum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit ani-
ma tua pro anima eius. Ad Hebræos itidem ſcribens Hebr.
beatus Paulus, de præpoſitis fidelium dicit, quòd ipſi
peruigilant quaſi rationẽ de animabus ſubditorũ ſuo-
rũ reddituri. Vt igitur hanc rationẽ exactè corã dei tribu
nali reddere queant ad ſuã ipſorũ ſalutẽ paſtores, ita
ſtudeant attẽdere ſibiipſis & uniuerſo gregi ſuo, ut tan
dem cum eo perueniant ad æterna cæli tabernacula.
Quæ nobis om̃ibus demum annuat deus om̃ipotens
& benedictus in ſecula. Amen.

IN CAPITVLO PROVINCIALI ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo, ſermo.

QVum dixerint uobis filij ueſtri, quæ eſt iſta religio, dicetis eis, Victima tranſitus domini eſt. Exodi duodecimo capite cõſcripta ſunt hæc uerba. Non abſurde mihi dixiſſe uiſus eſt Cicero, om̃ium ſententia latinæ eloquentiæ princeps, uiri cum doctrina tũ uirtute præſtantiſſimi: grande in primis & arduũ onus illũ ſuſcipere, qui ſe unũ om̃ibus alijs ſilentibus præbet audiendũ. Nẽpe quæcunq; is affert in mediũ, non unius duntaxat aut duorũ, ſed & om̃ium q

aſtant, iudicio examinanda depromit. In quibus ſi q̃ꝗ-quam minus recte aut accommodate dictum fuerit, non poteſt illud tot ac tantorum hominum cẽſuram effugere, quin uel ab uno omnium deprehendatur, ac iuſte damnetur. Et id potiſſimum, cum hi coram q̃ bus habenda eſt oratio, eruditiſſimi ſunt, & in omni diſciplinarum genere promptiſſimi. Quos, quicquid proponitur, quale idipſum ſit, haud minus latere poteſt, quàm acutiſſimos & lynceos habentem oculos, quod ſpectandum obijcitur, prætérire quo ſit colore præditum. Id ſane ubi mecum animo reputarem, cognoſcerem'ꝗ coram celeberrimo ſapientiſſimorum uirorum conſeſſu mihi habendam eſſe cõcionem: meæ imbecillitatis conſcius, recuſaui propemodum hanc difficilem, duram'ꝗ, ꝓuinciam, ut quę meis humeris impar, longe ualentioribus egeat quàm mihi adeſſe ſentiam, uiribus. Verum altera ex parte adegit me uigilantiſſimi, digniſſimi'ꝗ ꝓuincialis ſacroſancti ordinis Carmelitani auguſtiſſima autoritas. Cuius & inſignis probitas & literarum ſplendor, eum ad honoratiſſimam totius prouinciæ moderandæ dignitatem euexerunt. Quo itidem duce & autore, eiuſdem religionis ſucceſſus magnum ſumpturus ſperat incrementum, extirpatis undiꝗ uitiorum monſtris, & uirtute in priſtinam dignitatem reuocata. Impulit & me grauiſſima eorum (q̃ à determinãdis decernendiſ'ꝗ rebus ad religionẽ eandem ſpectantibus, definitores nuncupati ſunt) ſententia, q̃ hoc munus obeundũ mihi crediderunt. Quorum iuſſis cum reclamare, reluctari'ꝗ nõ poſſem, id officij peragendũ ſuſcepi, ur̃a omium uel maxime bñuolentia confiſus, & mihi pſuadens, qualiacunꝗ ſint quæ dicenda ꝓpoſui, ea uobis ingrata non fore, ſed benigna oim aure excipiẽda. Verum ne id q̃dem inſtitutum à nõ

bis auſpicato ꝑfici poteſt,ſi nõ adſit diuinum p̄ſidium,
quod opationes humanas om̃es p̄cipue moderat̃ &di
rigit,ut auriga currum, & nauem gubernator. Quod
ut expeditius aſſequamur, ad candidiſſimã uirginem
Mariam,Carmelitanæ ꝓfeſſionis patronam & auſpi-
cẽ,noſipſos cũ corpe,cũ mẽte cõuertamus,ei offeren-
tes illud ſuauiſſimũ Gabrielis alloquiũ: Aue Maria.

¶Cum dixerint uobis filij ueſtri,quæ ẽ iſta religio, dicetis eis: Victima tranſitus dñi eſt. Ex loco prius ad ducto.Quæ quidẽ uerba ſunt Moyſi ducis populi Iſra elitici, quem exempturus ex duriſſimo Aegyptiorũ iu go,agni paſchalis celebrata immolatione,docet q̃ pa-cto poſteris ſuis rñdere debeãt, qui hanc inſtitutionẽ agni paſchalis primum fieri uiderunt,ſi forſitan ab eis ſciſcitatum fuerit, quidnam deſignet huiuſmodi ritus agni paſchalis. Monetq́ hiſce uerbis Moyſes,ut filios ſuos edoceãt eã eẽ uictimã à dño inſtitutã, cũ eorũ pa tres traduxit ex grauiſſima Pharaonis ſuitute in liber tatẽ. Quæ quidẽ uerba tãetſi in hanc ſententiã primũ ꝓlata fuerint,nihilo ſecius & noſtro cõducere ꝓpoſi-to,& ad Carmeliticæ religionis p̄conium haud irrati onabiliter accõmodari poterũt.Nempe ꝑcontãti cui-piam de huiuſce ordinis inſtitutione ac utilitate, non abſone rñderit quiſpiã:eũ eſſe ut uictimã, qua ſacrifi-cant̃ animæ religioſorum huius ordinis,deo. Cui ſane huiuſmodi animarum uictima lõge ẽ gratiſſima, dicẽ te Pſalmographo: Sacrificium deo ſpiritus contribula tus. Per quã quidẽ ſpũalẽ uictimã fit tranſitus de carce re ac ærumna huius ſeculi,qui ut Aegyptus eſt,ad cæ-leſtem patriam ac felicitatem æternam, quæ eſt uera illa terra ꝓmiſſiõis, fluens lac & mel. Per q̃d luculẽter oñdit̃ Carmelitanę religiõis excellẽtia,trib⁹ breuiuſcu lis noſtræ orationis partibus aperienda.Quarũ prima

Exod.1 Pſalm.5

demonſtrabit eius excellentiã, propter exordij eius cõditionẽ, Secũda idẽ explanabit, propter primi eius inſtitutoris eminentiã. Tertia uero, id idẽ declarabit, ꝑpter ipſius religionis utilitatẽ, ac bene iuſteq́ꝫ uiuendi ritũ, qui in ea ſeruatur, Pro prima parte abſoluẽda, quæ Carmelitanę religionis excellentiã oſtenſura eſt propter exordij eius præſtantiã: id animaduertere nõ eſt indignũ, Carmelitani ordinis exordiũ, ob tria potiſſimũ precellentiã quandam inſignẽ habere. Primo, quia ipſum ante inſtitutionẽ diuino nutu & reuelatũ eſt & præcognitũ. Memoriæ eñ proditũ eſt, ut ſcholaſtica refert hiſtoria, Eliam Teſbiten, de tribu Aaron ꝓgenitũ (de qua & ſacratiſſima uirgo Maria originẽ duxiſſe legitur) primũ religionis huius fuiſſe autorẽ. Ante cuius ortũ Sabbacha pater Eliæ, uidiſſe fertur in ſomnis uiros niueo ueſtitos amictu, ipſum beneuole ac benignẽ ſalutantes. Qđ cũ ſecũ ipſe reuolueret, demiraretq́ꝫ qđnã idipm portẽderet, ipm reuelationẽ à deo accepiſſe creditũ ẽ, ex eo naſciturũ filiũ, q huiuſmodi cãdidatorũ hominũ cœtũ primus inſtitueret, & demum per totũ terrarũ orbem propagaret. Aliarũ uero religionũ primam inſtitutionẽ non ita diuinis monitis, ſed hominũ arbitrio ac inſtituto factã legimus. Secundo, exordij dignitatẽ manifeſtat aperte locus, in quo Carmelitanus ordo primũ inſtitutus eſt, & à quo nomen deſumpſit, utpote mõs Carmelus, quẽ in terra ſanctã inter Phœniciam & Palæſtinã ſitũ eſſe, diuus Hieronymus ſuper Iſaiã autor eſt. Siquidẽ hunc montem conſcendiſſe legimus Eliã, primum Carmelitanæ religionis caput & principem, ut eo in loco cælibem caſtãq́ꝫ uitam duceret: & quæ deus futura diſpoſuerat, cõpleret. Quanto itaq́ꝫ mons iſte Carmelus alijs eſt eleuatior, tanto certe magis æquum uidebitur, ſi præ cæteris

uirtutis faſtigiũ conſcendere enitamini. Nẽpe mons ob ſuam celſitudinem aptus eſt diuinæ contemplationi locus, & ſuper cæleſtibus reuelationibus accipiendis, quàm locus planus, accommodatior: quemadmodum citius montes imbre irrigari, quàm loca in planitiem ducta, liquido conſtat. Præterea, mons æternam beatitudinem apte admodũ deſignat. Quippe, quanto is editior fuerit & ſublimior, tanto cælo uicinior & à terra diſtantior eſt. Haud ſecus quanto uitam à terrenarum rerum cupiditatibus liberiorem & ſemotiorem ducimus, tanto æternæ felicitati propius accedimus. Verum complures (quod magnopere dolendũ eſt) occurrunt, à mõte quidem nomẽ ſortiti, ſed montis faſtigia exoſi, in lutoſis conuallibus habitant hominum frequentiam, improborumq́ꝫ contubernia colũt. Qui cum inter plebeios & infimæ ſortis uiros ſua neglecta dignitate uerſentur, ut eis moribus aſſimiles euadant, oportet. Enuero, ut chamæleon cuicunque rei propinquat, eius colorem protinus induit & contrahit: ita & homines illorum facile imbuunt moribus, quibuſcũ frequens eis eſt cõſuetudo. Tertio, Carmelitanæ religionis exordiũ redditur præſtabilius cæteris, ob propinquitatem loci inſtitutionis eius ad locum noſtræ redemptionis. Siquidem Carmelus mons, Iudææ conterminus eſt, in cuius urbe metropolitana redemptio noſtra conſummata eſt. Chriſtus itidem præcipue pro Iudæis redimendis, & potiſſimum uenit. Nanq́ꝫ mulieri Chananææ roganti pro liberatione filiæ ſuæ, dixit: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. deinde, ſecundoq́ꝫ loco, ꝓ gẽtium redẽptione ueniſſe perhibetur. At hi qui primã Carmelitano ordini præſtiterunt originem, ut Elias & Eliſeus, ex Iudæis nati ſunt. Qui uero cæteris religi Matth. 1

onibus prima iecerunt fundamenta, ex gentibus ꝓge niti ſunt. Conſtat itaq;, antiquiorem Carmelitanæ religionis q̃ aliarum, eſſe originem: & ratiõe exordij in hoc cæteris præſtare, iureq; uictimam tranſitus dñi dici, quemadmodũ prius in themate aſſumptũ eſt: Cum
odi.12. dixerint uobis filij ueſtri, quæ eſt iſta religio. &c.

¶In ſecunda ſermonis huius parte, ut præmiſimus, uidenda eſt huius religionis excellentia, ob primi eã inſtituẽtis, utpote Eliæ, dignitatẽ, tribus p̃ſertim modis demõſtrandã. Primũ q̃dẽ elucet ipſi' Eliȩ dignitas, ꝙ ꝓphetarum pater nuncupatus ſit. Quod uel eo cõſtat argumẽto, Nã dñs Iohannẽ Baptiſtam (q̃ inter natos mulierum, ipſius teſtimonio, non ſurrexit maior) non Iſaiæ, non Ieremiæ, nec alteri cuipiam ex prophetis cõfert: ſed Eliæ ut excellentiſſimo, cum inquit de Iohanne: Et ſi uultis recipere, ipſe eſt Elias, qui uenturus eſt, Et Gabriel archangelus ad Zachariam, cũ ſanctiſſimi Iohannis ortũ p̃nunciaret, ait: Ipſe præcedet añ illũ in
atth.11 ſpũ & uirtute Eliæ. Siquidẽ Iohãnes legit ueſtitus pi-
eg.1. lis camelorũ, & zona pellicea circa lũbos eius incinct'. De Elia itidẽ ſacrȩ tradũt literȩ, eũ zona pellicea accinctũ renibus fuiſſe. Iohãnes etiã continẽtiſſimæ & abſtinẽtiſſimæ fuit uitæ, ut q uinũ non biberet, & locuſtas melq; ſylueſtre cõederet. Elias identidẽ, magnæ fuiſſe ſobrietatis & abſtinẽtiæ, in ſacris lr̃is memorat. Propheticæ q̃q; dignitatis in Elia ꝑpendit excellẽtia, ꝙ ei clarius cæteris reuelatũ credat diuinæ incarnatiõis myſteriũ. Nã cũ in Carmeli mõtis uertice, ꝓſtratus ſepties puerũ miſiſſet, q obſeruaret an q̃cq̃ in aere ſuboriri uidiſſet: cũ pri' nihil cõſpexiſſet puer, ſeptimo regreſſu uidit
Reg.18. nubeculã albã, cõtinentẽ intra ſe ſpeciẽ & effigiẽ hoĩs. Quo q̃dẽ indicio ſentiũt oẽs, Eliã diuinæ incarnatio-

nis indubitato prænouiſſe myſteriū:& ꝑ nubeculæ cā dorē,ſacratiſſimæ uirginis Mariæ candidiſſimā purita tē:ꝑ hoīs aūt ueſtigiū,nubis ambitu &cōtinētia cōpre henſum, filiū dei ſuſcepta carne humana in caſtiſſimæ uirginis utero degentem intellexiſſe.Secundo digno-ſcit ipſius Eliæ præſtantia eoipſo, quòd Chriſti ꝓpe-modum fuit æmulus & imitator: eumq́ ut imago ue ritatem antecedebat,in q̃ plurimis illi ꝑſimilis. Chri-ſtus enim acerrimus uitiorum fuit deteſtator, ut q ſæ penumero Phariſęorum mala & fictitiam ſimulatāq́ ſanctitatem uerbis aſperis inſectatus fuerit. Hunc in modum Elias non ueritus regis Achab & reginę Ieza bel ferocem ſęuitiam, quadringentos & quinquagin ta prophetas Baal,quadringentos quoq; ꝓphetas lucorum exterminauit gladio, & ſępiuſculę tum regem tum reginam,zelo dei ſuccenſus,reprehēdit. Chriſtus inſuꝑ quadraginta diebus &totidem noctibus à corporeo alimento potuq́ abſtinuit. Itidem & Elias, cū accepto pane ſubcinericio ambulauit uſque ad montem dei Oreb,quadraginta dierum totidemq́ noctiū ſpatio ſine cibo & potu uictitans. Ad hęc Chriſtus qn q; panes & duos piſces ita uirtute diuina adauxit,ut ex eis ſatiauerit ferme qnq; millia hoīm:& q̃ ſuꝑauerant fragmenta,duodecim cophinos impleuerint. Identidem Elias uiduę Sareptanę oleū & farinā ſic multiplicauit,ut ſine illorū imminutione mulier cū domo ſua illis enutrita fuerit, donec daret dn̄s pluuiā ſuꝑ terrā. Demū,Chriſtus mortuos ad uitam reuocauit, rediuiuosq́ reddidit.Sic Elias Ionam,ut aiunt,defunctum, mulieris Sareptanæ filium, reſuſcitaſſe legitur. Tertio declaratur ipſius Eliæ dignitas & excellentia eam ob cauſam , quòd eum dominus in transfiguratione ſua dignatus eſt cū Moyſe aduocare , ut ſuę diuinita-

3 Reg.18 Matth. 4 3.Reg.19 Johan. 6 3.Reg.17 Ibidem

tis teſtē,ſuiq́ꝫ aduentus ueriſſimū cōprobatorem, contra ceruicoſitatē & duritiē Iudæorꝫ: ad quā tñ transfi-
atth. 17 gurationē non oēs paſſim apoſtolos admiſit. Quis
arc. 9. ergo nō uideat eo facto dominū ꝑtuliſſe Eliā apoſto
c. 9. lis, & oſtendiſſe ipſum illis prǽſtantiorē fuiſſe? Quocirca ratione dignitatis ipſius inſtituentis primū hāc animæ deo per monaſticæ uitæ profeſſionē immolandæ uictimā, non ab re dici poteſt hæc religio, uictima ſpiritualis trāſitus domini, ſicut & in principio aſſumptū
od. 12. eſt: Cū dixerint uobis filij ueſtri, q̄ eſt iſta religio &c.

¶ Demū, tertia pars orationis noſtræ, huiuſce religiōis excellentiā patefacere annitet̄ ex utilitate huius ſacratiſſimæ religionis, quæ tribus itidē modis eluceſcit. Primo, quia uirginitatis ꝑpetuo ſeruandæ uotū atq́ꝫ ꝓpoſitum ab Elia primo eius inſtitutore in primis ortum habuit. Nēpe is primus fuit, qui in ueteri lege uirginitatem ſeruandam animo inſtituiſſe fert. Quod Caſſianus de inſtitutis monachorꝫ cōprobat his uerbis: Prior Elias, inquit, qui in ueteri teſtamento uirginitatis iā flores, caſtimoniæq́ꝫ ꝑfigurabat exempla. Et beatus Hieronymus in epiſtola ad Euſtochiū de uirginitate ſeruanda, dicit: Increſcente ſegete, meſſor immiſſus eſt: uirgo Elias, & uirgo Eliſeus, & multi filij ꝓphetarꝫ. Quod & Baptiſta Mantuanus, Carmelitani ordinis noſtra tempeſtate decus egregium, non ſuppreſſit, ſed hoc carmine complexus eſt:

Hęc eadē (utpote ſeruādæ uirginitatis) ſanctos mo
uit ſententia uates,
Et magnos habet au tores.

Et dehinc ſubnectit:

Clara per hos magnus liquit ueſtigia calles
Elias, Eliadesq́ꝫ uiri, gratiſſima cælo
Progenies, uiſura ſuo de ſemine diuos.

Hinc factũ pleriq; autumant, ꝙ Carmelitanæ religionis ꝓfeſſionẽ amplectentes, digniorẽ q̃ cæteri denominationẽ ſortiti ſunt. Nẽpe cæteri monaſticæ uitæ obſeruatores, à quopiã ſanctoꝝ primo inſtitutore nomẽ ſumunt: Carmelitæ uero, ob uirginitatis ſeruãdæ affinitatẽ (quæ & candido, quod reliquũ tegit amictũ, pallio deſignaẽ) ab ea quæ ſup oẽs ſanctos exaltata refulget, utpote candidiſſima uirgine Maria (cui peculiarit & cæteris obſeruantius obſequiũ impendunt) nomen ſibi uendicant: fratresq; beatæ Mariæ nuncupantur. Qui quidẽ titulus non nouitius eſt, neq; arbitraria recentioꝝ inſtitutione Carmelitis deſignatus, ſed apoſtoloꝝ tpe illis aſſcriptus, ut autor eſt Iohannes patriarcha Hieroſolymitanus, in libro de inſtitutione Monachoꝝ ſic inquiens: Propter primitiaꝝ ſpontaneę uirginitatis ſimilitudinẽ, ſingulariter reptam inter huius ordinis fundatores & dei genitricẽ: ꝓfeſſores ipſius iñ tpe apoſtoloꝝ eã uocabant ſororẽ ſuã, & ſeipſos fratres beatæ Mariæ cognominabant. Secundo, huius religionis utilitas eo innoteſcit, ꝙ ipſa fuerit exẽplar oĩbus alijs monaſtice uiuendi legibus. Quibus ut ꝓfectione, ita quoq; & tpe, multo prior extitit. Quandoquidẽ oẽs cæteraꝝ religionũ ꝓfeſſiones, ab hac una ſuum inſtitutũ & regulã deſumpſerunt. Quod luculentiſſime Baptiſta Mantuanus in tertio Parthenices Marianæ libro exprimit, hoc carmine:

Quicquid habent alij montes pietatis, ab iſto
Ducitur, hac una plures è uite racemi
Diffuſi, late terras atq; æquora complent.
Hinc Carthuſiacis æterna ſilentia clauſtris,
Hinc uarias Benedictus oues collegit: ab iſto
Canabe nodoſa tunicas arcere fluentes
Liguipedes didicere uiri, quiq; arua colebant

Inuia, & aſſiduo terras ardore calentes.

Multa quoq; & alia monaſticæ inſtitutionis generi idem elegantiſſime, pſequit, quę ab hac religione deſcendiſſe commonſtrat. Tertio, comprobat huius religiõis utilitas eam ob cauſam, q; adiutrix apoſtolorũ fuerit in diſſeminanda fide & doctrina euangelica, ut atteſtat Ioſephus Antiochenus, de pfecta militia primitiuæ eccleſiæ ita inquiens: Perfectorũ militum Chriſti apoſtolorũ coadiutores, ſurrexerũt ſtrenuiſſimi uiri, contemplationi dediti, ſanctorũ, pphetarũ Elię & Eliſei ſequaces: qui de monte Carmelo deſcendẽtes, per Galilæam & Samariam & Iudæam, fidem Chrſti docuerunt: quiq; in Mariæ uirginis honorem, in montis Carmeli decliuio oratorium fabricãtes, ſaluatoris matri deuotiſſime ſeruierunt. Prætereo conſulto, q; ſummorum pontificum ſanctionibus approbata ſit Carmelitani ordinis obſeruantia, & eccleſiaſticis concilijs confirmata, ut in ſexto libro decretalium, titulo de religioſis domibus, capitulo Religionum, hunc in modũ decreuit concilium Lugdunenſe. Cæterum, eremitarum ſancti Auguſtini & Carmelitarum ordines, q̃rum inſtitutio dictum concilium generale præceſſit, in ſolido ſtatu uolumus permanere. Quocirca deſiſtant poſthac æmuli in hunc tam ſacrum & approbatum ordinem oblatrare. Non enim ſuis obtrectationibus ei quoquo modo derogare poterunt, neq; illius candorem commaculare. Cæterum, celeberrimi patres, grauiter id dolendum eſſe exiſtimo, quòd illi ipſi qui hanc profitentur religionem, uitæ & morum improbitate, ordinis ſui integritati magis detrahunt, q̃ alij uerbis. Pleroſq; enim eſt inuenire, qui ſolum religionis huius habitum præ ſe ferunt, factis autem eam negant. Et hi maiorem inferunt maculam atque infa

miam, grauiuſq́ Carmelitis dedecus ingerunt, quàm improbiſſimi quiq́ oblocutores: quandoquidem praua exempla, quàm uerba, magis officiunt. Quid obſecro prodeſt contēdere, Carmelitanum ordinem & antiquitatis & perfectionis nomine, mirum in modū excellere, ſi minus q̃ cæteri illius tam ſanctæ religionis ꝓfeſſionem obſeruent eius alumni: cum ubi reddenda erit coram ſupremo iudice totius uitæ anteactæ ratio, non quis digniorem antiquioremq́ religionem profeſſus fuerit, ſed quis ſuæ religiōis inſtituta melius obſeruauerit, diſtricta fiet diſcuſſio? Illa ſane deberet, uiri ſapientiſſimi, eſſe Carmelitarum cum alijs contentio, non quis ordo altero ſit excellentior, ſed quis ordinē ſuum magis ad unguem & integrius ſeruet. Nempe tā dignus eſt ordo, quantam ei dignitatem profitentium illum uita affert. Quid, rogo, prodeſt gloriari, ſe ab Elia & Eliſeo primam ordinis inſtitutionem habere, & eorum inſtituta operaq́ non agere, neq́ illos duces ueſtros imitari? Summopere formidandum eſt, ne Chriſtus uobis exprobret, ꝙ patrem habetis Eliam, opera tamen Eliæ non facitis. Quemadmodum Iudæis improperauit, ꝙ patrem haberent Abraam, eius tñ opa nō facerēt. Quid quæſo cōfert, candidā in corpore ueſtē gerere, & mētē habere penitus deformē & coingnatā pctō? cū religioſum nō faciat habitus, non candor amictus, ſed uita pctī immunis, & mēs cōſcia recti, cuius ſolā rōnē habet ſcrutās corda & renes deus. Facite ergo uiri religioſiſſimi, ut ſp ſanctiſſimaītegerrimę uitę maioꝝ uroꝝ exēpla añ oculos ſtatuatis: q̄s eq dē lōge melius q̃ egoipſe, uel de noībus & cognominibus ob laudabilē, ac nūq̃ intermoriturā illoꝝ actæ uitæ ꝓbitatē noſſe poteſtis. Ii eñ oīno ab obſcœnis illis uoluptatibus, laudis ac uirtutis inimicis, totūq́ ho

Johan
Pſalm.

minem in tartara demergentibus, abhorruerunt: nec-non illuſtriſſimã generis nobilitatẽ, ampliſſimas facultates, pingue patrimoniũ, põpas, honores, & corpore & omibus ſecretioribus animi affectibus ſpreuerunt: innumera deniq; alia, quæ carnales atq; mundani homines mire complectunt, ac impendio delectant, non modo forti atq; infracto animo cõtempſerunt, ſed prorſus homine indigna iudicauerunt: & diuinã ſingularis ueſtri patroni Eliæ uiuendi rationem, ab ineunte ętate, donec è uiuis migrarent, feliciſſime ſunt ſecuti. Atq; hic q̃ pie, q̃ caſte, q̃ ſancte, q̃ ſacris ſtudijs, q̃ humilibus pcationibus, omẽ uitę tempus tranſegerint, nec dici, nec excogitari certe poteſt. Primũ ſiquidẽ fœdã illã carnis pruriginem, ac titillantes uenereos inſultus, cibi potusq; homines parciſſimi, frequẽti ieiunio macerabant: maceratos, multis pcibus tandem marceſcere cogebant. Norant eñ, pbe huiuſmodi uoluptatẽ hebetare animi uigorẽ, eneruare uires corporis, accelerare ſenium, certiſſimã deniq; malorũ omium eſcã eſſe. Adde quod non fugiebat uiros tam pios, in uoluptatis regno nullũ omino eſſe tẽperantię locum. Meminerant, pinde, quibus pniciem attulerit corporis uoluptas, eo quod plus aloes habeat q̃ mellis. Porro, intelligebant religioſiſſimi illi patres, hanc penitus cõtrariam eſſe huic potiſſimum zelo, quo ferebant in optimi maximi Ieſu amorem, & in ſuſpiciendã rerũ cæleſtium contemplationẽ. Hos hoc unũ inter maxime egregia immortalitati conſecraſſe crediderim, quod quantumuis recte agerent, ſemp humilimi atq; abiectiſſimi haberi uoluerunt. Quaſi uero tantorũ uirorũ animũ p claræ illius domini noſtri Ieſu Chr̃i lectiunculæ, diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, nulla unquã
Matth.11 cepit obliuio. Taceo q̃ tota plauſtra, totas naues fortu

næ bonis refertas reliquerint, grauiſſimũ arctiſſimæ paupꝛtatis onus lubentiſſime ſubeũtes. Etẽ hocipm̃ mihi recte legiſſe uident, quod ſcribitur in euangelio Matth. Si qs uult poſt me uenire, abneget ſemetipm̃, & tollat crucem ſuã, & ſequat me. Quid eñ, pdeſt hõ- Matt. mini, ſi uniuerſum mundũ lucret, ſuæ animæ uero detrimentũ patiat? aut quã dabit hõ cõmutationẽ, p anima ſua? Ne uero orõne plus q̃ par eſt, plixiore, uobis faſtidiũ pariã: ſupſedeo dicere, quot uiri tũ pborꝝ morũ, tũ ſpectata uitæ integritate clari, ex hoc religioſiſſimo uro cœnobio, in totũ terrarꝝ orbẽ fluxerint: lõge eñ plures q̃ olim ex equo Troiano Græci pſilierunt. Ad hæc, ſi cõmemorare uellẽ, quibus moribus, quibus literis, quibus uirtutũ ornamentis, quanta deniq; uirę excellentia ac dignitate, religioſiſſimã hanc domũ illuſtrarũt: me ſane citius tẽpus deficeret, q̃ orõ. Ad horꝝ igit tã pclara ſtẽmata ueſtrã om̃em uiuendi rationẽ cõponite, illorꝝ ueſtigijs penitus inſiſtite, pſtantiſſimum illorꝝ animũ, ad impetus & carnis & mundi & dæmonis elidendos, inducite. Eia agite religioſiſſimi uiri, ne defatigemini, ne conquieſcite, donec pulcherrimis geſtis honeſtiſſimũ finẽ impoſueritis. An aliquid uobis durꝝ uideri debet, quo parat æterna felicitas? Ardua ẽ equidẽ (iuxta Heſiodũ) uirtutis uia, ſed in uertice manet inæſtimabile pcium. Cogitate quæſo, nihil eſſe tã arduũ in rebus humanis, quod non efficiat, ſi ſibi imperarit aĩus, ut magnope uelit. Cogitate, inquã, laborẽ eſſe breuẽ, felicitatẽ uero ad quã pperatis, eſſe pennẽ. Et eã ſane ob cauſam ſupius adducta eſt religionis iſtius dignitas, & demõſtrata excellẽtia, ut quãto eam cognoueritis digniorẽ, tãto impenſius enitamini uitã ueſtrã eius dignitati aſſimilare, eaq; p ſua dignitate obſeruare. Quippe q quãtæ ſit excellẽtiæ ura religio co

gnoſcit, contemnit tamen illius præſtantiæ uitam ſuam conformare, grauius ſibi præparat & durius iudicium. Hos tamen à recto uirtutum tramite graues lapſus & morũ enormitates, in meliorẽ ſtatum reuocare põt tua uigilantiſſima cura, grauiſſime paſtor, qui Carmelitarũ huius ꝓuinciæ auſpicatiſſime moderationem ſuſcepiſti. Nempe in te ſummus eſt ſacrarũ literarum ſplendor, q̃ tenebras omnes errorũ tua clariſſima luce propellas. In te itidem relucet animi integritas & uirtutum copia, quibus aberrantes ad rectitudinem uitæ quàm facilime reducere potes. His accedit grauiſſima tuæ curæ paſtoralis autoritas: qua, rogo, pullulantes in Carmelitanę religionis agro uepres & mala gramina reſeces, uirtutum ſeminaria inſeras: ut tuo pręſidio ampliſſima bonarũ operationum ſeges colligi poſſit ab huius ordinis operarijs, & in horreũ ęternę beatitudinis recondi. Quam tandem poſt decurſum huius peregrinationis agonem & ſtadiũ, concedat nobis deus in ſecula benedictus. Amen.

IN CAPITVLO GENERALI ordinis Cluniacẽſis, ſermo.

PLantati in domo domini, in atrijs domus dei noſtri florebunt. Pſalmo primo & nonageſimo deprompta ſunt hęc uerba, atq; in pręcipuam huius orationis propoſitionem adducta. Magnus ille prophetes & legiſlator Moyſes, celeberrimi patres, cum à domino mittendus eſſet ad Iſraeliticum populum, duriſſimo Pharaonis iugo eximẽdum: trepidus huiuſmodi detrectauit legatiõem, & inter alia, ut liber Exodi oſtendit, hãc quoq; ꝑtendit excuſationẽ: Obſecro dñe, nõ ſum eloquẽs ab heri & nu
Exod. 4. diuſtertius. & ex q̃ locutus es àd ſuũ tuũ, impeditioris & tardioris linguę ſum. Cęterũ, ſi tantus uir & à deo ad

ardua liberandi populi Iſrael ꝓuinciã electus, ſuę cau ſatus eſt linguę tarditatem, qui tamen ſingulari familiaritate domino coniunctus fuiſſe ſcribitur. Nã, ut deinceps Exod. atteſtat, loquebatur dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet homo loqui ad amicũ ſuum. & in Numeris de eodem aſſerit, ꝙ erat Moyſes uir mitiſſimus ſup omes homines, qui morabantur in terra. Vbi & dominus excellentię eiuſdem atqꝫ dignitatis clariſſimum perhibet teſtimonium, dicens: Si qs fuerit inter uos ꝓpheta domini, in uiſione apparebo ei, uel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omi domo mea fideliſſimus eſt: ore eñ ad os loquor ei: palam, & non per ęnigmata & figuras deum uidet. Si tantus, inquam, & diuinis muneribus cumulatiſſime inſignitus, trepidauit corã Pharaone dei cauſam agere: quid mihi obſecro factitandum eſt grauiſſime cœtus, qui ſum puluis & cinis, & nequaquam dignus ſoluere corrigiam calceamentorum ęius? Iuſtáne mihi oblata eſt occaſio trepidandi, reformidandiqꝫ, coram hac ſplendidiſſima tantorũ uirorum corona hiſcere, oſqꝫ meum ad loquendum aperire? cum non ſit ſermo in lingua mea, nec ea loquendi uenuſtas, quæ hoc grauiſſimo digna ſit auditorio: neque id doctrinæ ſuppetat, quod huic obeundo muneri ſufficiat. Quocirca nemo in admiratione adducatur, obſecro, ſi meæ imbecillitatis conſcius, & huius oneris magnitudinem animo uolutans, uehementi fuerim trepidatiõe affectus: quæ & uocẽ mihi ꝓpe modum ꝑcluſerit, linguæqꝫ negauerit officiũ, cũ aſſerãt philoſophi eã eẽ uehementis naturã timoris, ꝙ loquẽdi nõnunq̃ adimat uſum, ſtupidũqꝫ & obmuteſcẽtẽ reddat hominem. Verũ ex altera parte animaduerti attẽtius, qd Moyſi nimia puſillanimitate cõtremiſcẽti

Exod.
Nume
Gen. 3.
Pſalm.

Exodi 4. reſpõderit dñs: Quis fecit, inquit, os hominis? aut quis fabricatus ẽ mutũ & ſurdũ, uidentẽ & cęcũ? Nõne ego? Perge igit̃, & ego ero in ore tuo, docebóq; quid loquaris. Quibus quidẽ uerbis & Moyſi & omnibus ꝓ domino locuturis, pollicet̃ ꝓ ſua benignitate deus opem, facileq; pſidium. quod & in libro Sapientię magnæ ef-
Sapien. 10 ficaciæ eſſe commonſtrat̃, quoniam ſapientia, inquit, apuit os mutorũ, & linguas infantiũ fecit diſertas. Itaq; fretus diuini auxilij fiducia, huic meas imbecilles uires grauiſſime pmenti oneri, inualidos ſubmiſi humeros: ſola maioribus meis (qbus meipſum & omia mea debeo) obediẽdi rõne inductus, qui quũ mihi hoc munus deſignarint, nõ poſſum illis morẽ nõ gerere. Siquidẽ, nõ me fugit q̃ diſpliceat deo inobediẽtia, qua pri-
Gene. 3. mus parẽs paradiſo uoluptatis factus extorris, in hoc
1. Reg 14 miſerũ exilij ſolũ detruſus fuit: qua itidem Saul ex ſummo regni faſtigio deiectus eſt, & regio ſtemmate deſtitut⁹. Neq; cõtrà me pterit q̃ accepta deo fuerit Ab-
Gene. 22. raæ obediẽtia, ſponte filium ſuum offerentis in holocauſtum, & largam exinde benedictionem conſequuti. Quàm grata itidem Chrĩ obedientia, qui factus eſt
Philip. 2. obediẽs patri uſq; ad mortem, mortem autem crucis, & nos omnes ea obſequẽdi promptitudine redemit. Melior eſt, inquit Propheta, obedientia q̃ uictimæ. à q̃
1. Reg. 15 ut nullo pacto diſcedamus, iniunctam aggredi ꝓuinciã ꝓ uiribus annitemur, ſi mõ deiparę uirginis Marię implorauerimus auxiliũ, angelicũ ei ſupplicit̃ offerentes alloquium: Aue Maria grã plena, dñs tecum.

¶De plantatione ſacratiſſimæ religionis monaſticæ loquuturi, quonam pacto in domo dei, ſcilicet ecclesia, altas radices fixerit, & in atrijs eiuſdem domus ſpirantiſſimos flores cum huberrimo fructu protulerit, pſtãtiſſimi patres, in duas partes noſtrã oratiũculã

partiemur. Quarũ prior exordium plantationis eius & progreſſum, floridumq́ illius germen ad hæc uſq; nr̃a tempora ſtrictim deducet. Poſterior uero, nocumenta quæ perniciem inferunt, & exitium plãtationi huic myſticæ, ſterilitatemq́ floribus & fructui producẽdo inducunt, explanabit. Ad prioris particulæ abſolutionem accedentes (quæ plantationis myſticæ huius ſynceræ religionis principium atq; progreſſionem eſt explicatura) id in primis oſtẽdamus operæprecium eſt, quod ſi diligẽtiori indagine rimemur antiquam huiuſce culturæ originem, comperiemus eam ab optimo frugiferæ cuiuſuis inſitionis autore domino noſtro Ieſu Chriſto, auſpicium ortumq́ ſumpſiſſe. Et id perrecte quidem. Nam ipſe (ut de ſe teſtatur) uitis uera eſt. Iohan. & quicunq; ei fide per charitatem operãte adhęſerint, palmites ſunt: qui in eo manentes, plurimum fructũ afferunt. Itaq; quum in hoc mundo diuerſatus plantaret eccleſiam, omniumq́ uirtutum ſurculo fœcundaret: tum quoque inſeruit bonum doctrinæ ſemen, ex quo tanta huius ſanctiſſimæ religionis amplitudo enaſceretur. Nempe præcipua uitæ ueſtræ regularis obſeruatio in tribus potiſſimum inſtitutis tãquam fibris in unam radicem conuenientibus conſiſtit: caſtitate, paupertate & obedientia: quorum ſi uel unũ defuerit, non poteſt religiõis unquam ſanctimonia à quopiam integre ſeruari. Atqui hęc tria ex doctrina euãgelica uel manifeſtiſſime deprompta ſunt. Caſtitas quidẽ ex eo, quod apud Matthæũ ait dominus noſter uirtutis oĩs plantator: Sunt eunuchi qui ſe caſtrant propter regnũ Matth. dei. Non omnes quidem capiunt uerbum iſtud, ſed q poteſt capere, capiat. Vbi de eunuchis uerbum facit, non qui materiali ferro, ſed ſpirituali cultro continẽtiæ, omnes à ſe carnis cupiditates reſecarunt & abiecte

runt. Paupertas uero ex eo, quod eodem loco ait uitæ
Matth.19 cæleſtis magiſter: Si uis perfectus eſſe, uade & uende
oĩa quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me: & ha-
Luce.14. bebis theſaurum in cælo. Rurſum alibi, Omnis ex uo
bis qui nõ renũciat omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt
meus eſſe diſcipulus. Demum, obedientia ex eodem
euãgelici magiſterij fonte ꝓfluxit, quum dicit: Si quis
Matth.16 uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat cru
cem ſuam, & ſequatur me. Quæ autem maior eſſe po
teſt ſuipſius abnegatio, q̃ ſpontanea proprię uolunta
tis abdicatio, quæ per obediẽtiam fit? Itaq; liquido cõ
ſtat hæc tria germina, in quibus totius religionis ſum-
ma conſiſtit, ſuæ plãtationis initiũ ex euangelica ſum
pſiſſe cultura: & tum quoque ualidas & firmas in uiris
apoſtolicis radices fixiſſe, qui plantati fuerũt in domo
domini per manum ſummi hortulani: & redolentiſſi-
mos in primordio naſcentis eccleſię flores emiſerunt,
omnigeno uirtutũ odore adornatos, & copioſiſſimos
bonorum operum fructus ſuo tempore proferentes.
Videre tunc erat in apoſtolica congregatione ex hac
plantatione multitudinis credẽtium cor eſſe unum &
animam unam: neq; quempiam aliquid ut ſuũ ſibi uẽ-
dicare, ſed eſſe illis omnia communia. Tunc uera ſpõ-
taneaq; rerum caducarum & fluxarũ, ſiue (ut interpre-
tabatur Bias ille) fortunæ ludibriorũ contemptio, uolu
ptatum carnis abdicatio, honorumq; mundi aſperna-
tio admirabili decore floruerunt: & omnimodum ꝓ-
tulerunt uirtutum prouentum. Neque Iudæę tantum
anguſtis finibus, ſed & per totum orbem, quo apoſto
licæ perſonuit prædicationis buccina, hæc ſancta plan
tatio, hæc uirtutum efflorefcentia, hæc fructuum hu-
bertas diffuſa eſt. Cumq; longiuſculo temporis inter-
uallo inciperet huius ſacræ plantationis radix elangue

ſcere, flores emarcere, fructus rariores fieri: miſit pro ſua ſingulari in homines bonitate deus ſeruum ſuum Benedictum, ſpiritualem ſane & peritum agricolam, qui hanc plātationem raſtro diſciplinæ & ſarculo monaſticæ inſtitutionis innouaret, repaſtinaretque. Is autem diuino ſpiritu ductus, in monte Caſſino, ut domo domini, uineam domini Sabaoth plantauit, tribus prędictis radicibus innixam atque ſtabilitam. Aedificauit etiam in ea turrim circunſpectionis & directionis ſuperiorum, & ſepem cuſtodiæ regularis atq; monaſticæ circundedit ei. Verum dictu difficile foret, grauiſſimi patres, quanti ex hac Benedicti plantatione flores, quantumve fructus prodierit. Reuera non inconcinne huic nouellæ plantationis autori accommodari poteſt, quod in pſalmo ſcriptū eſt, utpote quod uineam de Aegypto ſanctus Benedictus trāſtulit. Nam fructuoſam monachorum congregationem de tenebroſo ſtatu mūdi à duro Pharaonis imperio, traduxit ad ſanctiorem uitæ conuerſationem. Eiecit gentes, & plantauit eam: quia ex gentili ritu uiuēdi & huius mūdi deſiderijs eductos, ad uirtutum ſemitam conuertit. Dux itineris fuit in conſpectu eius, quandoquidem & uerbo & exemplo docuit monaſticam, ſecundum cōſtitutam regulam, obſeruare diſciplinam: plantauit radices eius, & impleuit terram. Nempe ut ex uno ſemine multa grana, & ex una radice multi pullulant rami: ita ex hoc primario monachorū patre, copioſa fœtura & proles ſpiritualis progenita eſt. Cuius ut cognoſcatur ſublimitas & altitudo, audiendum quod deinde ſequitur: Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Siquidem mōtium & cedrorū noīe, celſitudo & eminētia tum ſanctimoniæ tum doctrinæ, eorū qui

Pſalm.

Ibidem.

ex hac plantatione in domo domini exorti ſunt, mirificeq; floruerunt, accipienda eſt. Demũ, quàm late fuſa ſit & extenta ramorum huius ſacræ plantationis porrectio, aperte ſequens oſtendit ſententia. Extendit (inquit) palmites ſuos uſq; ad mare, & uſq; ad flumen propagines eius. Nēpe in omnes orbis partes deriuata eſt & diffuſa huius ſacratiſſimi ordinis profeſſio. Quã ob ſecro regionem dabis ſub orbe arctoo aut occiduo ſub ſole iacentem, quę non habeat huiuſce plantationis ramuſculos, plantatos in domo domini, & in atrijs eius florentes? Si luſtrare libet oculis & acie mentis intueri Germaniam, Hiſpaniam, Italiã, & trifidã Galliam: conſpicari in promptu eſt, earum unam quanq; huiuſmodi plantularum & ramorum eſſe refertiſſimam. Cæterum, longo poſt primitiui patris ueſtri plantationem tranſacto temporis curriculo, incuria paſtorum & ſurreptione licētioris uitæ, in deteriorem ſtatum dilapſa ſunt omnia. Euulſa radix uirtutum, & plantaria iuſtitiæ, quorum loco ſuccreuerunt uepres & ſpinæ uitiorũ. Decuſſi ſunt flores honeſtatis & puritatis, & in domo domini exorti ſunt flores putidi, teterrimi odoris, qui graui etiam ſuo afflatu animæ uitam extinguant. Deperijt fructus bonorum operum, opportuno tempore naſci ſolitus: & in domo monachorum prodijt q̃
Pſalm. 72. ſi ex adipe iniqui, fructus impietatis, horroris & iniuſtitiæ. Sed quæ cauſa ſubeſt tantæ permutationis obſe
Thre. 4. cro, & ꝗ obſcuratum eſt aurum puritatis monaſticæ, mutatusq; color optimus religioſæ ſynceritatis? Nulla ſane potior, quàm quod reiecto regularis obſeruationis iugo, in omnem diſſolutionem uitæ morumq; improbitatem licentius abducti ſunt. Nempe quãdiu regula à primo patre ueſtro conſtituta adamuſſim & ad unguem ſeruata eſt, non habuerunt in domo reli-

gionis locum hæc informia monſtra uitiorũ. Fuit enim illa repagulum quoddam & retinaculum, quo contineregtur inſolentes animorum motus, ne toto impetu ferrẽtur in uetita, At uero poſtquam id abruptum eſt uinculum, & effracto aggere, laxatiſq; habenis, inſtituta ſanctiſſimæ regulæ peſſundata ſunt, & proculcata pedibus: tum demum omnis uitiorum eluuies & ſentina cœpit effrenatiſſimo agmine totum hũc ſacratiſſimum ordinem obruere atq; labefactare. Tunc (ut Pſalmographi in loco pauloan̄ adducto uerbis utar) exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt hanc uineam, in domo domini plantatam. Si cauſa requiritur, quia deſtructa erat maceria eius, & uindemiarunt eam omnes, qui prætergrediũtur eam, diſſipantes hæreditatem dñi, & per conculcatam diſciplinæ ſepem facile tranſcẽdentes. Vnde omnis deformitas, irregularitas, ſcandalorũq; cumulus in hanc domini domũ miſere inuectus eſt. Cæterũ, deus (cuius bonitas immenſa & pietas eximia) tantos miſeratus errores, tantam monaſticæ domus deſolationem & ſubuerſionẽ dolens, cõuerſus eſt ſua miſericordia ad nos: reſpexit de cælo, & uidit & uiſitauit uineam iſtam noſtra tempeſtate, illi opẽ ferens: ut quæ prius inculta iacebat & horrida, ad culturam per rectam morũ reformationem reduceretur. Perfecitq; uineam iſtam, quã plantauit dextera ſua, & facta eſt manus ſua ſuper uirũ dexteræ ſuæ, & ſuper filium hominis quem confirmauit ſibi: reuerendũ ſcilicet in Chriſto patrem & paſtorem animarum ueſtrarum, qui hic adeſt, quem longo iam tempore confirmauit deus in huius monaſticę domus moderamine & adminiſtratione. Siquidẽ is ocu latiſſima mente cõſpiciens denſos ſuccreuiſſe ſentes & mala gramina in domo domini; quibus ſpirantiſſimi

Pſalm. 7[illegible]

Ibidem.

Ibidem.

flores, roſariaq́ uirtutum & uiolaria ſuffocata fuerũt, & à ſperato fructu afferendo impedita: quicquid noxiarum herbarum pullulaſſe animaduertit, uigilantiſſima reformatiõis cura & opera euellere ſtudioſius elaborauit, feralibus & peſtiferis malorum radicibus eruendis intentiſſimam nauauit operam, ſenticoſos fruticetes, ſteriles tribulos, & urticas prorſus extirpauit: purgatiſſimamq́ in domo domini plantatam uineã reddidit, ut nouam uirtutum frugem florens edere poſſit cumulatiusq́ producere: deſtructã huius myſticę plãtationis maceriam totis neruis reparauit, clauſtro diſciplinæ muroq́ & promurali eam muniẽs: ne rurſum
Cantic.2. illam ſubeant uulpeculæ, quæ demoliuntur uineas, ne effrenata rurſum licentia & diſſolutio iugũ monachalis ordinis abijciat. Cui quidem adiutor eſt indefeſſus & diligentiſſimus in eo opere domini, generalis totius ordinis, Cluniacenſis prior & gubernator, aliud nihil agitans mente, quàm quo pacto, quæ adhuc deformata ſunt, in debitam redigantur formam. Non modicis igitur præconijs extollenda eſt tua paſtoralis autoritas, non parum commendãda tua auguſtiſſima dignitas, neq́ mediocriter laudi danda tua diligẽtiſſima cura ampliſſime & benigniſſime pater Iacobe Amboſiane, quæ noctes dieſq́ deſudat, ut ad rectum diſciplinæ ordinem referantur, quæcunq́ exorbitantia, quæcunque deuia, quæcunque ab ipſo religionis tramite ſunt aliena. Id certe poſt dei auxilium tuæ acceptum referri debet grauiſſimæ paternitati, ꝙ nunc hac in domo domini religio floreat, uigor & ſeueritas monaſticæ uitæ integerrima obſeruetur: atque in quàm plurimis ex hoc Cluniacenſi fonte huberrime deductis riuulis, ſynceritas & integritas reformatiõis illabefactata teneatur. Neque debita itidem laude fraudanda eſt

uigilantia tua, nunquam dormitans neq; dormiēs, digniſſime domine maior, Philippe Bourgoyne, qui totus dei zelo uelut alter Elias ſuccenſus, prophetas Baal & lucorum, diſciplinæ gladio interficere ſtudes, ut moriatur in eis mundus, uiuat Chriſtus: occidatur in illis qui procul à recto calle aberrarunt, uita irregularis, exoriatur regularis. Proinde præſtantiſſimi patres, qui ad hanc celeberrimam conuocationem annuam certatim & undique conueniſtis, oculis ueſtris proponite patrum ueſtrorum ſpiritualium, paſtoris inquā & maioris, exempla: & ad eorum imitationem totis uirib⁹ incitemini. Videtis duces ueſtros ſpirituales ad malorum eradicationem, bonorumq; plantationem ſummo ſtudio eniti. Torpeſcetis igitur & illis laborātibus oſcitabitis ocioſi? Vecors reuera & timidus ē miles, qui ducem ſuum in bellum ſtrenue proficiſcētem ſequi formidat. Ne igitur uecordiæ & timiditatis damnemini, ſequimini antegreſſos: & quemadmodum faciūt, & uos facere annitamini. Feſtiuus eſt apud Aeſopum fabulatorem & plenus eruditionis apologus, de paruulo cācro: qui cū admoneretur à matre, ut recte & decenter ac non ꝑpoſtere incederet, atq; id ſæpe molitus non poſſet perficere, & à matre increparetur: I præ mater, inquit, ego ſequar, & inceſſum tuū imitabor. Tum uero res digna riſu, mater quū maxime conaretur, nō alio quàm retrogrado & præpoſtero greſſu incedebat. Illud ſane non homini ſolum, ſed etiam omni animāti à natura inditum atq; ingenitum eſt, ut maiores imitetur: & ad eorum mores, naturam atque ingenium, ſeſe cōponat. Quum igitur uos optimi cœnobitæ Cluniacenſes, nacti ſitis hos duos quaſi principes huius domus integerrimos, ſapientiſſimos, erudiſſimos, in quibus tantus uirtutum ſplēdor eluceſcit,

maxime increpandi eritis, ſi in ea luce, quam ipſi uobis præferunt, non ambulaueritis: ſi illos cum morum ꝓbitate & religione, tum etiam ſtudio rerum ſacrarum inſignes, non fueritis imitati. Ego ſane (ut ingenue fatear) ſoleo ſæpe mecum crebris cogitatiōibus uſurpare nonnullorum, cum huius ordinis, tum aliorum multorum cœnobiorum calamitatem: ſoleo frequenter illorum uicem deplorare, quod paſtores habeant lōge ſemotos à grege, nihil de periculo ſui gregis ſolicitos, occupatos negocijs ſecularibus, multo maiorem operam impendentes, aut proprijs commodis, aut coacer uandæ pecuniæ, aut uoluptati demum atq; libidini, q̄ proprijs ouibus gubernandis. Magnam enim quidem curam habent lac exugere, lanis operiri, & omnia quę
ute. 32. poſſunt corradere, ut etiā mel de petra, oleumq́; de ſaxo duriſſimo (ſi fieri poſſet) exugerent: gregis uero & diſciplinæ monaſticæ, diuiniq́; cultus & inſtaurandorum ædificiorum, nulla mentio, nulla ſolicitudo. Qualem uos arbitramini in illis cœnobijs politiam atq; dignitatem eſſe poſſe? quomodo ualere mēbra putatis, ubi caput tam male affectum eſt? Sed tamen ex iis permultos noui, qui licet paſtorem domi non haberent, honeſtam tamen atq; religioſam uitam ſumma cum integritate ducerēt. Admonet eñ unūquenq; cœnobitam ſui officij (etſi paſtore careat) ſuus habitus, emiſſum uotū, uitæ genus, cuculla, raſa ceruix, & cæteræ quædam notæ: quæ cum uos à reliquis hominibus diſiungant, etiā admirabile quoddam & ſanctum uiuendi genus pollicentur. Vos igitur cœnobitæ Cluniacenſes, quū præter hæc oīa, etiam habeatis domi duos paſtores ueluti florentiſſima q̄dam lumina toti⁹ probitatis & doctrinæ, quanta digni eritis reprehenſione, ſi à religione ueſtri officij declinaueritis? ſi non (ut dixi) quod faciunt,

& uos facere annitamini? Non enim exiſtimare debetis eas opes atque diuitias, quaſtum uobis, tum aliorum ordinum cœnobitis, pij quondam deo dediti principes, opulentiq́ue uiri liberaliſſime contulerunt, ob eam cauſam eſſe cōceſſas, ut illis male uteremini: imo uero potius, ut illis enutriti, animum auocaretis à rerum mundanarum occupationibus, uosq́ue totos deo eiusq́ue cultui & precibus deuoueretis. Maiorum enim ueſtrorū deuotio peperit diuitias. date operam, ne filiæ matrē ſuffocent. Eo enim cōſilio boni illi uiri his opibus uos ornarunt, quod exiſtimarēt, ut certe eſt, eſſe neceſſarium in oī bene conſtituta Chriſtianaq́ue republica, eſſe quoſdam uiros probos & cordatos, qui ſine intermiſſione rogent dominum pro ſuis & populi peccatis, pro ſalute regis & principum, pro trāquillitate regni & reipublicæ, pro fertilitate terrarum, aeriſq́ue temperie. Alij enim uel negociatiōi, uel agriculturæ, uel diſciplinæ militari, uel dicendis cauſis ciuilibus, alijsq́ue officijs atque artibus intenti ſunt, ut commode illi ſpirituali miniſterio uacare non poſſint. Veſtrarum igitur partium eſt, ueſtriq́ue officij, pro acceptis ab illis beneficijs, ſic uitam puram & ab omni uitiorum ſorde alienam ducere, ut locum habeant fuſæ apud deum ueſtræ preces atque orationes. Et tunc ſecundum ſumptā in principio propoſitionē, religioſi omnes erunt plantati in domo domini, & in atrijs domus dei noſtri florebunt. Pſalm.

¶ Poſterior noſtræ orationis particula, diuulſionē & diſſipationem huius myſticæ plantationis pro pollicitatione noſtra paucis explanabit. Iſaias quidem propheta diuini ſpiritus afflatu apprime edoctus, imo Iſaie. 5 dominus per Iſaiam de uinea ſua electa conqueritur, quam plantauit & ædificauit turrim in ea, & torcular extruxit. Quid eſt, inqt, quod debui ultra facere uineæ

meæ, & non feci ei? Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruſcas. Ieremias itidem, eadem de re in dei nomine
2. cõqueritur: Ego, inquit, plantaui te uineam electam, omne ſemen uerum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum uinea aliena? Plantauit ſiquidem deus primo per dilectum filium ſuum, deinde per beatum patrem Benedictum, ut modo patefecimus, uineam religionis in domo domini, ut in atrijs domus dei floreret, munimentisq; ſalutaribus illam circunſepſit. Sed prohdolor, ubi illa expectatum deberet afferre fructũ & uuas, produxit labruſcas: omnis enormitatis & inſolentiæ flagitia, facinora, ſceleraq; horrenda. In illa itidẽ uinea omne uerum ſemen inſeruit deus omnipotens, quũ nihil officij in ipſa religionis inſtitutione deſit, q̃d ad arcem perfectionis faſtigiumq; & culmẽ uirtutum perducat. Sed huiuſmodi uinea per monachorum inſolentiam & diſſolutionem facta eſt aliena à domino, & conuerſa in prauum: ut de ea recte dici poſſit id, q̃d in Deuteronomio populo Iſraelitico improperat Mo
te, 32. yſes uir dei: De uinea Sodomorum, uinea eorũ, & de ſuburbanis Gomorrhæ. Vua eorum, uua fellis, & botrus amariſſimus. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aſpidũ inſanabile. Porro, ut generatim dicta peculiarius enucleentur, ſupradictum fuit ſolidã & firmam in domo domini plãtationem, tribus præſertim radicibus inniti, caſtitati, pauptati, & obediẽtiæ. Haud ſecus deſtructio & auulſio legitimæ plantationis, in eradicatione harum trium baſium & columnarum religionis uerſatur: quæ nimium inualuiſſe, oculis corã cernitur: & tacẽtibus linguis, ſeipſam prodit. Primo ſiqdem radix caſtitatis in eccleſiaſtica religionis plãtatione paſſim euulſa eſt p impuritatem uitę, libidinem & carnaliũ uoluptatũ cupiditatẽ. Vbi enim nunc uera

& integra in religioſis caſtitas? ubi mentis & corporꝫ puritas? potiſſimũ apud eos, q nõ ſolum corpore, ſed & animo in ſeculo uerſant, obuios habent aſſidue mulieꝝ aſpectus (de irreformatis loquor) quotidiana miſcent cũ illis colloquia, & cõtinuã exercent conuiuendi familiaritatẽ. Inter q̃, obſecro, quonã pacto ſeruari poteſt abſq; carnis cõtagione mentis mũditia? Nunquid poteſt homo, inqt Sapiẽs, abſcõdere ignẽ in ſinu ſuo, ut ueſtimenta illius non ardeant? aut anbulare ſup prunas, ut non plantæ comburant eius? Sic q ingreditur, inquit, ad mulierẽ, nõ erit mũdus, cũ tetigerit eam. Et rurſum idem: Ne abſtrahatur in uijs illius mẽs tua, neque decipiaris ſemitis eius. Multos eñ uulneratos deiecit, & fortiſſimi quiq; interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrãtes interiora mortis. Sed ubi q̃ſo nũc ſtupra, adulteria & fornicationes uehementius graſſant, q̃ inter deformatos monachos? q p̃rimoniũ paupeꝝ ſanguine Ieſu Chriſti cõparatũ, in crapulã, ludos inconceſſos, ociũ & nefandã libidinẽ, gula & ocio enutritã, ꝓfundunt, diſſipãt, diſtrahunt. Apud Romanos ſane uirgo ueſtalis in ſtupro deprehẽſa, qa ad ſeruandã caſtitatẽ erat ex inſtituto aſtricta, uiua in terrã defoſſa fuit: & impudicitiæ triſtes pœnas dedit. Quando fornicatus eſt inſup populus Iſraeliticus cũ filiab⁹ Moab in deſerto Sethin, ut liber Numeroꝝ atteſtat, grauiſſima à deo plaga affectus eſt, ſuſpẽſis primũ contra ſolẽ in patibulis ppl'i principibus iuſſu dñi. Cur igit tremẽdũ dei nõ timẽt iudiciũ monachi, q militare deo in oĩ uitæ ſctimonia deberẽt, ſed à nulla tẽperãt ſpurcitia? Quis eis dabit fugere à uẽtura ira? Iam eñ ſecurꝫ ad radicẽ poſita eſt. Horrẽde eñ & cito ueniet, ſuppliciũ ſumpturus de his, q nõ cuſtodierunt uas corpis ſui in ſanctificatione & honore, q templũ dei uiolarunt, & membra ſua, quæ (Apoſtolo teſte) templum ſunt

Prou. Prou. Num. Matth. Sapiẽ. 1. Cor.

ſpirituſſancti, fecerunt membra meretricis. Faciamus obſecro patres optimi dignos fructus pœnitentiæ, ne
th.3. nos repentino turbine inuoluat formidabilis ira dei. Abijciamus omnem uitæ immunditiam, ut in caſtita te plantati ſimus & floreamus. Secūdo, uolūtariæ pau pertatis radix, qua ſtabiliēda eſt omnis recte plantata religio, eruitur per cupiditatem & appetētiam immo deratam diuitiarum in monachis efferuentem. Sane ſi beatiſſimo Hieronymo credimus, uictus & ueſtitus diuitiæ Chriſtianorum ſunt. Et ſancto Paulo atteſtan te, habentes alimenta & quibus tegamur, his conten ti ſimus. Qui & Timotheum ſic admonet: Diuitibus,
mo.6. inquit, huius ſeculi præcipe, non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum: ſed in deo uiuo, qui præ ſtat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, di uites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communi care, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futuꝛ, ut apprehendant bonam uitam. Quod igitur huius ſe culi diuitibus non permiſit Paulus, utpote diuitijs hui- us mundi copioſe congeſtis confidere, id ſibi monachi licere putant? Theſaurizant & ignorant cui congrega-
lm.38. bunt ea: ſed cum interierint, non ſument omnia: neq; tranſibit cum illis gloria eorum. Nihil enim intulim' in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre qd
imo.6. poſſumus. Diuitum tamen huius ſeculi & monacho- rum longe diſſimilis eſt cōditio, q̄ illi quę ſua ſunt poſ ſident atq; coaceruant: monachi uero, nō quę ſua ſunt, ſed quæ Chriſti, quorum ipſi duntaxat deſignati ſunt diſpenſatores & adminiſtratores. Quiſquis igitur reli- gionis amictu indutus, theſaurum grādem aſſeruas ar ca reconditum, quem in dies augere non deſinis: non tua illa eſt, ſed pauperū pecunia: qui ad ueſtras clamī tant fores, & aſſiduis precibus aures obtūdunt. Ipſi fri

gore & nuditate pereunt, uos eorum pecunia nitido cultu ueſtiti inceditis. Ipſi fame & ſiti ſunt cōfecti, uos crapula diſtenti ingluuiem eructatis. Vos ſplēdidis tectis & magnificis habitatis, illi domibus excluſi, nō habent ubi caput reclinent. Sane in die iudicij ipſi pauperes uos furti arguent & rapinæ coram tribunali Chriſti, quod eis debita bona nimia tenacitate detinuiſtis, quod ipſorum homicidæ & interfectores fuiſtis. Paſce fame morientem, inquit beatus Ambroſius. ſi non pauiſti, occidiſti. Quid tunc reſpondebit quiſq; noſtrum ad illum clamorem pauperū, ô patres grauiſſimi? Obmuteſcet plane, & ſuaipſius iudicante conſcientia, reū æternæ mortis ſe acclamabit. Sed operæpreciū eſt cognoſcere, quænam ſepultura ſit eorum qui paupertati ſeruandæ ſeſe addixerunt, & tamen peculium ſibi ꝓpriaq; bona congerunt. Refert beatus Gregorius in libro dialogorum, monachum quēdam apud quem inuenta fuit occultata pecunia, iuſſum ſepeliri in ſterquilinio extra Chriſtianorum cōmunionē. Tradit etiā euangeliū, diuitē illū auarum, cum mortuus eſſet, ſepultū eſſe in inferno. Itaq; debita proprietarijs monachis ſepultura atq; humatio, eſt quòd eorum corpus in ſterquilinio condatur, anima uero tartareis pœnis perpetuo crucianda mancipetur. Tertio, poſtremoq; loco, obedientiæ radix, qua ſuſtentatur omnis religionis plantatio, euellitur in huius ſacræ culturæ diſſipatione, ꝑ inobedientiam, rebellionem, nimiumq; propriæ uoluntatis amorem. Venit filius dei, qui eſt benedictus in ſecula de cælo, non ut faceret uoluntatem ſuam, ſed uolūtatem patris ſui: cui factus eſt obediens uſq; ad mortem, mortem autē crucis. Idem ipſe, & deus & homo, parentibus & legi ſubditus fuit. At monachus qui pulris eſt & cinis, ſuo prælato tumida mente & elata ol e

Luc. 16
Iohan
Philip
Luc. 2

dientiam præſtare negligit, ſuæ innititur ſentētiæ: q̃d ſuo uidetur iudicio bonum exequi, contendit: quũ cō-
na.13. tra clamet beatus Paulus ad Romanos, omnē animã poteſtatibus ſuperioribus eſſe ſubditã: & qui poteſtati
tri.2. reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Et S. Petrus obediendũ eſſe dicat ꝑpoſitis, nō tm̃ bonis & modeſtis, ſed etiã dyſcolis. Apud Romanos certe tāto ſtudio militaris ſeruabatᷣ diſciplina & obediēdi rigor, ꝙ Manlius Torquatus filiũ ſuũ ingenuæ indolis & uirtutis adoleſcentē (q ꝓuocatus ab hoſte in ſingulare certamen, uictoria potitus fuerat) ſecuri ꝑcuti iuſſerit, q̃d ſuo iniuſſu contra hoſtē pugnauerit. Propheta itidem ille uir dei, q inclamauerat contra altare dei in Bethel, q̃d extruxerat Ieroboam rex ſacrilegus & idoloꝝ cultor, qa cōtra dei ꝓhibitionem comedit & bibit in loco illo, licet alterius pſeudoprophetæ mendacio deceptus, propter inobediētiã à leone in uia præfocatus eſt: ut tertius liber
eg.13 Regum meminit. Quale igitᷣ illos manet, & q̃ durũ iudicium, qui obedientiæ iugũ inſolenter abiecerunt, ꝑcipiteſq́ꝫ quocunqꝫ eos fert ſuæ propriæ uoluntatis impetus, feruntᷣ. Et ſane apud deũ nulla gratior, nulla acceptior, nulla maioris meriti uirtus eſſe poteſt, obedientia. Hac probatus eſt & tentatus Abraam, hac maximopere deo placuit, quum ut uoci dñi obediret, nō re
ne.22. cuſauit uel unicũ dilectiſſimumq́ꝫ filiũ Iſaac ad immolationis locũ perducere. Hanc, quia Saul nō habuit, ab
eg.15. ſciſſum eſt regnũ illius: cui dictũ eſt, Melior eſt obedientia q̃ uictimæ. Perlibēter uobis recenſuero, optimi Benedicti ordinis cœnobitæ, pulcherrimum ſummaq́ꝫ laudis & cōmēdationis memoria dignũ obediētiæ exemplũ, ut intelligatis quantũ ualet obediētia. Sanctiſſimus pater ueſter Benedictus, ubi aliqñ uidiſſet unũ è ſuis cœnobitis, nomine Placidum, in locum quēdam

aut ſtagnū forte fortuna decidiſſe,ita ut periclitaret:cō uerſus ad ſanctū Mauꝝ,q unus erat è ſuis cœnobitis:I celer,inq̄t,Maure,& ſuccurre fratri tuo ne pereat.Res erat quidē ardua & difficilis,& nō carens graui periculo,eū,cui ſine ſuæ ſalutis diſcrimine ſubueniri non poterat,recipere à tali periculo liberandū.At uero Maurus, armatus illa fortitudine ſingularis uirtutis obedientiæ,illuc q̄ celerrime profectus eſt: & quū ſe in lacū ꝓcipitaſſet,nō demergebat:imò ac ſi ſolida firmaq́ꝫ terra extitiſſet,ſuper lacū decurrens,ad illū fratrē ꝑuenit,eumq́ꝫ à ꝑiculo mortis uindicauit. O uirtutē admirabilē obedientiæ,ꝑ quā cū fide præter rem naturā incredibilia edunt opa.Hęc uobis optimi cœnobitæ,ſi frequens,ſi familiaris fuerit, iugū huius ꝓfeſſionis ſuaue reddet & onus leue.Hæc ceu cōmodū quoddā inſtrumentū erit ad facile deportanda uel grauiſſima quęq́ꝫ pōdera.Illa nō ſeruitus ut quidā male calūniant,ſed ē iucūdiſſima q̄dam libertas.Hæc cōcordiā & cōſenſionē in cœnobijs alit, hæc pacē & trāquillitatē nutrit & cōſeruat, hęc ſeueritatē diſciplinæ quodā humanitatis lepore tēperat.Quis quæſo eos dicet ſeruos atq́ꝫ captiuos eſſe, q alacri prōptoq́ꝫ animo obſequentes honeſtis maioꝝ ſuoꝝ præceptis,uitā agunt purā, innocētē, religioſam, deo & hoībus acceptabilē? Ille quidē ſolū ſeruus & captiuus eſt, quē diabolus, quē peccatū, quē fœda terraq́ꝫ uitioꝝ,iræ,luxus,auaritiæ,ſuꝑbię cohors occupat & poſſidet. Mundani quidā uos dicūt ſeruos eſſe & captiuos,ſed nōne multo ſatius eſt,in hac breui anguſtaq́ꝫ uita,aliq̄ tempore ꝓ Chriſto captiuum eſſe, & tandē ꝑpetua libertate frui:q̄ cōtra, circūſcripto q̄dā modicoq́ꝫ tempore,libertatē, licentiamq́ꝫ male agēdi habere,& poſtea æternis uinculis cōſtrictū,ꝑpetuo carceri & nūq̄ defuturę captiuitati mācipari?Equidē ſi

cui deſ optio, neminem tam inſanum arbitror, qui nõ prius illud ſit electurus. An eſt, qui ignoret regnum cælorum eſſe uenale? Non quidem ocio, luxu, requie, diuitijs, faſtu: ſed ſpiritus & rerum paupertate, labore, cõtinentia, ſolicitudine. Etenim ſi q in hoc ſeculo ſuis uoluptatibus & delicijs perfruuntur, æquali fructu & gloria compenſarentur in futura uita, atq; ij qui omnẽ ętatem contriuerunt in labore, ſtudio, uigilijs, ieiunijs, cultu diuino, æqualis'q; & eadem omnium eſſet merces: eſſetis quidem (ut cum beato Paulo loquar) miſerabi-
1.Cor.15. liores cæteris hominibus. At uero quum Chriſtus pollicitus fuerit beatos fore eos qui lugent, quoniam con
Matth.5. ſolabuntur: & qui eſuriunt, quoniam ipſi ſaturabũtur, & qui abrenunciant omnibus fortunis ut deo ſeruiãt, quoniam ad uitam æternã ingredientur: & ꝙ per multas tribulatiões oportet ingredi in regnum cælorum, certiſſima ſpes eſſe debet eis, qui per obedientiam patienter pro Chriſto ſuſtinuerint ſuæ profeſſionis onera, ꝙ ſuorum laborũ fructus ampliſſimos atq; huberrimos ſint aliquando recepturi. Quamobrẽ optimi cœnobitæ exiſtimate nullum eſſe uitæ mun⁹ huic ueſtro anteponendum, modo illius admirabilis uirtutis obedientiæ ſimul & caſtitatis, atq; paupertatis, diligentiſſimi obſeruatores fueritis: ſi ſcelerum & inobedientiæ noxias radices euulſeritis: ut poſt huius uitæ curriculũ mereamini eſſe plantati in domo dei cæleſti, & in atriis ſupernæ matris noſtræ Ieruſalẽ, immarceſcibili gloria florere. Quam nobis omnibus tandem cõcedat deus omnipotens, qui eſt trinus & unus & benedictus in ſecula. Amen.

SERMONVM IVDOCI CLIchtouei Neoportuenſis, doctoris theologi & canonici Carnotenſis, finis.

INDEX VERBORVM ac rerum, quæ in præcedentibus Iudoci Clichtouei homilijs paſſim tractantur, ſecundum ordinem alphabeti ſtudioſiſſime digeſtus.

Meminerit lector, a litera priorē paginę medietatem indicari: b, poſteriorem. caſtigādumq; in primis eſſe numerū 219.496.

AArōis virga quid prę figurarit 109.a
Abel cuiꝰ figura 113.b 461.b
Abiu ⁊ Nadab ob quid ſubito extincti 398.b
Abuſus quidā peſſimus 223.b
Achan ob furtum a Joſue lapidatus 258.b
Achitophel cuiꝰ figura 236.b
Acolythorum officium 332.b
Adiectio duorū nominū in fine ſalutationis angelicę, cur facta ſit 81.b
Adulterium quid 247.b
Aeſopi de cane fabula 285.a
Agnus paſchalis cuius figura 320 a
Allidere paruulos ad petram 61.b
Amalech cuius figura 61.a
Amen quid ſignificet 70.b
Amen in fine ſalutationis angelicę quid valeat 82 b
Amnon cur a fratre per inſidias occiſus 249.a
Andreę ſecundꝰ articulus ſymboli 92.b
Anni diſcretionis quando incipiant 318.a
Anſes quis ſecundum Cyprianum 94.b
Appetitus duplex 282.a
Applicatio voluntatis noſtrę ad malum, vnde 49.b
Aries vepribus inhęrens, qd ſignet 117.b
Arrius 466.b
Articulus ſymboli quartꝰ Johanni euāgeliſtę aſſcriptus 111.a
Articulꝰ Jacobi minorꝫ 156.a
Articulus ſymboli primꝰ cuiꝰ ſit 86.a
Articulorum fidei non petendas eſſe rationes 86.b
Aſcenſionis Chriſti ſitus ſeu locus 134.b
Aſcēſiōis Chriſti figurę 131.b
Aſmodęus 341.a
Aue quid ſit 76.b
Auguſtini nondum Chriſtiani in matrem pietas 228.b

B

BAlſamo quid ſignificetur 308 b
Banna nuptiarum fieri debere 342.b
Bannorum redemptio illicita 342.b
Baptiſmus triplex 298.b
Baptiſmi forma 300.b
Baptiſmi et vnctionis extremę in conferendo differen-

tia 351.b
Baptiſmi effectus ſeptem, ꝛ eorum primus 302 b
Baptiſmi miniſter quis 301.a
Bartholomei in ſymbolo articulus 129.b
Baſileẽſis cõcilii decretũ. 401.
Beatitudo quid ſit 186.a
Bñdictio dei ſup quos 229.a
Benedictus quid contra titillationẽ carnis fecerit 279.b
Bethſamitarum pœna 442.a
Biantis ſententia 514.b
Bifariam nos eẽ ſeruos Chriſti 100.b
Blancha 233.a
Blaſphemia quedã vulgo iam inter quoſdam cõis 49.b
Bona triplicia 11.b
Bona regni celeſtis ſeptuplicia 21 a
Bonorum nomine quid intelligendum 22.a

C

Carmelus vbi ſit 500.b
Carmelitani ordinis triplex excellẽtia 500.a
Carmelitani ordinis inſtitutores 501 b
Carmelitarum digni⁹ ceteris ordinibus cognomen 505.a
Caſſinus mons 515.b
Caſus quidã in baptiſmo 301.
Catechiſmus quid 301.b
Catharos qui ſe vocẽt 168.a
Catholica qd ſignificat 161.a
Cauſe peſtis tres, ꝛ earum prima 383.b
Cauſe aliquot honorandi nominis diuini 16.b
Cauſe pcipue tres ſabbati in dominicũ diẽ tranſlati 217.b
Cauſe tres implẽdi ſedulo voluntatem dei 34 a
Cauſe quinque malorum pœne in preſenti obuenientiũ 69.a
Cauſarum illarum ſecunda et tertia 385.
Celi nomine quid intelligatur 9.a.92.a
Ceremonie aliquot ordinandorum 337.b
Ceremonie ſacramenti confirmationis 311.a
Ceruus viuax 182.b
Cham patris irriſor, quã pœnam incurrit 232.a
Chameleõtis ꝓprietas 501.a
Chananeorum naturalis fortitudo 58.a
Charitas Chriſti erga homines 112.b
Chriſtus bifariam dñs noſter 100.a.b
Chriſtus quale nomen 95.b
Chriſt⁹ quomodo ſepultus dicatur 119.b
Chriſtus quare in ligno mortuus 116.b
Chriſtus quomodo ad patris dexteram ſedeat 136.b
Chriſt⁹ ad inferna quomodo deſcenderit 125.b
Chriſt⁹ quãdo ſurrexerit 128.a
Chriſtus quomodo dicatur filius dei 96.b
Chriſtus quõ iudicet 143.b
Chriſti clamor in morte, quid inſinuet 118.a
Chriſti natura duplex 98.b
Chriſti corpus non ſucceſſiue, ſed ſimul integre formatum 104.b
Chriſti matrem verius matrẽ eẽ ꝙ matres vulgares 104.a
Chriſto quam grati eſſe debemus 102.a
Chriſtum in humana forma iudicaturum 144.a b
Chriſtum prebuiſſe nobis exẽ

pla virtutum multipliciter 112.a
Chriſtum Marię ꝛ filium eſſe ꝛ creatorem 106.a
Chriſtos multos fuiſſe 96.a
Ciceronis in dicendo fucus 433.a
Ciconiarum in parentes pietas 229.a
Clericus quis 296.b
Cluniacēſis ordo initium vnde ſumpſerit 513.a
Columbę nomine quid ſignetur 159.b
Commoda ex prompta obedientia voluntatis dei prouenientia 35.b
Cōronis nomen cui per excellentiam conueniat 162.a
Concubinę ſacerdotū 409.b
Concupiſcentiā tertiam peccatum eſſe 277.b
Concupiſcentia triplex 277.a
Concupiſcentię pernicioſę in Achan ꝛ Giezi exēplū 286 b
Conditiones aliquot ad verā remiſſionē neceſſarię 170.b
Conditiones aliquot eccleſię ſeu proprietates 158.a
Confidentię in homine ꝛ glaciei comparatio 18.a
Confirmatiōis effectus 310.a
Confirmationis materia quę 308.a
Confirmationem non reiterādam 312.a
Confirmationis ſacramētum quā neceſſarium 307.b
Conſiderationes quinq; ad frenandam rerum alienarū cōcupiſcentiam, ꝛ earum prima 283.a
Conſiderationes quatuor inducētes nos ad prompte cuſtodiēda dei pręcepta 190.b
Conſuetudinis cuiuſdam malę exploſio 221.b
Contritio quid ſit 322.b
Cordis nomine quid intelligēdum 275.a b
Cornix homine viuacior 182.b
Corporis nomine quid intelligatur 359.b
Creator cęli ꝛ terrę cur dicatur 91.b
Creare quid ſit 92.b
Credere deū, deo, ꝛ in deum, quid ſit 87.b
Credo quid deſignet 86.a
Crucis ꝛ partium eius myſtica ſignificatio 117.a
Crux vexillum cuius 309.a
Culpę malum, quid ſit 67.b
Debilitas duplex 309.a
Debitores qui in oratione dn̄ica intelligendi 53.a
Debitorum nomine quid intelligendum in oratione dominica 48.b
Decalogi pręcepta q̄t 200.b
Definitio reſurrectionis 173.a
Deitas ſpūſſancti oſtenditur contra Macedonium 149.b
Detractor vno ictu quot animas perdat 241.b
Deum peccata proprie dimittere 47.a
Deum a nobis tripliciter ſanctificandum 13.b
Deum facere dici quę fieri permittit 59.b
Deum non eſſe autorem mali culpę 59.a
Dextera patris quomodo inligenda 136 a
Diaconorū officium 333.b
Diei dn̄icę ꝛ ſabbati differentia 218.a
Difficultas olim magna credēdi reſurrectionem 175.a

Dignitatē ſacerdotalem in duobus conſiſtere 405.a
Dinę raptus quid mali attulerit 149.a
Diuinitas Chriſti per quid in ſymbolo ſignificetur 98 b
Diuitię cur cœnobitis a diuitibus datę 521.a
Documentū ex paſſione Chriſti notabile 111.b
Documentum ſalutare 57.b
Dolorū Chriſti meditatio, quātum aduerſus peccata & tribulationes remedium 116.a
Dom⁹ nomine quid intelligatur 280.b.290.a
Dñicę diei appellationem tempore apoſtolorū cœpiſſe 217.
Dubitatiōis cuiuſdam ſolutio 272.b
Duo Ieſus, noſtri Ieſu figurę 95.a
Duo quędā in omni ſacramento notanda 294.b
Duorum filiorum Aarō extinctio 441.b
Duplex excōicatio 365.b

E

Eccleſia & paſtor nobis myſtice quid 469.b
Eccleſię varia nomina 291.b
Eccleſię definitio 157.a
Eccleſiam nunquam erraturā eſſe 160.b
Effect⁹ vnctiōis duplex 354.a
Efficacia mortis Ieſu Chriſti 119.a
Elias ſeruādę virginitatis primus autor 504.b
Elię dignitas triplex 502.b
Elię & Chriſti aliquanta ſimilitudo 503.a
Elię raptus quid ſignificarit 132.a
Eliam, Aaronitā fuiſſe 500.a
Eleemoſynę effect⁹ quatuor, & eorum primus 260.b
Emiſeni ad ſacerdotes hortatio 425.b
Enoch trāſlatio quid prefigurarit 131.b
Error quorundam de tempore reſurrectiōis Chriſti 128.b
Error quidam 274.a
Error de mādatis cōcupiſcentię 276.b
Errores duo contra peccatorum remiſſionem 166.a
Errores duo circa ſecundū decalogi pręceptum 209 b
Errorum duorum pernicioſorum exploſio 122.a
Euchariſtię effectus quinq;, & eorum primus 318.b
Euchariſtię interpretatio 377.b
Excellētia nominis Ieſu 95.b
Excellentię Marię tres 78.a
Excōmunicatio quid ſit 365.b
Excommunicationis mala q̄nque 367.a
Excuſatio quędā calua 208.b
Exemplum de obedientia mirum 526.b
Exemplum quoddam de proprietario 525.b
Exēpla aliquot de virtute miſſarum 380 a b
Exceptio vna a pręcepto non occidendi, quę 237 b
Exorciſmus quid 301.b
Exorciſtarum officium 332.b
Extremę vnctiōis miniſter q̄s 351.a

F

Fabula de cancro 519.b
Falſificationem monetę eſſe furti ſpeciem non vulgarem 259.b
Falſi teſtimonij exaggeratio. 263.a
Falſis teſtimonijs qui circun-

uenti 263.a
Falſę aliquot Lutheranorum aſſertiones 466.a
Fœmina quando virū circundederit ſcdm Jeremiā 104.b
Feſtiuitas alicuius diei quando vel incipiat, vel deſinat ſecundum Chriſtianos 225.a
Fides ipſa de ſacramento eucharistię 315.b
Fides perfecta quę 88.a
Fides via prima acceſſus ad deum 83.b
Fides in anima quale quid ſit 201.b
Fidei efficacia 93.b
Fidei meritum 87.a
Figurę Jeſu Chriſti, duo quidam Jeſus 95.a
Filiū dei tripliciter dici 356.a
Filiationis dei inter Chriſtum et iuſtos ſiue angelos, differentia 96.b
Filiorum Jonadab obediētia ⁊ abſtinentia 232.b
Flagella dei p̄cipua tria 381.b
Flagitia aliquot, octauo decalogi pręcepto implicite prohibita 265.a
Franciſci cōtra pruritum carnis, factum 280.a
Fratres S. Marię, qui vocentur 505.a
Fratricidij Abſalon (rectius Abſalom) cauſa 248.a
Fructus virginalis qs 81.a
Fructus terrę abſq; pecunia comedere 420
Forma vnctiōis extremę 353.
Forma ſacramenti Confirmationis 308.b
Fornicatio quando ſit 246.b
Fugiendi peſtilentes 386.a
Furtum quomodo olim punitum, ⁊ quomodo nunc puniatur 256.a
Furti ſpecies ſeptima ⁊ octaua 259.a b
Furti ſpecies prima 255.b
Furti definitio 255.b
Furti ſpecies quarta 257.b
Furti ſpecies ſecunda 256.b
Furti ſpecies quinta et ſexta 258.a.b
Furti ſpecies tertia 257.a

G

Gedeōis vellus quid ſignet 108.b
Genera homicidiorum ſex 241.b
Geniti et gignētis aſſimilatio 97.a
Giezi auaritia quomodo punita 258.a
Gignentis proprietas 97.a
Grauitas peccati fornicationis 247.a
Grauitas adulterij 248.a
Grauidę mulieris percuſſioq; periculoſa 243.b
Grecorum error 152.a

H

Harpyiarum ⁊ ſacerdotū auarorū ꝯparatio 419.b
Hegeſię (aptius Egeſię) in dicendo efficacia 433.a
Heliodori flagella 258.b
Hereſis Lutheranorū 376.a
Hieronymi de extremo iudicio ſententia 139.b
Hilarionis cōſtantia 385.a
Hircorū duorū in Leuitic. myſtica ſignificatio 118.a
Homicidium ſex modis fieri 238.a
Hominis morientis quāta debilitas 118.a
Homines quomodo peccata dimittant 47.a
Hoſtium genera tria 56 a

Humanitas Chriſti quo indicetur in ſymbolo 98.b
Humanitas Chriſti 112.a

I

Iacobo maiori quis articulus ſymboli aſſignetur 101.a
Iacobus Ambaſianus 518 b
Ieſu interpretatio 95.b
Ieſuum aliquot connumeratio 95.a
Ignorantiam preceptorum dei non excuſare 199.b
Immolatio Iſaac myſtice q̃d ſignet 117.b
Impia quędam Lutheri poſitio 466.a
Impudici oculi depictio 245.a
Incentiua libidinis 245.a
Inceſtus Amnon cauſa remota 348.a
Inceſtus cum filia ſpirituali q̃ deteſtandus 441.a
Inceſtus q̃ſi fit 149.a
Incommoda ex inobedientia voluntatis dei orientia 35.b
Indicia aliquot ſpõtaneę paſſionis Chriſti 115.a
Inducere in tẽtationem, quid 59 a
Inferi vbi ſint 123.b
Initerabilia ſacramenta tria 350.a
Innocentię gradus primus, quis 431.b
Inobediens filius quid ſecundum iura patiatur 190.b
Inobedientiũ quorũdam filiorũ horribile exemplũ 234 a
In ꝓpoſitionis efficacia 156. 157.
Intentio matrimonij duplex 340.a
Inuectio in ſacerdotiorum vẽditionem 457.b
Inuectio in quoſdam ſacerdotes 394.b
Inuectio in monachos quoſdam 523.a.b
Iocoſum mendacium 265.b
Ionas myſtice quis 127.b
Ioſeph cuius figura 461.b
Ioſephi error 274.a
Ioſephi Antiocheni de carmelitis teſtimonium 506.a
Iſidori ſententia quędam ꝑclara 213.a
Iſaac cuius figura 113 b
Iſrael interpretatur 435.a
Iterabilia ſacra quot 350.a
Iudę Thaddęi articul⁹ 172.b
Iudicium duplex 140.b
Iudicij particularis ⁊ vniuerſalis differentię 141.b
Iuramenti liciti conditiones tres 211.a
Iurandi apud quoſdam aſſiduitas, q̃ vitioſa 208.b
Iurare non eſſe ſimpliciter illicitum 210.b
Iuſtitię nomine quid deſignetur 390.b

L

Lanam ⁊ lac colligere 402.b
Lapis excisus de monte, quis 109.b
Lectorum officium 332.a
Leuiathan 58.a
Leuitarum officium 450.a
Libidinoſorum vota 193.b
Libycicuiuſdã apophthegma 447.b
Locutionis falſę ſpecies prima 265.a
Locutionis falſę ſpecies ſecũda ⁊ tertia 266.a
Locutionis falſę ſpecies quarta 267.b
Locutionis falſę ſpecies quin

ta 268.a
Ludi qui ſacerdotibus prohibiti 458.a
Ludouici Frācorum regis in blaſphemos decretum 214.a
Ludouici erga matrē pietas 233.a
Lumbos pręcingere 455.b
Lutheri impietas 492.b
Luxurię species ſeptima, quę & ꝙ abominanda 250.a
Luxurię species omnes ꝑ mœchiam intelligi 244.b
Luxurię species prima. 245.b
Luxurię species ſecūda 247.b
Luxurię species tertia & quarta 248.a
Luxurię species quinta et ſexta 249.a b

M

Macedonij aſſertio 149.b
Magnitudinis ſacrī matrimonij ratio prima 338.b
Maior excommunicatio 366.a
Mala triplicia 12.a
Maledictio dei ſuꝑ q̊s 229.b
Malum duplex 67.b
Malum pœnę duplex 68.a
Mandata dei ſextupliciter cuſtodienda 193.a b
Manifeſtationes aliquot ſpiritusſancti 153.a
Manlij ſeueritas 526.a
Mare rubrū cui⁹ figura 304.b
Maria cur deum et hominem concepiſſe dicatur 105.b
Marię nomen cur additum in ſalutatione angelica 76.b
Marię interpretatio 77.a
Matriam & matrē Chriſti eſſe & filiam 106.a
Matathię prudentia & decretum 219.b 220.a
Materia vnctionis extremę q̄ 351.b
Matrimonij indiſſolubilitas 345.a
Matris cuiuſdā in liberos maledictio 234.a
Matthęi in ſymbolo articulus 147.b
Mathię apoſtoli articul⁹ 181.
Mœchari et mœchia quid ſit 244.a
Melchiades 307.a
Mendacium quid ſit 265.a
Miniſter ſacramenti confirmationis 310.b
Minor excōicatio 365.b
Mirabilia aliquot in Chrī ex ſpūſancto conceptione. 103.b
Miraculum ad reliquias Stephani factum 234.a
Miſſę efficacia 378.b
Miſſam ad q̄tuor valere 378.b
Modi conſequendę remiſſionis tres 169.a
Modus diligendi deū 274.a
Monetę falſę vſum, furti ſpeciem eſſe 259.b
Monica in quo filium laudarit 228.b
Monomachię ꝓhibitio. 243.b
Mons de quo exciditur lapis ſine manibus, quis 109.b
Mons quid deſignet 501.a
Montes myſtici 483.b
Mors duplex 188.b 199.a
Morſus mortis quis 121.a
Mortui in ſymbolo apoſtolorum qui intelligendi 146.a b
Motib⁹ ꝓmis ſtatim obluctandum 278.a
Motus primos non eſſe in poteſtate noſtra 277.b
Mulierum cohabitatio ſacerdotibus periculoſa 440.a
Mutatio ſabbati i diem dominicum quando facta 217.b
Myſteria quędā tria 339.a

Naamã leproſi mundatio ne quid ſignetur 305.a
Nabuzardan muros Jeruſalem deſtruxiſſe, myſtice q̃d 436.a
Nadab & Abiu cum ſacerdotibus intemperantibus collatio 394.a
Natiuitates Chr̃i duę 101.b
Naturarum duarum in Chriſto vnitarum, proprietates 99.a
Neceſſaria aliquot ad ſacramentum matrimonii 340.a
Neceſſaria aliquot ad hoc vt dei nobis adueniat regnum 26.b
Negatiua decalogi pręcepta ſex 236.a
Nominis euchariſtię etymologia 318.b
Nomine mœchię quid generaliter intelligatur 244.b
Nouatianorũ hereſis 167.a
Nouatus quis fuerit 167.b
Nubentes, confiteri debere 343.b
Nuptiarum clandeſtinarũ periculum 343.a
Obedientia Chr̃i 112.a
Obedientię laus 363.a
Obiectiõis cuiuſdam de occidendo, eliſio 237.a
Obiectionis cuiuſdam eliſio 472.b
Obligatio confeſſionis 324.a
Obligatiões diei feſti 20.a.b
Obliuiſci populum ſuum & domum, quid 361.b
Oculo quid innuatur 359.b
Officia coniugatorum ſex, & eorum primum 343.b
Officinę dęmonũ quę aut vbi ſint 486.b
Officioſum mendacium 265.a
Officium appetit' rationalis 282.b
Officium ſacerdotum 423 b
Officium oſtiariorum 331.b
Oleo quid ſignet 308.b 352.a
Omnipotentia dei quomodo intelligenda 91.a
Opa trinitatis ad extra, cuiuſmodi 90.b
Optio trium 382.b
Ordines religioſorum omes a Carmelitis exemplar ſum pſiſſe 505.c
Ordines quot 331.a
Ordinum diuiſio 331.b
Oratio efficax aduerſum tentationes 61.a
Orationis dominicę excellentia 3.a.b
Orationem dominicam et ab ipſo Chriſto et a matre eius oratam fuiſſe 51.b
Ordo quid ſit 331.a
Oſculi deſcriptio 245.b
Oſtiarii qui 331.b.
Panis nomine quid intelligatur 40.a. 314. b
Panis quotidianus myſtice quis ſit. 43.b
Parentum honor varie ex ſcripturis oſtenditur. 226.a
Parentibus obedientium exempla aliquot 232.a. b
Parochiani ad quid die feſto obſtringantur 220.a.b
Pars dextera et ſiniſtra quid 130. b
Participatio cum excommunicatis, quadrupliciter periculoſa. 170.a
Paruulos ad petram allidere quid 379.a
Paſſiones Chriſti proprietates aliquot ſiue cõditiones 113.a

Paſtor quis dicẽdus 445.b
Paſtores bifariam diſpergere gregem 477.b
Paſtores trifariam ſibi attẽdere debere 484.b
Paſtorum auaritia 480.a
Pater nr̃ cur deus dicat 5.a b
Patientia Chriſti 112.b
Patientię laus 71.a
Patientię vtilitates 72.b
Patrem, in ſymbolo apoſtolorum quid 89.a
Peccantes contra ſecundũ decalogi pręceptum, quotuplices ſint 213.b
Peccata trifariam in eccleſia dimitti 168.b
Peccatum aliqñ dimitti quantum ad culpam, non quantũ ad pœnam 52.a
Peccati rationem a voluntate eſſe 274.b
Peccati contra naturam, pœnę 250 a
Peculiare dei nomen, Qui es 8.a
Pœnę malum, quid 67.b
Pœnitentię partes tres 322.a
Pœnitentię fructus ſex, et eorum primus 326.a
Pœnitentię pars tertia 325.a
Periclis Athenienſis in dicendo efficacia 432.b
Periurij enormitas 212.b
Pernicioſum mẽdaciũ 265.b
Perſę cuiuſdã apophthegma 447.b
Peſtis periculoſitas 382.b
Phariſeorũ contra pręceptum honorandi parentes, cõmentum 229.b
Philippi in ſymbolo articulus 120.a
Pictorum licentia 147.a
Pietas quid ſit 405.a
Pilat⁹ quis fuerit, & cur nomẽ ei⁹ in ſymbolo apoſtolorum exprimatur 115.a
Planetarũ motus quãdo completus 129 b
Polybius iuſte ne a Ioſepho reprehenſus 274.b
Porta Iezechielis myſtice qd 110 a
Portę inferi quę ſint 293.b
Portę inferi quid 160.b
Poteſtas ſacerdotum quanta 391.a
Populus acquiſitiõis quomodo accipiendum 457 a
Pręcepta dei eſſe quędam medicamenta 197.a
Pręcepto decalogi primo nos obligari ad tria 201.a
Pręceptum non occidẽdi quomodo intelligendum 237.b
Pręceptum honorandi parentes, varie extendi 230.a
Prænunciationes aſcenſionis Chriſti 133.b
Preſbyteri qui 482.b
Pręuaricatores tertij pręcepti quotuplices 222.b
Prima tria decalogi pręcepta ad deum ordinari 225.b
Prima pars pœnitentię 322.b
Priuilegium eorũ qui cũ Chriſto reſurrexerunt 174.a
Prodeũtia ex adulterio 344.
Productiõis humanę quaternarius 107 a
Propẽtariorũ ſepultura 525 b
Proprietates quatuor ſeu dotes corporis glorificati 180.a
Proprietates dei ſubſtãtiales 90.a
Proprietatũ duplicis in Chriſto naturę, ad corporis & aię pp̃etates, ſimilitudo 99.b
Propẽtatib⁹ iſtis oppoſitę qtu

oꝛ cōditiões dānatoꝝ 180.a
Pꝛopꝛium deo quid ſit 47.b
Pythagoꝛe apud ſuos diſcipulos quāta autoꝛitas fuerit 86.b
Qualitates ſeu conditiones due reſurrecturis oībus cōes 178.b
Quartū decalogi pceptū quadrupliciter trāſgredi 231.b
Quatuoꝛ qdam notabilia de ſacro altaris 375.b
Quatuoꝛ diuerſi producendi hominis modi 107.a
Que coꝛpoꝛis parteꝫ precipue vngende 353 a
Quenā opera feſto die licita ſint 219.a
Queſtionis cuiuſdā vtilis expeditio 51.b
Queſtiōis cuiuſdā de credendis, expeditio 84.b
Queſtionis cuiuſdam deciſio 350.a
Quid pꝛimū nos ad refrenationē lingue inducere debeat 269.a
Quid ſcdo et tertio 270.a.b
Quid quarto 271.a
Quiddā cōtra naturā iudicio Ariſtotelis, ſed nūc quotidianum 257.b
Quintiliani de viua voce ſententia 432.b
Quinto decalogi pcepto q̄ vltra occiſionē pꝛohibeantur 240.b
Quintupliciter per auaritiam peccari, et quō pꝛimū 287.b
Qui contra pꝛeceptū nō occidendi peccēt pꝛimo 241.b
Qui ſecundo 242.b
Qui tertio et quarto 243.a.b
Quotidianū cur addaꝛ in petitione panis 41.b
Racha quid ſignet 268.a
Rapacium vota 193.b
Rapina quid 256.b
Raptus quid ſit 248.b
Rōnalis appetitus 282.a
Rōnes aliq̄t nōis pr̄ in oꝛatione dominica poſiti 5.b
Rationes aliquot patiētie ſedulo amplectēde 71.b
Rōnes aliq̄t cur, Noſter, non Meus, vel Mi, in oꝛatione dominica dicamus 6.b
Regnare et regē eſſe, quomodo differant 27.a
Reſurrectiōis vniuerſalis aſſertio ex ſcripturis 176.a
Religioſe filie tria quedam facienda 358.a
Religioſe cum vxoꝛe Lot collatio 360 a
Remedia efficacia contra tentationes, tria 61 a
Remedia cōtra libidinē, quinque 250.b
Remedia ad reſiſtendū cōcupiſcentie carnali, quatuoꝛ 278.a.b
Remediū contra infectionem aeris 385.b
Remiſſio peccatorum vnde potiſſimum 164.a
Remiſſionē peccatoꝛum q̄rēti quid faciendū 170.a.b
Requietio dei die ſeptimo, cuiuſmodi fuerit 216.b
Reqſita aliquot ad ambulandum viam vite 187.b
Requiſita ſeptē quedā ad tertium decalogi preceptū ſtudioſe implendum 218.b
Reſeruatio ire diutina q̄ mala 242.a
Reſurrectio qd ſit 146.a
Reſurrectionis Chꝛiſti aliq̄t figure 126.b

Rubus Moyſi q̄d ſignet 108.a

S

Sabbacha pr̄ Eliȩ 500.a
Sabbati interpretatio 217.a
Sabbati celebratio vnde aut quare inſtituta 216.b
Sacerdotum officium 334.a
Sacerdotum quorundā pulchra depictio 395.b
Sacramenta ſeptem 295.b
Sacramētū quid ſit 294.a
Sacramētorum ad ſeptē virtutes applicatio 295.b
Sacrificiū nomine q̄d alicubi intelligendum 386.b
Sacrificio Melchiſedec quid ſignatum 319.a
Sacrificiorum genera quatuor 386.b
Sacrilegium furti quid 258.a
Sacrilegiū quando fit 249.b
Salutatio angelica quō aut vnde compoſita 75.a
Salutationis angelicȩ commendatio 75.b
Samaritanus myſtice quis 297.b
Sanctorum communio quid ſibi velit 161.b
Sapientiȩ nomine quid indicetur 290.a
Satisfactio quid ſit 325.a
Satisfactiones ſpecies tres 325.b
Saul inobedientia 472.a
Scrupuli de iudiciis duobus amotio. 140.b
Seculum venturum quid ſit 152.a
Secunda pœnitentiȩ pars 323.b
Senſitiuus appetitus 282.a
Sententia doctorum de viuis in iudicio 145.a
Sedere potius q̄ ſtare cur Chriſtus dicatur 137.b
Septē decalogi pręcepta ad proximum ordinari 225.b
Septem neceſſaria ad ſacramentum ordinis 334.b
Septem quędam vitę pręſenti neceſſaria 184 185 186 187
Sibę contra dominum ſuū mendacium 265.b
Siloa cuius figura 306.a
Simonia quid ſit aut quādo fiat 257.b
Simonis in ſymbolo articulꝰ 164
Simpla Chriſti mors, duplicem noſtram curauit 115.b
Simplicitas quorundam Iudeorū tēpore Antiochi 219.b
Sobrietatis nomine q̄d deſignatum 399.b
Solatium eorū qui grauiter et aſſidue tentant 62.b
Spiritusſanctus vnam eſſe dictionē, non duas, prout tertię in trinitate perſonę competit 148.a
Spiritusſancti nuncupatio in veteri teſtamento non tacita 148.b
Spiritumſanctum nō a patre ſolum procedere 152.a
Spoliatio Aegyptiorum per Hebręos, an furtum dicēda 254.a.b
Statua percuſſa & cōminuta a lapide apud Danielē 109.b
Stuprum quid ſit 248.b
Subdiaconorū officiū 333.a
Subitę mortis duorū filiorū Aaron, cauſa 485.a
Superſtitio quędam de feſti diei inceptione 224.b
Superſtitiões aliquot 202.a

Symboli apoſtolorum cōſcribendi ratio 85.a
Symbolum quid ſit 85.b
T
Templorū abuſ⁹ 494.b
Tentatio quid 59.a
Tentare quid ſit 59.a
Terrę nomine quid intelligēdum 92.a
Terti⁹ vnctiōis effect⁹ 354.b
Tertium decalogi pręceptum quō implendum 218.b
Thomę apoſtoli in ſymbolo articulus 138.b
Tiberij Cęſaris apophthegma 443.b
Torneamētorum interdictio 244.a
Tranſgreſſores primi pręcepti, quadruplices 203.a
Tranſlatores librorū Lutheri, quo digni 467.a
Tria quędā magna ſimul per acta 105.b
Tria q̄dā retrahentia nos ab implenda dei volūtate 32.b
Tria pręcipua euchariſtię nomina 373.b
Tria quędam religionū fundamenta 513.b
Tria coniugij bona 343.b
Tribus Beniamin ꝑpter quid ſemel fere ad internecionē deleta 149.a
Tribus modis cognoſci debere ab ouib⁹ paſtorē 469.b
Trifariā peccari 322.a
Trinitatis ex ſcripturis oſtēſio 89.b
Triplex nō ſanctificantiū nomen dei, differentia 17.b
Triplex adulterij perpetratio 247.b
Triplex quoddā pręceptum ſacerdotum 396.b
Tripliciter nomen dei invanū aſſumi 212.b
Tripliciter deus pr̄ nr̄ 5.a
V
Vagationis ſacerdotum deſcriptio 407.a
Veſtalium apud Romanos olim caſtitas 523.b
Virginitas Marię perpetua 107.b
Virginitatis Marię perpetuę figurę aliquot 108.a
Viſio Sabbachę 500.b
Vitę ęternę bona nō poſſe ab homine exprimi 183.b
Vini noīe q̄d ſignificet 314.b
Viui q̄ intelligāt in ſymbolo apoſtolorū 146.b 144.b
Vnctio extrema q̄d ſit 348.a
Vnctiōis extremę quis ſuſceptibilis 349.a
Vnctiōis extremę nō omnib⁹ copia facienda 350.b
Vnctionem reiterari poſſe 349.b
Vnicus filius dei, cur Chriſtus dicatur 93.a
Vnitas eccleſię multipliciter figurata 158.b
Vtilitates aliq̄t ex tentatiōe prouenientes 63.a
Volūtas dei quomodo petenda fieri 31.a
Voluntatis nr̄ę ad bonum applicatio, vnde 49.a
Voluntatem dei bifariam innoteſcere. 32.a
Voluntatem dei non ſemp in terra fieri 32.a
Vota ſubſtātialia tria 362.a
Vſura quid 257.a
Vulneratus a latronibus myſtice quis 297.b
Z
Zorobabelis collega 95.a

LVDOVICVS LASSEREVS, preſbyter, pijs lectoribus.

SCripſit ætate noſtra uir eximiæ uirtutis & doctrinæ, Iudocus Clichtoueus Neoportuēſis, ſermones de rebus diuinis, uarios, 535
faciles, eruditos: quorum aliquos (pro familiaritate quæ à multis annis mihi cum illo uiro interceſſit) quum nobis communicaſſet, & quaſi guſtum quendam aliorum præbuiſſet: cœpi monere illum, adhortari, accendere, ut opus hoc tā egregium, tam multiplex, tam copioſum, in lucem emitteret. Arbitrabar enim facturum me rem utilem & ſalutārē noſtræ reipublicæ Chriſtianæ, ſi ad id p̄ficiēdum ipſum impuliſſem. Multos quidem & magnos in eo genere ſcriptores habemus: ſed qui rem propoſitā pertractet maiori luce & facilitate, qui digerat materiam ordinatius, qui ſacras literas interpretetur accōmodatius, neminem quidem eſſe puto. At uero quum ille (qua modeſtia præditus eſt) facere iſtud frequenter recuſaſſet, affirmans nō eſſe hoc opus editione dignum, præſertim quum tot ſermonum autores paſſim inueniantur: acrius hoīem & uehemētius exagitaui, ita ut tan[illegible]m illum in meam ſententiam perpule[illegible] [illegible]hi cōmiſerit prouinciam, [illegible]

nes eius q̃ emendatiſſimi prodirent in publi-
cum. Quod meo ſane iudicio perfectũ atque
abſolutũ eſt. Adhibui eñ ad illorũ editionẽ
uiros doctiſſimos atq; diligẽtiſſimos, quorũ
opera nihil p̃termiſſum reor. Itaq; me ſuaſo
re & impulſore, fulgebit mea quidẽ ſentẽtia,
in hoc opere Clichtoueus tanq̃ lucerna accẽ
ſa, non ſub modio, ſed ſuper candelabrũ poſi
ta, ut luceat omibus qui in domo dei ſunt, cla
ro ſalutaris doctrinæ ſplendore & uerbi diui
ni plana elucidatione. De quo reuera plura
in illius cõmendationẽ dicere poſſem: ſed qa
ſupereſt (ut beati Hieronymi uerbis, de ſan-
cto Ambroſio loquentis, utar) meũ iudiciũ
ſubtrahã, ne in alterutrã partẽ aut adulatio
in me reprehẽdatur, aut ueritas. Nemo tñ eſt
qui ignoret, quãta uir ille & doctrina & mo
rũ integritate & uitæ ſanctimonia emineat.
Cæterũ cõmendabo precibus ueſtris & auto
rem horũ ſermonũ, & eũ qui ne tale periret
opus, diligentiſſime prouidit. Valete. Ex Na
uarra Parrhiſiorum quarto Kalendas Maias.
M. D. XXXIIII.

Ad lectorem.

In erratis ſequẽtibus prior nũerus indicat paginã, poſteri-
or lineã, poſt ſequit̃ lectio vera. 15.11.ſu- 31 21. ditione 38.29
pulles 50.14 tione 65.7.eiquẽad 123.8.num ha 181.32. Exulat
188.34.ſibiipſis 199.30.ſine 251.2.faciẽ 271.30.cap.in hũc 331.
34.ui vet 405.22.xto 439 24.alligare 458.10.immol 475.11.
relinq 477.34.lum. 481.33.orẽ vitę diſc 493.34.& vendentes
he 509 2.reliquerint 512.3.cęcum 523.10.amb

006.421

Humanitas Chriſti quo indicetur in ſymbolo 98.b
Humanitas Chriſti 112.a

I

Iacobo maiori quis articulus ſymboli aſſignetur 101.a
Iacobus Ambaſianus 518 b
Ieſu interpretatio 95.b
Ieſuum aliquot connumeratio 95.a
Ignorantiam p̄ceptorum dei non excuſare 199.b
Immolatio Iſaac myſtice q̄d ſignet 117.b
Impia quędam Lutheri poſitio 466.a
Impudici oculi depictio 245.a
Incentiua libidinis 245.a
Inceſtus Amnon cauſa remota 348.a
Inceſtus cum filia ſpirituali ꝙ̄ deteſtandus 441.a
Inceſtus q̄d ſit 149.a
Incommoda ex inobedientia voluntatis dei orientia 35.b
Indicia aliquot ſpōtaneę paſſionis Chriſti 115.a
Inducere in tētationem, quid 59 a
Inferi vbi ſint 123.b
Initerabilia ſacramenta tria 350.a
Innocentię gradus primus, quis 431.b
Inobediens filius quid ſecundum iura patiatur 190.b
Inobedientiū quorūdam filiorū horribile exemplū 234 a
In p̄poſitionis efficacia 156. 157.
Intentio matrimonij duplex 340.a
Inuectio in ſacerdotiorum vēditionem 457.b
Inuectio in quoſdam ſacerdotes 394.b
Inuectio in monachos quoſdam 513.a.b
Iocoſum mendacium 265.b
Ionas myſtice quis 127.b
Ioſeph cuius figura 461.b
Ioſephi error 274.a
Ioſephi Antiocheni de carmelitis teſtimonium 506.a
Iſidori ſententia quędam p̄clara 213.a
Iſaac cuius figura 113 b
Iſrael interpretatur 435.a
Iterabilia ſacra quot 350.a
Iudę Thaddęi articul⁹ 172.b
Iudicium duplex 140.b
Iudicij particularis et vniuerſalis differentię 141.b
Iuramenti liciti conditiones tres 211.a
Iurandi apud quoſdam aſſiduitas, ꝙ̄ vitioſa 208.b
Iurare non eſſe ſimpliciter illicitum 210.b
Iuſtitię nomine quid deſignetur 390. b

L

Lanam et lac colligere 402.b
Lapis excisus de monte, quis 109.b
Lectorum officium 332.a
Leuiathan 58.a
Leuitarum officium 450.a
Libidinoſorum vota 193.b
Libyci cuiuſdā apophthegma 447.b
Locutionis falſę ſpecies prima 265.a
Locutionis falſę ſpecies ſecūda et tertia 266.a
Locutionis falſę ſpecies quarta 267.b
Locutionis falſę ſpecies quin

ta 268.a
Ludi qui ſacerdotibus prohibiti 455.a
Ludouici Frãcorum regis in blaſphemos decretum 214.a
Ludouici erga matrẽ pietas 233.a
Lumbos præcingere 455.b
Lutheri impietas 492.b
Luxuriæ ſpecies ſeptima, quæ & q̃ abominanda 250.a
Luxuriæ ſpecies omnes p mœchiam intelligi 244.b
Luxuriæ ſpecies prima. 245.b
Luxuriæ ſpecies ſecũda 247.b
Luxuriæ ſpecies tertia & quarta 248.a
Luxuriæ ſpecies quinta et ſexta 249.a b

M

Macedonij aſſertio 149.b
Magnitudinis ſacri matrimonii ratio prima 338.b
Maior excommunicatio 366.a
Mala triplicia 12.a
Maledictio dei ſup q̃s 229.b
Malum duplex 67.b
Malum pœnæ duplex 68.a
Mandata dei ſextupliciter cuſtodienda 193.a b
Manifeſtationes aliquot ſpiritusſancti 153.a
Manlij ſeueritas 526.a
Mare rubrũ cui⁹ figura 304.b
Maria cur deum et hominem concepiſſe dicatur 105.b
Mariæ nomen cur additum in ſalutatione angelica 76.b
Mariæ interpretatio 77.a
Matriam & matrẽ Chriſti eſſe & filiam 106.a
Matathiæ prudentia & decretum 219.b 220.a
Materia vnctionis extremæ q̃ 351.b
Matrimonij indiſſolubilitas 345.a
Matris cuiuſdã in liberos maledictio 234.a
Matthæi in ſymbolo articulus 147.b
Matthiæ apoſtoli articul⁹ 181.
Mœchari et mœchia quid ſit 244.a
Melchiades 307.a
Mendacium quid ſit 265.a
Miniſter ſacramenti confirmationis 310.b
Minor excõicatio 365.b
Mirabilia aliquot in Chri ex ſpũſancto conceptione. 103.b
Miraculum ad reliquias Stephani factum 234.a
Miſſæ efficacia 375.b
Miſſam ad q̃tuor valere 378.b
Modi conſequendæ remiſſionis tres 169.a
Modus diligendi deũ 204.a
Monetæ falſæ vſum, furti ſpeciem eſſe 259.b
Monica in quo filium laudarit 228.b
Monomachiæ ꝓhibitio. 243.b
Mons de quo exciditur lapis ſine manibus, quis 109.b
Mons quid deſignet 501.a
Montes myſtici 483.b
Mors duplex 188.b 199.a
Morſus mortis quis 121.a
Mortui in ſymbolo apoſtolorum qui intelligendi 146.a b
Motib⁹ ꝓmis ſtatum obluctandum 275.a
Motus primos non eſſe in poteſtate noſtra 277.b
Mulierum cohabitatio ſacerdotibus periculoſa 440.a
Mutatio ſabbati i diem dominicum quando facta 217.b
Myſteria quedã tria 339.a

Naamã leproſi mundatione quid ſignetur 305.a
Nabuzardan muros Jeruſalem deſtruxiſſe, myſtice q̃d 436.a
Nadab & Abiu cum ſacerdotibus intemperantibus collatio 394.a
Natiuitates Chr̃i duę 101.b
Naturarum duarum in Chriſto vnitarum, proprietates 99.a
Neceſſaria aliquot ad ſacramentum matrimonii 340.a
Neceſſaria aliquot ad hoc vt dei nobis adueniat regnum 26.b
Negatiua decalogi pręcepta ſex 236.a
Nominis euchariſtię etymologia 318.b
Nomine mœchię quid generaliter intelligatur 244.b
Nouatianorũ hęreſis 167.a
Nouatus quis fuerit 167.b
Nubentes, confiteri debere 343.b
Nuptiarum clandeſtinarũ periculum 343.a
Obedientia Chr̃i 112.a
Obediẽtię laus 363.a
Obiectiõis cuiuſdam de occidendo, eliſio 237.a
Obiectionis cuiuſdam eliſio 472.b
Obligatio confeſſionis 324.a
Obligatiões diei feſti 20.a.b
Obliuiſci populum ſuum & domum, quid 361.b
Oculo quid innuatur 359.b
Officia coniugatorum ſex, & eorum primum 343.b
Officinę dęmonũ quę aut vbi ſint 486.b
Officioſum mendacium 265.a
Officium appetitꝰ rationalis 282.b
Officium ſacerdotum 423 b
Officium oſtiariorum 331.b
Oleo quid ſignetur 308.b 352.a
Omnipotentia dei quomodo intelligenda 91.a
Opa trinitatis ad extra, cuiuſmodi 90.b
Optio trium 382.b
Ordines religioſorum om̃es a Carmelitis exemplar ſum pſiſſe 505.c
Ordines quot 331.a
Ordinum diuiſio 331.b
Oratio efficax aduerſum tentationes 61.a
Orationis dominicę excellentia 3.a.b
Orationem dominicam et ab ipſo Chriſto et a matre eius oratam fuiſſe 51.b
Ordo quid ſit 331.a
Oſculi deſcriptio 245.b
Oſtiarii qui 331.b.
Panis nomine quid intelligatur 40.a. 314 b
Panis quotidianus myſtice quis ſit. 43.b
Parentum honor varie ex ſcripturis oſtenditur. 226.a
Parentibus obedientium exempla aliquot 232.a. b
Parochiani ad quid die feſto obſtringantur 220.a.b
Pars dextera et ſiniſtra quid 130. b
Participatio cum excommunicatis, quadrupliciter periculoſa. 170.a
Paruulos ad petram allidere quid 379.a
Paſſiones Chriſti proprietates aliquot ſiue cõditiones 113.a

Paſtor quis dicēdus 445.b
Paſtores bifariam diſpergere gregem 477.b
Paſtores trifariam ſibi attēdere debere 484.b
Paſtorum auaritia 480.a
Pater nr̄ cur deus dicat 5.a b
Patientia Chriſti 112.b
Patientiæ laus 71.a
Patientiæ vtilitates 72.b
Patrem, in ſymbolo apoſtolorum quid 89.a
Peccantes contra ſecundū decalogi præceptum, quotuplices ſint 213.b
Peccata trifariam in eccleſia dimitti 168.b
Peccatum aliqñ dimitti quantum ad culpam, non quantū ad pœnam 52.a
Peccati rationem a voluntate eſſe 274.b
Peccati contra naturam. pœnę 250 a
Peculiare dei nomen, Qui es 8.a
Pœnę malum, quid 67.b
Pœnitentię partes tres 322.a
Pœnitentię fructus ſex, et eorum primus 326.a
Pœnitentię pars tertia 325.a
Periclis Athenienſis in dicendo efficacia 432.b
Periurij enormitas 212.b
Perniciosum mēdaciū 265.b
Perſę cuiuſdā apophthegma 447.b
Peſtis periculoſitas 382.b
Phariſęorū contra pręceptum honorandi parentes, cōmentum 229.b
Philippi in ſymbolo articulus 120.a
Pictorum licentia 147.a
Pietas quid ſit 405.a
Pilat⁹ quis fuerit, & cur nomē ei⁹ in ſymbolo apoſtolorum exprimatur 115.a
Planetarū motus quādo completus 129 b
Polybius iuſte ne a Joſepho reprehenſus 274.b
Porta Jezechielis myſtice qd 110 a
Portę inferi quę ſint 293.b
Portę inferi quid 160.b
Poteſtas ſacerdotum quanta 391.a
Populus acquiſitiōis quomodo accipiendum 457 a
Pręcepta dei eſſe quedam medicamenta 197.a
Pręcepto decalogi primo nos obligari ad tria 201.a
Pręceptum non occidēdi quomodo intelligendum 237.b
Pręceptum honorandi parentes, varie extendi 230.a
Pręnunciationes aſcenſionis Chriſti 133.b
Preſbyteri qui 482.b
Pręuaricatores tertij pręcepti quotuplices 222.b
Prima tria decalogi pręcepta ad deum ordinari 225.b
Prima pars pœnitentię 322.b
Priuilegium eorū qui cū Chriſto reſurrexerunt 174.a
Prodeūtia ex adulterio 344.
Productiōis humanę quaternarius 107 a
Propetariorū ſepultura 525 b
Proprietates quatuor ſeu dotes corporū glorificati 180.a
Proprietates dei ſubſtātiales 90.a
Proprietatū duplicis in Chriſto naturę, ad corporis & aię ppetates, ſimilitudo 99.b
Propetatib⁹ iſtis oppoſitę q̄tu

oꝛ cõditiões dãnatoꝝ 180.a
Pꝛopꝛium deo quid ſit 47.b
Pythagoꝛe apud ſuos diſcipulos quãta autoꝛitas fuerit 86.b
Qualitates ſeu conditiones due reſurrecturis oĩbus cões 178.b
Quartũ decalogi pceptũ quadrupliciter trãſgredi 231.b
Quatuoꝛ qdam notabilia de ſacro altaris 375.b
Quatuoꝛ diuerſi pꝛoducendi hominis modi 107.a
Que coꝛpoꝛis partes pꝛecipue vngende 353 a
Queuã opera feſto die licita ſint 219.a
Queſtionis cuiuſdã vtilis expeditio 51.b
Queſtiõis cuiuſdã de credendis, expeditio 84.b
Queſtionis cuiuſdam deciſio 350.a
Quid pꝛimũ nos ad refrenationẽ lingue inducere debeat 269.a
Quid ſcdo et tertio 270.a.b
Quid quarto 271.a
Quiddã cõtra naturã iudicio Ariſtotelis, ſed nũc quotidianum 257.b
Quintiliani de viua voce ſententia 432.b
Quinto decalogi pcepto q vltra occiſionẽ pꝛohibeantur 240.b
Quintupliciter per auaritiam peccari, et quõ pꝛimũ 287.b
Qui contra pꝛeceptũ nõ occidendi peccẽt pꝛimo 241.b
Qui ſecundo 242.b
Qui tertio et quarto 243.a.b
Quotidianũ cur addat in petitione panis 41.b
Racha quid ſignet 268.a
Rapacium vota 193.b
Rapina quid 256.b
Raptus quid ſit 248.b
Rõnalis appetitus 282.a
Rõnes aliqt nois pr in oratione dominica poſiti 5.b
Rationes aliquot patiẽtie ſedulo amplectẽde 71.b
Rõnes aliqt cur, Noſter, non Meus, vel Mi, in oratione dominica dicamus 6.b
Regnare et regẽ eſſe, quomodo differant 27.a
Reſurrectiõis vniuerſalis aſſertio ex ſcripturis 176.a
Religioſe filie tria quedam facienda 358.a
Religioſe cum vxore Lot collatio 360 a
Remedia efficacia contra tentationes, tria 61.a
Remedia cõtra libidinẽ, quinque 250.b
Remedia ad reſiſtendũ cõcupiſcentie carnali, quatuoꝛ 278.a.b
Remediũ contra infectionem aeris 385.b
Remiſſio peccatorum vnde potiſſimum 164.a
Remiſſionẽ peccatoꝛum qrẽti quid faciendũ 170.a.b
Requietio dei die ſeptimo, cuiuſmodi fuerit 216.b
Reqſita aliquot ad ambulandum viam vite 187.b
Requiſita ſeptẽ quedã ad tertium decalogi pꝛeceptũ ſtudioſe implendum 218.b
Reſeruatio ire diutina q ma la 242.a
Reſurrectio qd ſit 146.a
Reſurrectionis Chꝛiſti aliqt figure 126.b

Rubus Moyſi qđ ſignet 108.a
S
Sabbacha pr̄ Elię 500.a
Sabbati interpretatio 217.a
Sabbati celebratio vnde aut quare inſtituta 216.b
Sacerdotum officium 334.a
Sacerdotum quorundā pulchra depictio 395.b
Sacramenta ſeptem 295.b
Sacramētū quid ſit 294.a
Sacramētorum ad ſeptē vir. tutes applicatio 295.b
Sacrificij nomine qđ alicubi intelligendum 386.b
Sacrificio Melchiſedec quid ſignatum 319.a
Sacrificiorum genera quatuor 386.b
Sacrilegium furti quid 258.a
Sacrilegiū quando fit 249.b
Salutatio angelica quō aut vnde compoſita 75.a
Salutationis angelicę commendatio 75.b
Samaritanus myſtice quis 297.b
Sanctorum communio quid ſibi velit 161.b
Sapientię nomine quid indicetur 290.a
Satisfactio quid ſit 325.a
Satisfactiones ſpecies tres 325.b
Saul inobedientia 472.a
Scrupuli de iudicijs duobus amotio. 140.b
Seculum venturum quid ſit 152.a
Secunda pœnitentię pars 323.b
Senſitiuus appetitus 282.a
Sententia doctorum de viuis in iudicio 145.a
Sedere potius ꝙ ſtare cur Chriſtus dicatur 137.b
Septē decalogi pręcepta ad proximum ordinari 225.b
Septem neceſſaria ad ſacramentum ordinis 334.b
Septem quędam vitę pręſenti neceſſaria 184 185 186 187
Sibę contra dominum ſuū mendacium 265.b
Siloa cuius figura 306.a
Simonia quid ſit aut quādo fiat 257.b
Simonis in ſymbolo articulus 164
Simpla Chriſti mors, duplicem noſtram curauit 115.b
Simplicitas quorundam Iudęorū tēpore Antiochi 219.b
Sobrietatis nomine qđ deſignatum 399.b
Solatium eorū qui grauiter et aſſidue tentanẗ 62.b
Spiritumſanctus vnam eſſe dictionē, non duas, prout tertię in trinitate perſonę competit 148.a
Spiritusſancti nuncupatio in veteri teſtamento non tacita 148.b
Spiritumſanctum nō a patre ſolum procedere 152.a
Spoliatio Aegyptiorum per Hebręos, an furtum dicēda 254.a.b
Statua pcuſſa & cōminuta a lapide apud Danielē 109.b
Stuprum quid ſit 248.b
Subdiaconorū officiū 333.a
Subitę mortis duorū filiorū Aaron, cauſa 485.a
Superſtitio quędam de feſti diei inceptione 224.b
Superſtitiōes aliquot 202.a

Symboli apoſtolorum cõſcribendi ratio 85.a
Symbolum quid ſit 85.b

T

Templorũ abuſ⁹ 494.b
Tentatio quid 59.a
Tentare quid ſit 59.a
Terrę nomine quid intelligẽdum 92.a
Terti⁹ vnctiõis effect⁹ 354.b
Tertium decalogi pręceptum quõ implendum 218.b
Thomę apoſtoli in ſymbolo articulus 138.b
Tiberij Cęſaris apophthegma 443.b
Torneamẽtorum interdictio 244.a
Tranſgreſſores primi pręcepti, quadruplices 203.a
Tranſlatores librorũ Lutheri, quo digni 467.a
Tria quędã magna ſimul peracta 105.b
Tria qđã retrahentia nos ab implenda dei volũtate 32.b
Tria pręcipua eucharıſtię nomina 373.b
Tria quędam religionũ fundamenta 513.b
Tria coniugij bona 343.b
Tribus Beniamin ꝑpter quid ſemel fere ad internecionẽ deleta 149.a
Tribus modis cognoſci debere ab ouib⁹ paſtorẽ 469.b
Trifariã peccari 322.a
Trinitatis ex ſcripturis oſtẽſio 89.b
Triplex nõ ſanctificantiũ nomen dei, differentia 17.b
Triplex adulterij perpetratio 247.b
Triplex quoddã pręceptum ſacerdotum 396.b
Tripliciter nomen dei invanū aſſumi 212.b
Tripliciter deus pr̃ nr̃ 5.a

V

Vagationis ſacerdotum deſcriptio 407.a
Veſtalium apud Romanos olim caſtitas 523.b
Virginitas Marię perpetua 107.b
Virginitatis Marię perpetuę figurę aliquot 108.a
Viſio Sabbachę 500.b
Vitę ęternę bona nõ poſſe ab homine exprimi 183.b
Vini noĩe qđ ſignificet 314.b
Viui ꝙ intelligãt in ſymbolo apoſtolorũ 146.b 144.b
Vnctio extrema qđ ſit 348.a
Vnctiõis extremę quis ſuſceptibilis 349.a
Vnctiõis extremę nõ omnib⁹ copia facienda 350.b
Vnctionem reiterari poſſe 349.b
Vnicus filius dei, cur Chriſtus dicatur 98.a
Vnitas eccleſię multipliciter figurata 158.b
Vtilitates aliq̃t ex tentatiõe prouenientes 63.a
Volũtas dei quomodo petenda fieri 31.a
Voluntatis nr̃ę ad bonum applicatio, vnde 49.a
Voluntatem dei bifariam inteſcere. 32.a
Voluntatem dei non ſemꝑ in terra fieri 32.a
Vota ſubſtãtialia tria 362.a
Vſura quid 257.a
Vulneratus a latronibus myſtice quis 297.b

Z

Zorobabelis collega 95.a

LVDOVICVS LASSEREVS, preſbyter, pijs lectoribus.

SCripſit ætate noſtra uir eximiæ uirtutis & doctrinæ, Iudocus Clichtoueus Neoportuẽſis, ſermones de rebus diuinis, uarios, faciles, eruditos: quorum aliquos (pro familiaritate quæ à multis annis mihi cum illo uiro interceſſit) quum nobis communicaſſet, & quaſi guſtum quendam aliorum præbuiſſet: cœpi monere illum, adhortari, accendere, ut opus hoc tã egregium, tam multiplex, tam copioſum, in lucem emitteret. Arbitrabar enim facturum me rem utilem & ſalutarẽ noſtræ reipublicæ Chriſtianæ, ſi ad id pſiciẽdum ipſum impuliſſem. Multòs quidem & magnos in eo genere ſcriptores habemus: ſed qui rem propoſitã pertractet maiori luce & facilitate, qui digerat materiam ordinatius, qui ſacras literas interpretetur accõmodatius, neminem quidem eſſe puto. At uero quum ille (qua modeſtia præditus eſt) facere iſtud frequenter recuſaſſet, affirmans nõ eſſe hoc opus editione dignum, præſertim quum tot ſermonum autores paſſim inueniantur: acrius hoĩem & uehemẽtius exagitaui, ita ut tan[illegible]m illum in meam ſententiam perpule[illegible] [illegible] mihi cõmiſerit prouinciam, [illegible]

nes eius q̃ emendatiſſimi prodirent in publi-
cum. Quod meo ſane iudicio perfectũ atque abſolutũ eſt. Adhibui enĩ ad illorũ editionẽ uiros doctiſſimos atq; diligẽtiſſimos, quorũ opera nihil p̃termiſſum reor. Itaq; me ſuaſore & impulſore, fulgebit mea quidẽ ſentẽtia, in hoc opere Clichtoueus tanq̃ lucerna accẽſa, non ſub modio, ſed ſuper candelabrũ poſita, ut luceat om̃ibus qui in domo dei ſunt, claro ſalutaris doctrinæ ſplendore & uerbi diuini plana elucidatione. De quo reuera plura in illius cõmendationẽ dicere poſſem: ſed q̃a ſupereſt (ut beati Hieronymi uerbis, de ſancto Ambroſio loquentis, utar) meũ iudiciũ ſubtrahã, ne in alterutrã partẽ aut adulatio in me reprehẽdatur, aut ueritas. Nemo tñ eſt qui ignoret, quãta uir ille & doctrina & morũ integritate & uitæ ſanctimonia emineat. Cæteꝝ cõmendabo precibus ueſtris & autorem horũ ſermonũ, & eũ qui ne tale periret opus, diligentiſſime prouidit. Valete. Ex Nauarra Parrhiſiorum quarto Kalendas Maias. M. D. XXIIII.

Ad lectorem.

In erratis ſequẽtibus prior nũerus indicat paginã, poſterior lineã, poſt ſequit̃ lectio vera. 15.11. ſu- 31 21. ditione 38.29 pulles 50.14 tione 65.7. ei quẽad 123.8. num ha 181.32. Exulat 188.34. ſibiipſis 199.30. ſine 251.2. faciẽ 271.30. cap. in hũc 333. 34. ui vet 405.22. xto 439 24. alligare 458.10. immol 475.11. relinq 477.34. lum. 481.33. orẽ vitę diſc 493.34. & vendentes de 509 2. reliquerint 512.3. cęcum 523.10. amb

[illegible]AURO del [illegible]
[illegible] G. DI GIACOMO
PESCARA
1972